LIBRARY

HENRY BRADSHAW SOCIETY

Founded in the Year of Our Lord 1890

for the editing of Rare Liturgical Texts.

VOL. V.

ISSUED TO MEMBERS FOR THE YEAR 1893,

AND

PRINTED FOR THE SOCIETY

BY

HARRISON AND SONS, ST. MARTIN'S LANE,

PRINTERS IN ORDINARY TO HER MAJESTY.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/pt2missaleadusum01cath

MISSALE

AD USUM

ECCLESIE WESTMONASTERIENSIS

NUNC PRIMUM TYPIS MANDATUM

CURANTE IOHANNE WICKHAM LEGG.

FASCICULUS II.

Londini.

1893.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY
NOV 15 1934
7362

LONDON:
HARRISON AND SONS, PRINTERS IN ORDINARY TO HER MAJESTY,
ST. MARTIN'S LANE.

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ont.

ILLUSTRATIONS.

The two collotype plates have been presented by the Chairman of Council and the Treasurer of the Society, and have been executed with the other collotypes in fasc. I. by Messrs. W. Griggs and Co.


The twelve leaves of the music of the Coronation Service have been prepared by Messrs. W. Griggs and Co., under the direction of Mr. W. J. Birkbeck.


In fasc. III. there will appear an account of the music written by Mr. Birkbeck.

PLATE 8.



PLATE 9.



...pla : [G]audiuc commun : Dñi
[F]acta est commemoracō. Requirc
in commun aplor̄. [I]n die s
eduuardi officium.
[G]audeamus
omnes in do
mino diem fes
tum celebran
tes sub honore
eduuardi regis
de cuius translacione gaudent angeli
et collaudant filium dei. ps. Dñe in uir
[O]mnipotens sempiterne de
us qui beatum regem
Eduuardum scõrum tuor̄ col


irme
tur ma nus tua et exalte
tur dextera tu a. iusticia
et iudicium preparacio
sedis tu e misericordia et
ve ri tas pce dant facie



II.

f. 209 [col. 686].





f. 212 [col. 693].




IV.

f. 214 [col. 702].






deu tuu ut ambules in uijs eius.
t custodias cerimonias eius. et precep-
ta eius. et testimonia et iudicia. et
quocumqz te uerteris confirmet te
deus Ps. Dns regit me.


rotector noster aspice de us
et respice in faciē xpisti tui quia
melior est dies u na in atriis
tuis super mi lia. Ps.
Quam dilecta tabernacula Gloria.


rigatur
oratio me~a sicut incensum in
tuo domine.
levatio
manuū mea rum
vespertinum.
Alleluya.





THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY




Dulce
Posuisti sup capud eius
co-ro-nam de lapide
so.


ntende
uo ci orati o nis mee rex me
us et de us me
us quo ni am ad te
ora bo do mine.


gio noluisti sublimari. Capi
entem ceterarumq3 uirtutū or
namentis facias decorari. Et
quia tuū est munus qd regna
tur sit pietatis quo id felicit
agat quatinus in fundamen



MISSALE

AD USUM ECCLESIE

WESTMONASTERIENSIS.

Oracio.

SUmme sacerdos et uere pontifex. qui te optulisti deo patri hostiam puram et inmaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus quique dedisti nobis carnem tuam ad manducandum. et sanguinem tuum ad bibendum. et posuisti istud misterium in uirtute spiritus tui dicens. Hec quocienscumque feceritis. in mei memoriam facietis: rogo per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostre precium. rogo per hanc miram. et ineffabilem caritatem qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es. ut lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo. doce me seruum tuum indignum quem eciam intra cetera dona tua ad officium sacerdotale uocare dignatus es. nullis meis meritis. sed sola miseracione misericordie tue doce me queso per spiritum sanctum tantum tractare misterium ea reuerencia. et timore. ea deuocione et honore. quibus oportet et decet. Fac me per graciam tuam semper illud de tanto misterio credere. et intelligere. sentire firmiter tenere dicere et cogitare quid tibi placet et expedit anime mee. Intret spiritus tuus bonus in cor meum qui sonet ibi sine sono et sine strepitu uerborum loquatur omnem ueritatem tantorum misteriorum. Profunda sunt quippe nimis et sacro tecta uelamine. Propter magnam clemenciam tuam concede michi missarum sollempnia puro corde et munda mente celebrare. Libera

cor meum ab inmundis. et nephandis uariis et noxiis cogitacionibus. Muni me beatorum angelorum pia et fida custodia atque fortissima tutela. ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per uirtutem tanti misterii. et per manum sancti angeli tui repelle a me et a cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbie et cenodoxie inuidie et blasphemie. fornicacionis. et inmundicie. dubietatis et diffidencie. Confundantur qui nos persecuntur pereant illi qui perdere cuncta festinant. Rex uirginum amator castitatis. et integritatis deus celesti rore benediccionis tue extingue in corde meo totum fontem ardentis libidinis. ut maneat in me tenor tocius castitatis corporis et anime. Mortifica in/ membris meis [fo. 145. b. carnis stimulos omnes que libidinosas comociones et da michi ueram et perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis que tibi placent in ueritate ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde cotidie ualeam tibi offerre. Quanta enim contricione cordis et lacrimarum ubertate. quanta reuerencia et ueneracione. quanta corporis castitate et anime puritate istud diuinum et celeste sacrificium est celebrandum domine ubi caro tua in ueritate sumitur. ubi sanguis tuus in ueritate bibitur. ubi yma summis iunguntur. ubi adest sanctorum presencia angelorum. ubi tu es sacrificium et sacerdos mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare potest nisi tu deus omni-

potens offerentem feceris dignum. Scio et uere scio. et idipsum bonitati tue confiteor quod non sum dignus ad tantum accedere misterium propter nimia peccata mea. et negligencias meas infinitas. Sed scio et ueraciter ex toto corde meo credo. ore meo confiteor quia tu potes me facere dignum qui solus potes facere mundum de inmundo conceptum semine. et de peccatoribus iustos facis et sanctos. Per hanc omnipotenciam tuam te rogo concede michi peccatori hoc celeste sacrificium cum timore et tremore. cum cordis puritate et lacrimarum fonte. cum leticia spirituali. et celesti gaudio celebrare. Senciat mens mea dulcedinem beatissime presencie tue. et excubias sanctorum tuorum in circuitu meo. Ego enim memor uenerande passionis tue accedo ad altare tuum licet peccator ut offeram tibi sacrificium quod tu instituisti. et offerri precepisti in conmemoracionem tui pro salute nostra. Suscipe ergo illud queso summe pastor pro ecclesia tua sancta et pro populo tuo quem adquisisti sanguine tuo. et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum medium esse uoluisti licet in me boni operis testimonium non agnoscas. officium saltem dispensacionis credite non recuses. nec per me indignum eorum salutis pereat precium pro quibus uictima factus salutaris dignatus es esse redempcio. Obsecro ergo domine ut digneris miserando propicius intueri tribulaciones plebium. pericula populorum. captiuorum gem-

itus. miserias orphanorum necessitates/ pere- [fo. 146. grinorum. inopiam debilium. desperaciones languencium defectus senum. suspiria iuuenum. uota uirginum. lamenta uiduarum. Tu enim misereris omnium domine. et nichil odisti eorum que fecisti. Memorare que sit nostra substancia. Tu creator et recreator noster es ne irascaris satis neque multitudinem uiscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificacionibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam. set in miseracionibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates nostras et ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra. et da nobis cor carneum quod te timeat. te amet. te diligat. in te delectetur. te sequatur. te perfruatur. Oramus domine clemenciam tuam ut sereno familiam tuam sacri nominis tui officia prestolantem aspicere digneris uultu. et ut nullius sit irritum uotum nullius uacua supplicacio tu nobis preces suggere quas ipse propicius audire et exaudire delecteris. Rogamus te eciam saluator sancte et pro spiritibus fidelium defunctorum. ut sit illis salus. sanitas. gaudium et refrigerium hoc magnum magne pietatis sacramentum. Deus meus sit illis hodie magnum et plenum conuiuium de te pane uiuo qui de celo descendisti et das uitam mundo de tua carne sancta et benedicta agni uidelicet inmaculati qui tollis peccata mundi que de sancto gloriose uirginis marie utero est assumpta. et de spiritu

sancto concepta de illo inquam pietatis fonte qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere feliciter emanauit ut exinde refecti et saciati. refrigerati et consolati exultent in laude et gloria tua. Peto clemenciam tuam deus ut descendat super illud plenitudo tue benediccionis. et sanctificacio tue diuinitatis. Descendat eciam domine illa sancti spiritus tui incomprehensibilis inuisibilis que maiestas sicut quondam in patrum hostias descendebat qui et oblaciones nostras corpus et sanguinem tuum efficiat. et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare misterium. cum cordis puritate et lacrimarum deuocione. cum reuerencia et tremore. ita ut placide et benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis ad salutem omnium tam/ uiuorum [fo. 146. b. quam defunctorum. Rogo te domine per ipsum sacrosanctum misterium corporis et sanguinis tui quo cotidie in ecclesia tua pascimur et potamur abluimur et sanctificamur. atque unius summe que diuinitatis participes efficimur da michi uirtutes tuas sanctas quibus repletus bona consciencia ad altare tuum accedam. ita ut hec celestia sacramenta efficiantur michi salus et uita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Siquis manducauerit ex hoc pane. uiuet ineternum. panis dulcissime. sana palatum cordis mei. ut senciam suauitatem amoris tui. Sana animam meam ab omni languore. ut nullam preter te senciat dulcedinem.

Panis candidissime habens omne delectamentum. et omnem saporem suauitatis. qui nos reficis semper et in te numquam deficis. comedat te cor meum. et dulcedine saporis tui repleantur uiscera anime mee. Manducat te angelus pleno ore. manducet te peregrinus homo pro modulo ne deficere possit in uia tali recreatus uiatico. Panis sancte. panis uiue panis pulcher. panis munde qui descendisti de celo. et das uitam mundo. ueni in cor meum. et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam et sanctifica me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus corporis et anime mee. Repelle a me insidiantes michi hostes. recedant procul a presencia potencie tue ut foris et intus munitus. per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. ubi non in misteriis sicut in hoc tempore agitur. set facie ad faciem te uidebimus cum tradideris regnum deo et patri. et deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te saciabis societate mirifica. ita ut non esuriam neque siciam ineternum. AmeN.

S*Acerdos ad missam celebrandam ut expedit preparatus si tempus permiserit et sue feruor exigerit deuocionis ueniens coram altari hanc uel aliam utiliorem domino secrecius fundat oracionem.*

SUscipe confessionem et deprecacionem meam unica

spes salutis mee domine deus meus. qui uisu. auditu. gustu. adoratu. et tactu gula. ebrietate fornicacione/ libidine [fo. 147. pollucione et delectacione parua. tristicia. negligencia. omissione. ira. cupiditate. malicia. odio. inuidia. detraccione. periurio. falsitate. mendacio. uana gloria. leuitate ac superbia. perditus sum. ex omni cogitacione ac locucione. atque operacione. omnibus que sensibus meis extinctus. Deprecor ergo te qui iustificas impios et uiuificas mortuos. uiuifica me et resuscita me. quod odis in me procul fac a me. in tua misericordia intende in me. uicium omne mortificans in me. et animam meam uiuifica in te. ita ut digne tibi famulari et clementer a te merear exaudiri domine ihesu christe qui cum coeterno patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum amen.

Progrediens autem ad manus abluendas dicat si uoluerit.

LArgire sensibus nostris omnipotens pater: ut sicut hic abluuntur inquinamenta manuum ita a te interius mundentur polluciones mencium. et crescat in nobis augmentum sanctarum uirtutum. Per dominum.

Quando amictum induit cum genuflexione dicat.

INdue me domine uestimento salutis. et indumento leticie circumda me deus salutaris meus.

Quando albam induit dicat.

FAc me queso omnipotens deus ita iusticiam indui ut in sanctorum tuorum merear exultacione letari quatinus emundatur ab omnibus sordibus peccatorum. consorcium adipiscar tibi placencium sacerdotum. meque tua misericordia a uiciis omnibus exuat. quem reatus proprie consciencie grauat. Per dominum.

Quando se zonam precingit dicat.

PRecinge me domine zonam iusticie. et constringe in me dileccionem dei et proximi. ameN.

Suscipiendo manipulum dicat.

UEccione huius manipuli subnixus deprecor domine ut sic in sancta conuersacione perseuerem quatinus exemplo priorum patrum indutus in futuro merear eorum consorcio adunari.

Stolam induens dicat.

DIrumpe domine uincula peccatorum meorum. ut iugo tue seruitutis innixus. tibi cum timore et tremore ac reuerencia ualeam famulari ameN.

Quando miscendo uino aquam fundit in calicem hostia prius super patenam decenter prelocata.

DEus qui humane substancie dignitatem mirabiliter condidisti. et mirabilius refor/ masti. da nobis per [fo. 147. b. huius aque et uini misterium eius diuinitatis esse consortes

qui nostre humanitatis dignatus est fieri particeps ihesus christus filius tuus. Qui tecum.

Casulam induens dicat.

INdue me domine sacerdotali iusticia. ut induci merear in tabernacula sempiterna amen.

Indutus igitur sacerdotalibus missam celebraturus ueniens coram altari humiliter dicat inclinando.

ANte conspectum diuine maiestatis tue clementissime pater deus licet peccator accedo. tuamque ineffabilem pietatem supplex adoro. ut qui me sacerdotalis officii concessisti fieri ministrum. facias me tibi semper esse placitum. et ad celebrandum tantum misterium dignum. Per.

Osculatoque altari stans iuxta sinistrum cornu altaris ministro suo circumstantique populo istam generalem faciat confessionem.

COnfiteor deo et beate marie et omnibus sanctis et uobis fratres quia peccaui nimis in cogitacione locucione et opere. mea culpa propterea precor uos orare pro me. *Minister.* Misereatur uestri omnipotens deus et dimittat uobis omnia peccata uestra. liberet uos ab omni malo confirmet et conseruet in omni opere bono. et perducat ad uitam eternam. *Sacerdos.* Amen. *Minister.* Confiteor deo. *ut supra. Sacerdos.* Precibus et meritis beatissime dei genitricis marie omniumque sanctorum suorum. Misereatur uestri. *ut supra.* Indulgenciam et remissionem et absolucionem peccatorum nostrorum graciam et consolacionem sancti spiritus. et uitam eternam tribuat nobis omnipotens et misericors dominus amen.

Tunc se erigens uersus librum progrediatur dicens. ℣.

ADiutorium nostrum in nomine domini. *Minister.* Qui fecit celum et terram. *Sacerdos.* Sit nomen domini benedictum. *Minister.* Ex hoc nunc et usque. *Sacerdos. Oremus.*

AUfer a nobis domine omnes iniquitates nostras et ignem sancti spiritus in nobis clementer accende ut mereamur puris mentibus introire ad sancta sanctorum. Per christum dominum nostrum AmeN.

Introitus misse quod officium dicitur extunc inchoetur. Et sciendum quod licet ad missam beate marie uirginis soleat tantum iterari. et omnibus tamen festis diebus que in capis celebrantur sacerdos qui eandem missam uel aliam de sollempnitate cantabit. illud secundo post psalmum. et| tercio post Gloria. *repetere* [fo. 148. *tenetur. Nec pretereundum quod nullus in monasterio sacerdos extra chorum in principalibus uel duplicibus festis. nec eciam usque feriam v.am in ebdomada pasche uel pentecostes. aliam quam de festiuitate nisi pro mortuo presente missam celebrare tenetur.*

Gloria in excelsis. *dicetur semper ad missam sollempnem in capella beate marie et ad missas fratrum priuatas undecunque celebrauerint preterquam in missa de defunctis:*

quocienscunque dicitur ad missam matutinalem in choro. Et dicitur ad missam matutinalem omni die dominico et in omnibus festis xii leccionum extra aduentum domini et septuagesimam. Consueuit preterea dici priuatis diebus ad missas fratrum priuatas. quando scilicet de trinitate uel de sancto spiritu aut de beata maria uel de angelis aut de apostolis siue de reliquiis specialiter cantant. Et similiter quocienscunque ante missas suas uel post missas suas celebratas ut moris est officium commemoracionis de eisdem dicunt nisi fuerit officium de aliqua uigilia in qua ieiunatur. ut assumpcionis beate marie. et apostolorum petri et pauli Gloria in excelsis *sunt dicturi. Sed quando priuatis diebus cantant missam de dominica uel de festo alicuius sancti iii. leccionum. aut pro ecclesia uel pro pace aut pro congregacione seu aliam consimilem ympnum prelibatum nullatenus dicent. Ad missam uero de cruce numquam priuatis diebus diebus*[1] *diceturidem ympnus nisi in pasche tempore tantum. Tunc enim ob triumphalem crucis gloriam et dominice resurreccionis sacrosanctam celebritatem in omni missa de cruce dici consueuit. Ceteris uero anni temporibus iuxta rectam et antiquam istius ecclesie consuetudinem quocienscumque et quacumque die dicitur.* Gloria in excelsis *ad missam capitalem in conuentu. dicetur similiter ad missas fratrum priuatas siue de cruce siue aliunde celebrent preterquam in missa defunctorum prout supra in*

[1] *Sic*, repeated.

capite huius specificatur. Sunt preterea festiuitates quedam in quibus iuxta morem istius ecclesie dicitur in conuentu Gloria in excelsis. *ad magnam missam et non ad missam matutinalem. neque ad missas fratrum priuatas. In festo uidelicet concepcionis beate marie in aduentu. et in die purificacionis eiusdem cum infra septuagesimam euenerit. atque in annunciacione dominica quando in quadragesima colitur. necnon et in cathedra sancti petri que nunquam ante septuagesimam celebratur atque in iam dictis tribus festiuitatibus beate silicet*[1] *dei ge|nitricis dicetur simi-*[fo. 148. b. *liter ad missam sollempnem in capella eiusdem set non alibi in monasterio. Hec sequens nota sr*[2] Gloria in *cantabitur in uigilia pasche et pentecostes.*

GLoria in excelsis deo.

Hec sequens nota canetur in festis principalibus et in capis.

GLoria in excelsis deo.

Hec sequens nota canetur in capis quando due festiuitates simul ueniunt atque in albis.

GLoria in excelsis deo.

Hec sequens nota canetur dominicis diebus ad magnam missam si fuerit de dominica atque in albis cum due festiuitates simul ueniunt.

GLoria in excelsis deo.

[1] *Sic.*
[2] *super* or *similiter.*
– Musical notation above these words.

Hec sequens nota canetur in festiuitate beate marie. et ad magnam missam in commemoracionibus eiusdem atque ad primam missam in nocte natalis domini.

GLoria in excelsis deo.

Hec sequens nota canetur in festis simplicibus xii leccionum ad magnum missam uel eciam ad missam matutinalem cum capa in choro fuerit ad eandem ut in festo beati marci euuangeliste cum extra dominicam euenerit et ad secundam missam in nocte natalis domini atque ad magnam missam in duabus uigiliis beati regis edwardi quacumque die euenerit et ad commemoracionem de apostolis et de reliquiis necnon et dominicis diebus si missa non fuerit de dominica. neque conuentus ad eandem in capis aut in albis. ut in uigilia apostolorum petri et pauli atque in uigilia assumpcionis beate marie et in uigilia omnium sanctorum cum in dominica euenerit necnon et in festis simplicibus xii leccionum dominico die celebratis.

GLoria in excelsis deo.

Hec sequens nota canetur ad missam matutinalem nisi capa fuerit in choro ad eandem.

GLoria in excelsis deo.

Et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Laudamus te. benedicimus te. adoramus te. glorificamus/ te. Gracias [fo. 149.

- Musical notation above these words.

agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili unigenite ihesu christe. Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecacionem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. tu solus dominus. Tu solus altissimus ihesu christe cum sancto spiritu in gloria dei. AmeN.

Et sciendum est quod predictus ympnus scilicet Gloria in excelsis. *cantabitur tam ad missam capitalem quam ad magnam missam omni die dominico et in omnibus festis xii leccionum. extra aduentum domini et septuagesimam. et sexto die ad natalem domini. Et cotidie per ebdomadam pasche et pentecostes. Priuatis diebus cantabitur ad magnam missam quocienscunque capa in choro fuerit ad eandem. exceptis sabbatis quatuor temporum et uigiliis precipuis in quibus ieiunatur. Sed ad missam matutinalem siue ad altare chori. numquam canetur priuatis diebus. Intermittetur autem* Gloria in excelsis *a dominica prima aduentus usque ad primam missam in nocte natalis domini. et a dominica lxx. usque ad missam in in*[1] *uigilia pasche nisi quod ad missam in die cene canetur quando ad eandem crisma consecratur et similiter ad magnam missam et quibusdam festiuitatibus infra predictum tempus dici consueuit. Interim dum*

[1] *Sic*, repeated.

Gloria in *canitur. dicenda est hec oracio.*

COnfiteor tibi peccata mea eterne pontifex. et sanctorum minister. et ueri tabernaculi sacerdos qui semel in anno huius seculi in mistica sancta intrasti. et sanctum atque inmaculatum agnum proprii corporis tui ad hostiam dedisti pro peccatis meis. Et nunc sedes in dextera dei patris semper uiuens et interpellans pro delictis meis. Tibi ego confiteor quia debitor sum tibi nontantum decem milium talentorum criminum meorum sed tocius uite mee racionem tibi debeo. quia in omni uita mea nullum mandatum tuum perfecte a me custoditum scio. in quo ego uel sermone uel uisu uel auditu. uel gustu. uel gressu. uel opere. uel cogitacione uel delectacione. uel eciam consensu non deliquissem. Set nunc domine preuenio faciem tuam in confessione. et in conspectu angelorum et omnium sanctorum tuorum confiteor/ tibi [fo. 149. b. peccata mea. et ueniam rogo pro delictis meis. teque obsecro ut in hoc tempore accepto exaudias me. et ut in hiis diebus salutis adiuues me. ut modo possim perfecte intelligere peccata mea et tibi eterno iudici confiteri. et per id ueniam mereri omnium delictorum meorum quatinus ad tremendum iudicium tuum liber et securus ab omnibus accusacionibus inimici peruenire merear per te deum. et dominum nostrum ihesum christum. Qui cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas omnipotens in secula seculorum. Amen.

INSTITUTE OF MEDIAEVAL

Item alia oracio.

DOmine ihesu christe redemptor mundi propicius esto michi peccatori omnibus modis in peccatis iacenti. quia tu solus domine inmortalis es et sine peccato indulge michi misero presumenti accedere ad sanctum altare tuum et inuocare te quia peccaui ab infancia mea usque nunc coram te et coram omnibus sanctis tuis. sed per illorum intercessionem tribue michi diuinam clemenciam. ueniamque peccatorum meorum et doce me facere uoluntatem tuam omnibus diebus uite mee.

Item alia oracio.

IGnosce domine dum rogare compellor. et dum per inmunda labia mea nomen sanctum tuum assumo. et inmundorum actuum meorum secreta confiteor non habeo apud te uerba sine crimine. Tu enim consciencie mee uulnera tu cogitacionum mearum occulta nosti et inmundicias meas tu solus agnoscis. miserere mei domine. miserere. ignosce misterii tui secreta tractanti. nec indignum misericordie tue iudices quem pro aliis rogare permittis. et in quo testimonium boni operis non agnoscis. officium saltim dispensacionis credite non recuses. saluator mundi. Qui.

Oracio.

DEus qui non mortem sed penitenciam desideras peccatorum. me miserum fragilemque peccatorem a tua non repellas pietate. neque aspicias ad scelera mea. et inmundicias.

turpesque cogitaciones quibus flebiliter a tua disiungor uoluntate. sed ad misericordias tuas. et fidem. deuocionemque eorum qui per me peccatorem tuam expetunt misericordiam. et qui me medium inter te et populum fieri uoluisti. fac me talem ut digne possim misericordiam tuam impetrare/ pro me [fo. 150. et pro eodem populo tuo. Adiunge domine uoces nostras uocibus sanctorum angelorum tuorum ut sicut te laudant incessabiliter in eterna beatititudine[1] ita nos quoque eorum interuentu te mereamur laudare inculpabiliter in hac peregrinacione ihesu christe. Qui cum deo patre.

Item alia oracio.

DEus qui te precipis a peccatoribus exorari tibique contriti cordis sacrificium offerri. hoc sacrificium quod ego indignus famulus tuus confisus de tua misericordia tue inmense maiestati offerre presumo acceptare dignare ut et ipse tibi sacerdos. et ara. et templum et sacrificium esse merear propiciciatus[1] concede. quod per ministerii exhibicionem peccatorum meorum adipisci merear remissionem. michique. et hiis omnibus pro quibus offertur tuam misericordissimam propiciacionem concede.

Item alia oracio.

DOmine deus omnipotens propicius esto michi peccatori quia tu es inmortalis et

[1] *Sic.*

sine peccato solus domine deus noster. tu es benedictus qui benedicis omnia. tu es sanctus qui sanctificas omnia. indulge michi queso indigno famulo tuo. N. quia peccator sum peccaui nimis coram te et coram angelis tuis. tribue michi indulgenciam peccatorum et confirma sanctam ecclesiam in fide orthodoxa et doce me facere uoluntatem tuam quia tu es domine deus noster. Qui uiuis.

Deinde inclinante se dyacono et dicente. Iube domine benedicere. *sacerdos assistens dicat.* Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ad pronunciandum sanctum euuangelium pacis et ueritatis. *subiungendo.* In nomine patris ✠ et filii et spiritus sancti. AmeN.

In subscriptis festiuitatibus ad missam beate marie. et ad omnes missas fratrum priuatas que non sunt pro defunctis dicetur Credo in unum. *In omnibus uidelicet dominicis diebus per annum. In die natalis domini cum iiii.or diebus sequentibus. In diebus Circumcisionis. Epiphanie. In die pasche et iii diebus sequentibus. In die ascensionis. In die pentecostes et iii diebus sequentibus. In omnibus festis principalibus quando scilicet octo fratres ponuntur ad inuitatorium In singulis festiuitatibus beate marie. In conuersione et in commemoracione sancti pauli. In festo sancti Iohannis ante portam latinam atque in omnibus festis apostolorum. In natiuitate et decollacione sancti Iohannis baptiste. In in/* [fo. 150. b. *uencione et exaltacione sancte*

crucis. In sollempnitate beate Marie magdalene. In utroque festo sancti Edmundi Regis et martiris. Et in omnibus festis in quibus quinque fratres ad inuitatorium ponuntur. In sollempnitate Corporis christi et quociens due cruces ad processionem deferuntur. Ad missam uero matutinalem in die natiuitatis domini. Credo *non dicitur. Sed in nataliciis quorumlibet sanctorum semper canetur ad altaria que in eorum nominibus consecrantur.*

CRedo in unum deum.

Patrem omnipotentem. factorem celi et terre uisibilium omnium et inuisibilium. Et in unum dominum ihesum christum filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. deum de deo lumen de lumine. deum uerum de deo.[1] Genitum non factum consubstancialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria uirgine et homo factus est. Crucifixus eciam pro nobis sub poncio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et uiuificantem. Qui ex patre

_ Musical notation above these words.
[1] *Sic.* No *vero* in MS.

filio que procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptismā in remissionem peccatorum. Et expecto resurreccionem mortuorum. et uitam futuri seculi. Amen.

Post offertorium quando sacerdos collocat super corporalia calicem cum hostia preparata nisi sit missa pro defunctis dicat si uoluerit.

OFferimus tibi domine calicem et hostiam salutaris tuam clemenciam deprecantes. ut in conspectu diuine maiestatis tue cum odore suauitatis ascendant. *subiungendo.* In nomine patris ✠ et filii. et spiritus sancti ameN.

Coopertoque calice dicat.

UEni sanctificator omnipotens eterne deus et benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini preparatum. In nomine patris. ✠ et filii. et spiritus sancti. Amen.

Dum/ progreditur ad [fo. 151. *manus suas lauandas dicat ympnum.* Ueni creator.

Antiphona. Ueni sancte spiritus. ℣. Emitte spiritum.

Oracio.

DEus cui omne cor patet et omnis uoluntas loquitur. et quem nullum latet secretum purifica per infusionem sancti spiritus cogitaciones cordis

nostri. ut perfecte te diligere. et digne laudare mereamur. Per dominum. In unitate eiusdem.

Postea inclinans se ante altare dicat.

IN spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur domine a te et sic fiat sacrificium nostrum ut a te suscipiatur hodie et placeat tibi. Domine deus pater omnipotens. bene✠dic et sanctifica hoc sacrificium laudis quod tibi oblatum est ad honorem et gloriam nominis tui. et parce peccatis populi tui. et aufer a me iniquitates meas. et exaudi oracionem meam et clamor meus ad te perueniat. Per.

Deinde uersa facie plebi dicat.

ORate pro me fratres ut digne ualeam offerre sacrificium deo.

Respondeat minister.

DOminus suscipiat sacrificium tuum de ore tuo et de manibus tuis pro nostra omnium que salute. Amen.

HEc sequens prefacio dicitur ad tres missas in die natalis domini et ad utramque missam per quatuor dies proximos sequentes. et ceteris diebus infra octauam ad magnam missam atque ad utramque missam in die circumcisionis necnon et diebus subscriptis. ad magnam missam tantum. uidelicet in dominica siqua inter circumcisionem et epiphaniam euenerit. In die sancti Edwardi. sed non in uigilia ipsius nisi in dominica acciderit. In commemoracione beate marie usque ad purificacionem eiusdem. et eciam omnibus diebus dominicis ab octaua epiphanie usque ad purificacionem si missa fuerit de dominica nisi septuagesima interuenerit atque in die purificacionis si eandem post septuagesimam contigerit euenire.

COmmunicantes *dicetur ad tres missas in die natalis domini. et ad utramque missam per octauam. sed post octauam numquam dicetur.*| [fo. 151. b.

* ETerne deus. Quia per incarnati uerbi misterium noua mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit Ut dum uisibiliter deum cognoscimus. per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis : cum thronis et dominacionibus. Cumque omni milicia celestis exercitus. ympnum glorie tue canimus sine fine dicentes.*

Infra canonem.

COmmunicantes et diem sacratissimum celebrantes quo beate marie intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes eiusdem gloriose semper uirginis marie genitricis ipsius dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum.

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam in die epiphanie et in dominica infra octauam eiusdem. atque in octaua sancti edwardi regis. et octaua die

_ Musical notation above these words.

ephiphanie[1] tantum. Ceteris uero diebus infra octauam ideo in choro non dicitur quia nulla/ [fo. 152. *prefacio nisi cotidiana ad magnam missam preterquam in xl[a] dici consueuit nisi capa fuerit ad eandem.* Communicantes. *dicetur ad utramque missam in die festi et dominica infra octauam. octauo die atque in octaua sancti edwardi. Ceteris uero diebus ad magnam missam tantum.*

ETerne deus Quia cum unigenitus tuus in substancia nostre carnis apparuit in nouam nos inmortalitatis sue lucem reparauit. Et ideo cum.

COmmunicantes et diem sacratissimum celebrantes quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in ueritate carnis nostre uisibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam.

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam dominicis diebus in quadragesima ceteris que diebus ad missam de ieiunio a die cinerum usque ad dominicam in passione domini.

ETerne deus. Qui corporali ieiunio uicia comprimis mentem eleuas uirtutem largiris et premia per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem.

HEc sequens prefacio dicetur ad missam in sabbato sancto. et ad utramque missam/ in die pasche et tribus [fo. 152. b. *diebus sequentibus atque octauo die ceteris uero diebus infra octa-*

[1] *Sic.*

– Musical notation above these words.

uam. et eciam in dominicis diebus a pasche usque ad ascensionem domini dicetur ad magnam missam si de resurreccione furit[1] et non aliter. Communicantes *et* Hanc igitur. *dicentur ad missam in sabbato sancto. et ad utramque missam per ebdomodam[1] pasche cotidie.*

ETerne deus. Et te quidem omni tempore. sed in hac potissimum die[2] gloriosius predicare cum pascha nostrum immolatus est christus. Ipse enim uerus est agnus. qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit. et uitam resurgendo reparauit. Et ideo.

Infra canonem.

COmmunicantes et diem[3] sacratissimum celebrantes resurreccionis domini nostri ihesu christi secundum carnem. Sed et memoriam uenerantes. in primis gloriose semper uirginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum.

HAnc igitur oblacionem seruitutis nostre. sed et cuncte familie tue. quam tibi offerimus pro hiis quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Quesumus domine./ [fo. 153.

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam in die ascensionis domini et dominica infra octauam et octauo die sed non aliis diebus infra octauam

– Musical notation above these words.

[1] *Sic.*

[2] *nocte* written above *die.*

[3] *noctem* written above *diem.*

nisi magna missa fuerit de aliquo sancto prefacionem propriam non habente. Communicantes. *dicetur ad utramque missam in die ascensionis. et dominica infra octauam et octaua die atque in omni missa de ascensione per octauam. et cotidie ad magnam missam undecunque fuerit.*

ETerne deus. Qui post resurreccionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit. et ipsis cernentibus est eleuatus in celum ut nos diuinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo.

Infra canonem.

COmmunicantes et diem sacratissimum celebrantes qua dominus noster ihesus christus unigenitus filius tuus unitam sibi fragilitatis nostre substanciam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriam uenerantes. In primis gloriose semper uirginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi. Set et beatorum apostolorum.

HEc sequens prefacio dicetur ad utramque missam in die pentecostes. et per duos dies proximo subsequentes atque ad magnam missam in quinta feria. ceteris uero diebus dicetur ad missam de sollempnitate et non ad missam de ieiunio. Communicantes. *et* Hanc igitur. *ad utramque missam dicentur cotidie per ebdomadam preterquam ad missam de ieiunio celebrandam.*|

[fo. 153. b.

– Musical notation above these words.

ETerne deus per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos sedens que ad dexteram tuam promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adopcionis effudit. Qua propter profusis gaudiis totus in orbeterrarum mundus exultat sed et superne uirtutes atque angelice potestates. ympnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

Infra canonem.

COmmunicantes. et diem sacratissimum pentecostes celebrantes quo spiritus sanctus apostolis innumeris linguis apparuit. Sed et.

HAnc igitur oblacionem seruitutis nostre sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro hiis quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Quesumus domine.

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam in festo sancte trinitatis et omnibus dominicis diebus extunc usque ad natale domini. Et a purificacione beate marie uel a dominica lxx[a] *si ante purificacionem euenerit usque ad capud ieiunii si magna missa fuerit de dominica et non aliter. ac eciam in omni missa que de trinitate celebratur extra chorum per annum*| [fo. 154.

*ETerne deus. Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus. unus es dominus. Non in unius singularitate persone

– Musical notation above these words.

sed in unius trinitate substancie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differencia discrecionis sentimus. Ut in confessione uere sempiterne que deitatis et in personis proprietas. et in essencia unitas et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli atque archangeli cherubyn quoque ac seraphyn qui non cessant clamare iugiter una uoce dicentes.*

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam in utroque festo sancte crucis atque ad/ magnam missam [fo. 154. b. *dominica in passione domini et dominica palmarum et in omni missa de ieiunio celebrata. a predicta dominica in passione usque ad cenam domini ac eciam in omni missa que de cruce celebratur per annum extra chorum.*

ETerne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti. ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret. Et qui in ligno uincebat in ligno quoque uinceretur per christum dominum nostrum.

HEc sequens prefacio dicetur ad magnam missam in omni festo beate marie excepta purificacione. atque per octauas assumpcionis et natiuitatis beate marie et quocienscumque de eadem fit obsequium cum magna missa nisi in uigilia assumpcionis tantum. in qua non dicetur licet dominica fuerit. et nisi inter

— Musical notation above these words.

natale domini et purificacionem quando dicitur prefacio de natali. dicetur eciam ad missas extra chorum de eadem celebratas preterquam inter natiuitatem et purificacionem et preter uigiliam assumpcionis.

*ETerne deus.

Et te in annunciacione.
Et te in assumpcione.
Et te in natiuitate.
Et te in concepcione.
Et te in ueneracione beate et gloriose semper uirginis marie exultantibus animis/ [fo. 155. laudare. benedicere et predicare. Que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbracione concepit et uirginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit ihesum christum dominum nostrum. Per.*

HEc sequens prefacio dicetur ad missam in omnibus festis apostolorum preterquam in festo sancti iohannis ad natale domini. Dicetur eciam ad missam matutinalem in die apostolorum petri et pauli. et in festo beati petri aduincula. et cotidie per octauas ad magnam missam. et in commemoracione eorundem quocienscunque magna missa de eisdem celebratur preterquam in uigilia natalis eorundem in qua non dicitur licet dominica fuerit.

*ETerne deus. Et te suppliciter exorare ut gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua proteccione custodias. Ut isdem rectoribus gubernetur.

— Musical notation above these words.

quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. [E]t[1] ideo cum/.* [fo. 155. b.

Et sciendum est quod fratres ad missas suas priuatas infra quaslibet octauas si de festiuitate celebrent prefacionem. Communicantes. *et* Hanc igitur. *cum de proprietate fuerint dicere debent. Si uero infra o. auam aliunde celebrent et ad missas suas ut moris est collectam de festiuitate dicant nisi cum pro defunctis specialiter cantent.* Communicantes *et* Hanc igitur *si fuerint de proprietate. ex consuetudine dicere debent una cum prefacione de ipsa festiuitate nisi de trinitate aut de sancto spiritu uel aliunde celebrent unde propria fuerit prefacio quia tunc ipsam prefacionem dicent. sed* Communicantes. *et* Hanc igitur. *de festiuitate dicentur ut predictum est. In festo tamen sancti Iohannis ad natale domini non est dicenda prefacio de apostolis sed de natiuitate domini. Item prefacio cotidiana.*

*PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobiscum.

– Musical notation above these words.
[1] E not filled in.

Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gracias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est. Uere dignum et iustum est equum et salutare. nos tibi semper et ubique gracias agere. domine sancte pater/ [fo. 156. omnipotens eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli. adorant dominaciones. tremunt potestates. Celi celorum que uirtutes ac beata seraphyn socia exultacione concelebrant. Cum quibus et nostras uoces ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.* Sanctus. Sanctus.

ET ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominacionibus. Cumque omni milicia celestis exercitus. ympnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui uenit in nomine domini osanna in excelsis./ [fo. 156. b.

– Musical notation above these words.

[The manuscript is here divided into two: and a leaf of modern vellum is inserted at the end of the first volume; it is numbered 156*. At the beginning of the second volume there is also a leaf of modern vellum which is numbered 156**. Then follows folio 157*, the recto of which is blank, the verso being filled with a picture of the crucifixion. See p. x. of the preface to Fasciculus I.]

511

TE igitur clementissime pater [1]per ihesum[1] christum filium tuum dominum nostrum. Supplices rogamus et petimus uti accepta habeas. et benedicas. Hec do✠na. Hec mu✠nera. Hec sancta ✠ sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quam pacificare. custodire. adunare. et regere digneris toto orbeterrarum. una cum famulo tuo [2]Rege nostro H. Regina. N. antistite nostro N.[2] et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

MEmento domine famulorum famularum que tuarum. N. et omnium circumastancium quorum tibi fides cognita est et nota deuocio. pro quibus tibi offerimus uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suis que omnibus pro redempcione animarum suarum. pro spe salutis et incolumitatis sue tibi reddunt uota sua eterno deo uiuo et uero.

COmmunicantes et memoriam uenerantes in primis gloriose semper uirgi-

[1]—[1] Written in particoloured blue and red letters.
[2]—[2] Written in late hand over erasure.

512

nis marie genitricis dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum. ac martirum tuorum. Petri. Pauli. Andree. Iacobi. Iohannis. Thome. Iacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelii. Cypriani. Laurencii. Crisogoni. Io/hannis [fo. 157. et pauli. Cosme et Damiani et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus que concedas. ut in omnibus proteccionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

HAnc igitur oblacionem seruitutis nostre sed et cuncte familie tue. Quesumus domine ut placatus accipias. dies que nostros in tua pace disponas. atque ab eterna dampnacione nos eripi. et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum dominum nostrum amen.

QUam oblacionem tu deus in omnibus quesumus bene✠dictam. ascrip✠tam. ra✠tam. racionabilem. acceptabilem que facere digneris. ut nobis cor✠pus et san✠guis fiat dilectissimi filii tui domini nostri ihesu christi.

QUi pridie quam pateretur accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas et eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem tibi gracias agens. bene✠dixit. fregit dedit discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. [1]Hoc est enim corpus meum.[1]

SImili modo posteaquam cenatum est accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas. Item tibi gracias agens bene✠dixit dedit discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. [2]Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti. misterium fidei. qui pro uobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hec quocienscumque/ feceritis : in mei memo-[fo. 157. b. riam facietis.

UNde et memores domine nos serui tui sed et plebs tua sancta christi filii tui domini dei[3] nostri tam beate passionis. necnon et ab inferis resurreccionis sed et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare magestati

[1]—[1] These words written in particoloured red and blue letters.

[2] No change in writing begins here.

[3] This word is written in blue ornamented letters.

tue de tuis donis ac datis hosti✠am puram. hosti✠am sanctam. hosti✠am inmaculatam. panem ✠ sanctum uite eterne. et cali✠cem salutis perpetue.

SUpra que propicio ac sereno uultu respicere digneris. et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. et sacrificium patriarche nostri abrahe. et quod tibi optulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium. inmaculatam hostiam.

SUpplices te rogamus omnipotens deus[1] iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. ut quotquot ex hac altaris participacione sacrosanctum filii tui cor✠pus et san✠guinem sumpserimus omni bene✠diccione celesti et gracia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum.

MEmento eciam domine famulorum famularumque tuarum. N. qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in sompno pacis. Ipsis et omnibus in christo quiescentibus locum refri-

[1] This word is written in particoloured blue and red letters.

gerii. lucis et pacis ut indulgeas deprecamur. Per eundem christum dominum nostrum amen.

NObis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miseracio/num tuarum sperantibus [fo. 158. partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martiribus. cum Iohanne. Stephano. Mathia. Barnaba. Ignacio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis intra quorum nos consorcium non estimator meriti. sed uenie quesumus largitor admitte Per christum dominum nostrum. Per quem hec omnia domine semper bona creas. sancti✠ficas. uiui✠ficas. bene✠dicis. et prestas nobis. per ✠ ipsum et cum ✠ ipso. et in ✠ ipso est tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria.

* PEr omnia secula seculorum. Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti et diuina institucione formati audemus dicere.

PAter noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat

uo/luntas tua sicut [fo 158 b. in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptacionem. Sed libera nos a malo.* Amen.

LIbera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris et intercedente beata et gloriosa semper uirgine dei genitrice maria. et beatis apostolis tuis Petro et Paulo. atque Andrea cum omnibus sanctis.

DA propicius pacem in diebus nostris. ut ope misericordie tue adiuti. et a peccato simus semper liberi. et ab omni perturbacione securi. Per eundem dominum[1] nostrum ihesum[1] christum[1] filium tuum. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus.

* PEr omnia secula seculorum. Amen. Pax domini sit semper uobiscum./ Et cum spiritu tuo.* [fo. 159. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei

[1] In particoloured blue and red letters.
_ Musical noat on above these words.

qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Oracio a sacerdote dicenda quando miscetur corpus sanguini dic'.[1]

HEc ✠ sacrosancta commixcio corporis et sanguinis domini nostri ihesu[2] christi fiat michi et omnibus sumentibus salus mentis et corporis et ad uitam capescendam eternam preparacio salutaris amen.

Oracio a singulis dicenda.

ADoramus sanctum corpus tuum atque sanctum sanguinem tuum domine ihesu christe cuius effusione omnes redempti sumus tibi gloria cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen.

Oracio sacerdotis consequenter dicenda.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus da michi hoc corpus et sanguinem filii tui domini nostri ihesu christi tam digne sumere. ut merear per hec remissionem omnium peccatorum meorum accipere. et tuo sancto spiritu repleri. atque ab eterna dampnacione liberari. et in die iudicii cum

[1] *Sic.* for *domini.*
[2] These words in parti-coloured blue and red letters.

sanctis et electis tuis in perpetua requie collocari quia tu es deus solus. et preter te non est alius cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum amen.

Dando pacis osculum ministranti dicat. Pax [1]tibi et ecclesie christi.[1]

Ante percepcionem oracio.

DEus pater fons et origo tocius bonitatis qui ductus misericordia unigenitum tuum pro nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere uoluisti. quem ego indig/nus hic [fo. 159. b. in manibus teneo. te adoro. te glorifico. te tota cordis intencione laudo. et precor ut nos famulos tuos non deseras. sed ut peccata nostra deleas quatinus tibi soli uiuo et uero deo puro corde et casto corpore seruire ualeamus. Per eundem.

Item alia oracio.

DOmine ihesu[1] christe fili dei uiui ne indignum me iudices quia indignus sum ego peccator tuum sanctum corpus et sanguinem sumere non ad iudicium domine sed ad remissionem omnium peccatorum meorum

[1]—[1] Written in blue ornamented letters.

hec merear accipere. Qui cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus.

Item si uoluerit.

AGimus tibi pater[1] gracias. pro iam beatificatis postulantes eorum interuentu nos apud te adiuuari. pro hiis autem qui in locis purgatoriis sunt immolamus tibi patri filium supplicantes. ut per hanc sacrosanctam hostiam eorum pena breuior sit et leuior. pro nobis autem quos adhuc grauant peccata carnis et sanguinis offerimus tibi patri filium obsecrantes ut peccata que ex carne et sanguine contraximus. caro mundet. sanguis lauet domini nostri ihesu christi. Qui tecum uiuit et regnat.

Sumendo corpus christi dicat.

COrpus domini nostri ihesu christi sit anime mee remedium in uitam eternam amen.

Ad sanguinem domini sumendum. Oracio.

SAnguis domini nostri ihesu christi conseruet animam meam in uitam eternam amen.

[1] This word is written in blue ornamented letters.

Oracio sacerdotis ad accipientem ante percepcionem.

COrpus et sanguis domini nostri/ ihesu[1] [fo. 160. christi prosit tibi ad remissionem omnium peccatorum tuorum et ad uitam eternam amen.

Quando minister secundo percepcionem fundit uinum in calicem dicat sacerdos.

DOmine ihesu christe fili dei[1] uiui qui ex uoluntate patris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundum uiuificasti. libera me queso per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus meis. et ab uniuersis malis. et fac me tuis semper obedire mandatis et a te numquam imperpetuum separari. Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto uiuis et regnas deus. per.

Ad ablucionem manuum.

COrpus domini nostri ihesu christi quod accepi et sanguis eius quo potatus sum in hac hora obsecro domine ut inhereat in uisceribus meis. et non ueniat michi ad iudicium. neque ad condempnacionem. sed proficiat ad salu-

[1] This word is written in particoloured blue and red letters.

tem. et ad remedium anime mee in uitam eternam ameN.

Alia oracio post ablucionem.

QUod ore sumpsimus domine pura mente capiamus. et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum in uitam eternam. Amen.

In principalibus festis et in capis canentur sequentes note post missam.

ITe missa est. : Ite missa est.

Item aliud in capis.

ITe missa est.

In festiuitatibus que in albis celebrantur et in duabus ui/giliis beati regis edwardi [fo. 160. b. *quacumque die euenerit*[1] *atque in ceteris uigiliis festorum principalium cum in dominica contingunt.*

ITe missa est.

Item in albis quando due festiuitates simul ueniunt.

ITe missa est.

Item in dominicis diebus et in simplicibus festis xii leccionum.

ITe missa est.

Item in simplicibus festis xii leccionum atque priuatis diebus cum capa fuerit ad magnam missam.

ITe missa est.

– Musical notation above these words.
[1] *Sic.*

Item priuatis diebus cum capa fuerit ad magnam missam atque ad missam matutinalem in xii leccionibus.

ITe missa est.

Item ad missam matutinalem in duodecim leccionibus.

ITe missa est.

In uigilia pasche et pentecostes dicetur hec nota.

ITe missa est.

In dominica prima aduentus domini et in dominica lxx[e] *et dominica prima xl*[e] *et dominica in medio xl*[e] *et in dominica palmarum atque in festiuitatibus que in aduentu et infra lxx*[e] *in albis fiunt. et in quibusdam uigiliis festorum principalium in quibus abbas uel prior celebrat. istud* Benedicamus. *dicetur ad finem misse.*

BEnedicamus domino.

Ceteris uero dominicis in aduentu et a lxx[a] *usque ad pascha hoc sequens benedicamus dicetur ad finem misse.*

BEnedicamus domino.

In festis simplicibus xii leccionum in aduentu et a lxx[a] *usque ad dominicam in passione domini dicetur ad finem misse.*/ [fo. 161.

BEnedicamus domino.

– Musical notation above these words.

Ad missam matutinalem in dominicis et festis xii[a] leccionum in aduentu et lxx.

BEnedicamus domino.

Ad missam matutinalem si pro defunctis non dicatur priuatis[1] *in aduentu et a lxx[a] usque ad pascha. atque ad magnam missam diebus per idem tempus. Necnon et ceteris anni temporibus atque ad missam capitalem priuatis diebus atque ad magnam missam cum* gloria in excelsis *ad eandem non dicitur. exceptis tantummodo uigiliis quorundam festorum principalium in quibus abbas uel prior missam celebrare tenetur dicetur sequens nota ad finem misse.*

BEnedicamus domino.

In festo sancti uincencii cum infra septuagesimam euenerit dicetur ad finem misse.

BEnedicamus domino.

Item in festo sancti Nicholai ad finem misse.

BEnedicamus domino.

Ad finem misse in die animarum atque in anniuersariis principalibus quando silicet[2] *in choro quinque sunt cantores in capis dicetur a leuita.*

– Musical notation above these words.
[1] *diebus* omitted.
[2] *Sic.*

REquiescant in pace.

Post missam. Oracio.

PLaceat tibi sancta [1]trinitas deus[1] obsequium seruitutis mee et presta ut hoc sacrificium quod oculis tue[2] indignus optuli. tibi sit acceptabile michique in omnibus pro quibus illud optuli. sit te miseran/te pro- [fo. 161. b. piciabile. Qui uiuis.

Benediccio post missam dominicis diebus ad magnum altare super mense lectorem.

℣. Saluum fac seruum tuum. Deus meus sperantem in te. ℣. Dominus custodit te ab omni malo. Custodiat animam tuam dominus. ℣. Dominus uobiscum. Et cum spiritu.

Oracio.

AUerte quesumus domine[1] ab hoc famulo tuo. spiritum elacionis. ut humiliter legens. sensum et intellectum sacre accipiat leccionis. Per dominum.

Ad faciendum dominicis diebus panem benedictum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Sit nomen domini. Dominus uobiscum.

Bene✠dic domine creaturam istam panis sicut benedixisti quinque panes in deserto ut omnes gustantes ex eo accipiant tam corporis quam anime sanitatem. In nomine pa✠tris. et cetera.

Postea aspergatur aqua benedicta.

– Musical notation above these words.
[1]–[1] These words in ornamental letters.
[2] maiestatis : *omitted in MS.*

525

In recessu sacerdotis ab altari dicatur canticum.

Trium puerorum. *Psalmus.* Benedicite sacerdotes. *Psalmus.* Laudate dominum in sanctis. *Psalmus.* Nunc dimittis. *Antiphona.* Trium puerorum cantemus ympnum quem cantabant in camino ignis benedicentes dominum. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Exultabunt sancti in gloria. Non nobis domine non nobis. Sacerdotes tui induantur iusticiam. Domine exaudi. Dominus uobiscum.

Oracio.

DEus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium concede propicius per interuentum omnium sanctorum et merita eorum. ut nos famulos tuos non exurat flamma uiciorum. Per.

Alia oracio.

ASsit nobis quesumus domine uirtus spiritus sancti que et corda nostra clementer expurget. et ab omnibus semper tueatur aduersis. Per.

526

Alia oracio.

DEus uirtutum cuius est totum quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui nominis et presta in nobis religionis augmentum. ut que sunt bona nutrias : ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dominum.

Alia oracio./ [fo. 162

ACciones nostras quesumus domine aspirando preueni. et adiuuando prosequere : ut omnis oracio uel cuncta nostra operacio et a te semper incipiat et per te cepta finiatur et pacem tuam nostris concede temporibus et cetera.

Benediccio pomorum in festo sancti Iacobi apostoli post finem magne misse secreto dicendo. Oracio.

TE deprecamur omnipotens deus ut benedicas hunc fructum nouum pomorum quem tua nobis larga pietas ad perfruendum dare dignata est presta clementissime pater : ut dum hiis in nomine sancte trinitatis uescimur. fructibus sempiterna benediccione tua pietate participemus Per dominum.

Benediccio ad clericum faciendum.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Sit nomen domini benedictum. Dominus uobiscum.

Oracio.

OREmus dilectissimi fratres dominum nostrum ihesum christum pro hoc famulo suo N. qui ad deponendam coronam capitis sui pro eius amore exemplo beati petri apostoli festinat ut donet ei spiritum sanctum. qui habitum religionis in eo perpetuum conseruet et a mundi impedimento uel seculari desiderio cor eius defendat. ut sicut immutatur uultu ita dextera manus eius uirtutis ei tribuat incrementa. et abiecta omni cecitate spirituali uel humana. oculos eius aperiat et eterne gracie lumen ei concedat. Qui uiuit.

Deinde super tonsorandos ponatur superpellicium et pontifex dicat oracionem.

ADesto domine supplicacionibus nostris et hunc famulum tuum .N. bene✠dicere digneris cui in tuo nomine habitum religionis imponimus. ut te auxiliante deuotus in ecclesia tua persistere. et uitam percipere mereatur eternam. Per dominum.

Deinde omnes tonsurandi simul dicant hunc uersiculum. Dominus pars hereditatis mee : et calicis mei : tu es qui restitues hereditatem meam michi.

Tunc incipiat psalmum. Conserua me domine. *Et repetatur psalmus usque ad illum uersum.* Dominus pars. *Tunc quilibet tonsorandorum per se dicat eundem.* ℣. Dominus pars. *Interim pontifex ter incidat aliquam partem de capillis primo dicens.* In nomine patris./ *secundo.* et filii [fo. 162. b. *tercio.* et spiritus sancti. *Omnibus uero sic tonsis dicitur residua pars psalmi cum.* Gloria. patri *Quo finito omnes tonsorati simul dicant hunc* ℣. Dominus pars. *postea incipiatur antiphona.*

Hic accipiet benediccionem a domino et misericordiam a deo salutari suo quia hec est generacio querencium dominum. *Ps.* Domini est terra. *et dicatur psalmus. Sequitur oracio.*

OMnipotens sempiterne deus propiciare peccatis nostris. et ab omni seruitute secularis habitus hunc famulum tuum N. emunda. utdum ignominiam secularis habitus deponit tua semper in euum gracia perfruatur. et sicut similitudinem corone tue eum gestare fecimus in capite. sic tua uirtute hereditatem subsequi mereatur eternam in corde. Per dominum.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut hic famulus tuus N. cuius hodie comam capitis pro amore diuino deposuimus. in tua dileccione perpetuo maneat et eum sine macula in sempiternum custodias. Per dominum.

Deinde pontifex aspergat tonsoratos aqua benedicta et roget eos ut orent pro eo. et precipue si superstites fuerint die obitus sui.

Benediccio ad uestimenta sacerdotalia seu leuitica. Dominus uobiscum.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui per moysen famulum tuum pontificalia seu sacerdotalia atque leuitica uestimenta ad explendum in conspectu tuo ministerium diuinum. et ad decorem seu laudem nominis tui fieri decreuisti: adesto propicius inuocacionibus nostris et [1]hoc indumentum sacerdotale[1] desuper gracia tua irrigante. tua ingenti benediccione per humilitatis seruicium puri✠ficare. bene✠dicere consecra✠re. que digneris. ut diuinis cultibus. et sacris misteriis aptum et benedictum existat. Hac[2] quoque [3]sacra ueste[3] sacerdotes siue leuite induti muniti et defensi. ab omnibus impulsionibus seu temptacionibus malignorum spirituum tuti esse mereantur tuis que misteriis apte et condigne seruire et inherere. atque in hiis placide et deuote perseuerare eos tribue. Saluator mundi qui cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas.

Item oracio./ [fo. 163.

DEus omnipotens bonarum uirtutem dator. et omnium benediccionum largus infusor. supplices te rogamus: ut manibus nostris opem tue benedic-

[1]—[1] hec indumenta sacerdotalia: *written over line.*
[2] Hiis: *written over line.*
[3]—[3] sacris vestibus: *written over line.*

cionis infundas. et [1]hoc uestimentum sacerdotale[1] seu leuiticale[2] diuinis cultibus atque misteriis tuis preparatum[3] uirtute sancti spiritus benedi✠cere. et sanctifi✠care digneris et omnibus eis utentibus graciam sanctificacionis sacri misterii tui benignus concede. ut in conspectu sancti et inmaculati atque irreprehensibiles appareant et tue auxilium misericordie adquirant. sed et aliis bene ministrandi et uiuendi exemplum prebeant. atque eterne beatitudinis premia consequi mereantur. Per.

Oracio.

DOmine deus pater omnipotens rex et magnificus triumphator. qui per sanctos patres nostros qui in sacerdotali ordine placuerunt diuersi generis ornamenta et uestimenta sacerdotalia fieri et ornari hiis sacerdotibus sibi seruientes iussisti: exaudi propicius oracionem nostram. et hanc planetam seu poderem albam stolam [4]manipulum cingulum orariumque[4] dextera tua sancta bene✠dicere. consecra✠re. sancti✠ficare. et purificare digneris. quatinus [5]hoc uestimentum[5] ministris tuis leuitis ac sacerdotibus ad diuinum cultum ornandum explendumque proficiat.[6] Sanctis que altaribus tuis mundi

[1]—[1] hec uestimenta sacerdotalia: *written over line.*
[2]—[2] leuiticalia: *written over line.*
[3]—[3] preparata: *written over line.*
[4]—[4] manipulos cingulos oraria: *written over line.*
[5]—[5] hec uestimenta: *written over line.*
[6] proficiant: *written over line.*

INSTITUTE OF MEDIAEVAL ST... ST. MICHAEL'S

et ornati in [3]hac sacra ueste[3] ministraturi. irreprehensibiles in actu. in uictu interius exterius que appareant tibi que soli deo puro corde et mundo corpore omnibus diebus uite sue irreprehensibiliter sanctorum patrum exempla sequentes seruire ualeant hiis que sacris ministeriis secundum tuam uoluntatem quando tibi placuerit expletis. celestis regni gloriam cum omnibus nobis sibique commissis percipere mereantur. Per.

Oracio.

UIsibilium et inuisibilium creator deus. adesto propicius inuocacionibus nostris ut ornamenta sanctitatis effigiem pretendencia desuper gracia tua irrigante tua ingenti benediccione. per nostre humilitatis seruitutem purifi✠care bene✠dicere. conse✠crare digneris ad laudem nominis tui/ [fo. 163. b. Per dominum.

Item alia benediccio.

EXaudi domine preces nostras et hec linthyamina aliaque

[3] –[3] hiis sacris uestibus: *written over line.*

indumenta necnon et uasa sancti altaris et ecclesie tue atque sacri ministerii usui preparata bene✠dicere et sanctifi✠care digneris. Per dominum. In nomine patris et filii et spiritus sancti. amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

Alia benediccio super uestimenta.

CLementissime domine cuius inenarrabilis uirtus. cuius misteria archanis mirabilibus celebrantur. tribue quesumus ut hoc lynthyamen tue propiciacionis benediccione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus dei et domini nostri ihesu christi Qui tecum.

Item alia benediccione.

OMnipotens sempiterne deus bene✠dic lynthiamen istud ad tegendum inuoluendumque corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi. Qui tecum.

Postea aspergatur aqua benedicta.

*** The following episcopal benedictions have been collated with a Westminster book in the Bodleian Library at Oxford (Rawl. c. 425), and the symbol used for the variants is O. See p. xii of the Preface to Fasc. I.

Benediccio in dominica prima aduentus domini.

OMnipotens deus cuius unigeniti aduentum et preteritum creditis et futurum expectatis. eiusdem aduentus uos illustracione sanctificet et sua benediccione locupletet. Amen.

Et[1] in presentis uite stadio uos ab omni aduersitate defendat. ac[2] se uobis in iudicio placabilem ostendat. Amen.[3]

Quo a cunctis peccatorum contagiis liberari.[4] in presentis uite curriculo cum sanctis animabus[5] tanto sessore inueniamini digni. et illius tremendi examinis diem expectetis interriti. Amen.

Quod ipse prestare dignetur cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Benediccio dei pa✠[6]tris omnipotentis et fi✠[6]lii et spiritus ✠[6] sancti super uos descendat et maneat semper. Amen.

Benediccio in [7]dominica secunda.[7]

DEus cuius aduentus incarnacionis preteritus creditur. et iudicii uenturus expectatur uos antequam ueniat ab omni contagi/one delicti purgatos [fo. 164. efficiat. Amen.

Prius in uobis misericorditer relaxet[8] omne quod in illa futura examinacione terribiliter puniet. ut cum iustus aduenerit iudex

[1] *omit.* O.
[2] et : O.
[3] Aamen : O.
[4] liberati : O.
[5] animalibus : O
[6] *crosses omitted :* O.
[7]—[7] *secunda dominica* : O.
[8] relaxaret : O.

non in uobis inueniat quod condempnet. Amen.

Quo ueniente non incurratis supplicium eternum. sed pocius eo donante suscipiatis premium sempiternum. Amen.

Quod ipse prestare.

Benediccio in iii. dominica.

OMnipotens deus uos placido uultu respiciat et in uos sue benediccionis donum infundat. Amen.

Et qui hos dies incarnacionis unigeniti sui fecit sollempnes a cunctis presentis et future uite aduersitatibus uos reddat indempnes. Amen.

Ut qui de aduentu redemptoris nostri secundum carnem deuota mente letamini in secundo cum in maiestate sua uenerit premiis eterne uite ditemini. Amen.[1]

Benediccio in tercia[2] feria.

DEus qui per suum angelum nunciauit christum uenturum in seculo concedat uobis ut uenienti occurrere mereamini cum gaudio. Amen.

Idem uos benedicat ante natiuitatem qui suos benedixit apostolos post passionem. Amen.

Tribuatque ipse uobis ueniam peccatorum: qui pro salute humana fudit in cruce sanguinem proprium. Amen.

Quod ipse.[3]

[1] Quod ipse prestare : *add.* O.
[2] *Sic et* O.
[3] prestare : *add* O.

Benediccio in vi. feria.

DEus qui custos animarum et corporum dignaris existere hanc familiam tuam dignare brachii tui defensione protegere. Amen.

Ut nullis antiqui hostis insidiis corpora nostra fraude sua paciaris illudi. sed semper cum domino nostro ihesu christo filio tuo maneamus illesi. Amen.

Da huic familie tue fidei calorem. continencie rigorem. fraternitatis amorem. abstinencie uirtutem. Amen.

Quod ipse prestare.

Benediccio in sabbato.

OMnipotens deus uos benedicat. et ad omnem recte obseruancie plenitudinem auctor tocius honestatis instituat. Amen.

Sit in uobis castitatis studium. modestia morum. innocentis uite ingenium concordie fundamentum/ fidei augmentum. [fo. 164. b. continencia uirtutum. proborum benignitas affectuum. Amen.

Ut consequamini cum sanctis premia. et ante deum appareatis cum iusticie palma. et cum illo permaneatis in gloria sempiterna. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio in dominica iiii.

DEus qui uos et prioris aduentus gracia reparauit. et in secundo daturum se uobis regnum cum sanctis angelis repromisis[2] aduentus sui uos illustracione sanctificet. quatinus post huius uite cursum promissi regni uos diuiciis locupletet. Amen.

[1] prestare : *add.* O.
[2] repromisit : O.

Uincula uestra dissoluat antequam ueniat ut liberati a uinculis peccatorum. interriti tremendum eius expectetis aduentum. Amen.

Ut quem uenisse in terris pro uestra salute creditis uenturumque in iudicium sustinetis. eius aduentus gloriam inpauidi cernere ualeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia natalis domini.

OMnipotens deus qui incarnacione unigeniti sui mundi tenebras effugauit et eius gloriosa natiuitate uenturam sacratissimam noctem irradiauit. effuget a uobis tenebras uiciorum. et irradiet corda uestra luce uirtutum. Amen.

Quique eius sacratissime natiuitatis gaudium magnum pastoribus ab angelo pastoribus uoluit nunciari. ipse super uos benediccionis sue gratissimum ymbrem infundat. atque ipso pastore uos ad eternorum gaudiorum pascua eterna perducat. Amen.

Et qui per eius incarnacionem[1] terrena celestibus sociauit. interne pacis et bone uoluntatis uos nectare repleat. et celestis milicie consortes efficiat. Amen.

Quod.[2]

Benediccio in gallicantu.

POpulum tuum quesumus domine pio fauore prosequere. pro quo dignatus es in hac sacra-

[1] This word written in paler colour.
[2] ipse : *add.* O.

tissima nocte tuam mundo presenciam exhibere. Amen.

A cunctis eum aduersitatibus paterna pietate custodi pro quo mundo hoc in tempore dignatus es ex uirgine nasci. Amen.

Et te redemptorem suum semper intelligat. et tuam ueraciter graciam comprehendat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio[1] *in mane.*/ [fo. 165.

DEus qui non solum genus humanum condere sed eciam te nascente uoluisti hominem de terris ad astra transire preces supplicum respice. ut qui te post longas tenebras hodie natum lumen agnoscunt eterna uisione perfrui mereantur. Amen.

Sit hec plebs singulariter obediens tuis preceptis. sicut est partus sacratissime uirginis a mundi origine singularis. Amen.

Ut cum dies tuī fulgoris effulserit. inuenias in illis quod recondas in horreo. pro quibus dignatus es in carnem uenire de celo. Amen.

Quod ipse.

Benediccio ad maiorem.

BEnedicat uos omnipotens deus uestram que ad supernam[2] excitet intencionem qui hunc sacratissimum diem natiuitate filii sui fecit esse sollempnem. Amen.

Et qui eum qui panis est angelorum in presepi ecclesie cibum fecit esse fidelium anima-

[1] *om.* O.
[1] superna : O.

lium ipse uos in presenti seculo degustare faciat eternorum dulcedinem gaudiorum. et in futuro perducat ad sacietatem[1] celestium premiorum. Amen.

Quique eius infanciam uilibus uoluit indui pannis. ipse uos preciosis perhennium uestimentorum induat ornamentis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto stephano.

DEus qui beatum stephanum prothomartirem. et confessione fidei et agone coronauit martirii. mentes uestras circumdet in presenti seculo corona iusticie. et in futuro uos perducat ad coronam glorie sempiterne. Amen.

Illius optentu tribuat uobis dei et proximi caritate semper feruere qui hanc studuit eciam inter lapidancium impetus feliciter optinere. Amen.

Quo eius et exemplo roborati et intercessione muniti. ab eo quem ille a dextris dei uidit stantem mereamini benedici. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in natali sancti Iohannis euuangeliste.

OMnipotens deus dignetur uobis per intercessionem beati Iohannis apostoli et euuangeliste benedicere qui per eum archana uerbi sui uoluit ecclesie reuelare. AmeN/
[fo. 165. b.

Concedat uobis ut quod ille spiritus sancti munere afflatus uestris auribus excellenter in-

[2] *Sic et* O.

fudit. eiusdem spiritus dono sincera mente capere ualeatis. Amen.

Quod eius documento de diuinitate uestri redemptoris edocti et amando quod credidit. et predicando quod docuit et exequendo quod iussit. ad dona peruenire mereamini que idem ihesus christus deus et dominus repromisit. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in natali innocencium.

OMnipotens deus pro cuius unigeniti ueneranda infancia infancium innocencium cateruas herodis funesta peremit seuicia. sue uobis benediccionis tribuat dona gratissima. Amen.

Et qui eis concessit ut unicum filium suum[1] dominum nostrum non loquendo sed moriendo confiterentur concedat uobis ut fidem ueram quam lingua uestra fatetur. eciam mores probi et uita inculpabilis fateatur. Amen.

Quique eos primitiuum fructum sancte sue suscepit ecclesie. cum fructu bonorum operum uos faciat peruenire ad gaudia patrie sempiterne. Amen.

Quod ipse.[2]

Benediccio in dominica in natali domini.

DEus qui unigenitum suum misit in mundum ut eum saluaret. eiusdem salutis uos participes efficiat. et in ea perseuerabiles reddat. Amen.

Iram que super infideles manet a uobis amoueat. et ab ea

[1] eius: O.
[2] prestare: *add.* O.

uos imperpetuum liberos clementer efficiat. Amen.

Spiritum sanctum uobis attribuat. eius que donis uos affatim exuberare concedat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in circumcisione domini.

OMnipotens deus cuius unigenitus hodierna die ne legem solueret quam adimplere uenerat corporalem suscepit circumcisionem. mentes uestras contra omnia uiciorum uincencia[1] sua gracia muniat. et suam in uos benediccionem clementer infundat. Amen.

Et qui legem per moysen dedit ut per mediatorem nostrum benediccionem daret. exuat uos mortificacione uiciorum et faciat perseuerare in nouitate uirtutum. Amen.

Quo sic/ in senarii [fo. 166. numeri perfeccione in hoc seculo uiuatis. et in septenario inter beatorum spirituum agmina requiescatis. quatinus in octauo resurreccione renouati. iubilei remissione ditati ad gaudia sine fine mansura perueniatis sinceri. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia epiphanie.

COrda nostra[2] dominice aparicionis splendor illustret. et stella iusticie uos sempiterna illuminacione letificet. Amen.

Radius superne gracie uos semper in luce deducat. et ad patriam eterne claritatis inoffenso calle perducat. Amen.

[1] incentiua: O.
[2] uestra: O.

541

Quatinus magorum exemplo deuia queque uitantes. et ea que recta sunt christo ducen[1] sectantes. in illa celesti regione sine fine maneatis ouantes. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die epiphanie.[2]

DEus lumen uerum qui unigenitum suum hodierna die stella duce gentibus uoluit reuelare. sua uos benediccione dignetur ditare.[3] Amen.

Quo exemplo magorum mistica domino ihesu christo munera offerentes. spreto antiquo hoste spretis que contagiis uiciorum. ad eternam patriam redire ualeatis per uiam uirtutum. Amen.

Detque uobis ueram mencium innocenciam qui sui[4] super unigenitum suum spiritum sanctum demonstrari uoluit per columbam. eaque uirtute mentes uestre exerceantur. ad intelligenda diuine legis archana qua in chana galilee lympha est in uinum conuersa. Amen.

Quod ipse prestare.[5]

Benediccio in prima dominica post epiphaniam.

DEus cuius ineffabili disposicione actum est ut temporalem filii sui puericiam christiana plebs ubique miretur. spiritu prudencie corda uestra illustrare ac docere dignetur. Amen.

Quique illum parentibus uoluit subdi. ipse uos uelit

[1] *Sic* for *ducente*: duce: O.
[2] *omit* O.
[3] *added in margin*: O.
[4] *om.* O.
[5] *om.* O.

542

humilitatis et pietatis muneribus misericorditer informari. Amen.

Et qui eum sapiencia etate et gracia tribuit proficere. spiritualium uobis profectuum incrementa dignetur propicius impertire. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in ii dominica.

DEus qui sua mirabili potestate/ in uinum [fo. 166. b. conuertit aquam ipse uos a uetustate subtractos in uitam transferat nouam atque beatam. Amen.

Et qui nupciis interesse uoluit. ut earum sua presencia comprobaret bonum. ipse uobis castitatis et sobrietatis perpetue confederat[1] donum. Amen.

Ipse eciam uobis sanctarum scripturarum spiritualem intelligenciam tribuat qui aquas in uina uertendo hoc ipsum mistice designabat. Amen.

Quod ipse.[2]

Benediccio in dominica iii.

OMnipotens deus uos ab omnium peccatorum maculis mundando dignetur absoluere. qui leprosum supplicem tactu proprio dignatus est emundare. Amen.

Quique centurionis seruum non aspernatus est uisitare. ipse cordium uestrorum hospicium dignetur misericorditer introire. Amen.

Sicque uos fidei sue plenitudine repleat ut cum sanctis suis in

[1] conferat: O.
[2] prestare: *add.* O.

celorum regno accubare concedat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in iiii^a. dominica.

TEmptacionum omnium a uobis dominus pericula remoueat. et perturbacionum procellas miseratus excludat. Amen.

Temptatoris. fraudes. atque molimina dissoluat. et aduersus eum cautos atque inuincibiles faciat. Amen.

Continua uobis pacis munera tribuat. et uos in portum tranquillitatis ac securitatis propiciatus constituat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in v.^a dominica.

DEus qui bonum semen in sua ecclesia serere numquam cessat. in uobis illud conseruare numquam desistat. Amen.

Zizaniorum superseminatorem a uobis procul repellat. et sui uerbi pabulo uos indesinenter reficiat. Amen.

Et cum dies dies[1] iudicii aduenerit a reprobis separari.[2] ad dexteram iudicis sisti. et in beatorum mereamini regno collocari. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio in dominica septuagesime.

OMnipotens deus ita studium uestri cursus [4]dignetur dirigere.[4] ut brauium uos eterne uite faciat comprehendere. Amen.

[1] *om.* O.
[2] separati : O.
[3] prestare : *add* O.
[4]—[4] dirigere dignetur : O.

Et ita uos abstinencie armis circumdet. ut nullis huius uite oneribus a peruencione trademini.[1]/ Amen. [fo. 167.

Quique uos uineam suam uocare. uobisque sanctos operarios dignatus est mittere ipse uos sua gracia semper excolat ut denario uite perhennis uos remunerari non abnuat. Amen.

Quod ipse.[2]

Benediccio in dominica[3] sexagesime.

DEt uobis dominus nosse misteria regni sui qui iam dare dignatus est auditum uerbi sui. Amen.

Sic que mentes uestras seminis sui copia repleat ut in uobis illud sibi placitum fructificare concedat. Amen.

Et ita uos ab omni temptacione muniat quatinus triceni sexageni atque centeni fructus pro sue gracie distribucione munificenciam tribuat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica[4] quinquagesime.[5]

OMnipotens deus sua uos benediccione confirmare. et imminenti quagragesimali[6] abstinencie aptos dignetur efficere. Amen.

Quique ceco supplicanti diuinitatis potencia lumen restituit. cecitatem cordis uestri clementissimus illuminator abstergat. et

[1] retardemini : O.
[2] prestare : *add* O.
[3] *om.* O.
[4] *om.* O.
[5] *quadragesime* : O.
[6] quadragesimali : O.

lucis sue radiis mentes uestras benignus illustrari concedat. Amen.

Quatinus uiciorum sordibus emundati. et caritatis ardore solidati. celestem hereditatem percipere ualeatis illesi. Amen.

Quod.[1]

FEria iiii. in capite ieiunii[2] *post sextam decantatam abbas sollempniter indutus alba et stola cum manipulo atque capa ingrediatur chorum et ad magnum altare procedens septem psalmos penitenciales incipiat. et cum.* Gloria patri. *finiantur ac omnes fratres in choro se prosternant dicendo predictos psalmos. Quibus finitis subiungant omnes antiphonam* Ne reminiscaris. *et statim subiungat cantor.*[2] Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster.

[1] ipse prestare : *add.* O.

[2]—[2] *cum post sextam pulsatum fuerit paruulum signum ut moris est ad preparationem misse. pulsentur duo signa. ter. primo minora et postea aliquan'ulum maiora gradatim ad populum congregandum ad absolutionem. Postea cum tempus fuerit pulsetur maius signum singulatim per se. cuius audito sonitu: cessent loqui in claustro et omnes confestim ecclesiam intrent fiatque oracio ut alias consueuit. Atque interim abbas in uestibulo alba cum stola manipulo. et capa: induatur. et archidiaconus alba tantum. nec aliquis tunc preter illos reuestiatur. set terminata oracione: sedeant in choro qui uoluerint et donec abbas indutus fuerit: omnes pariter ibidem expectent. quia usque in dormitorium ut se discalcient processionaliter non sunt ituri sicut mos antiquitus erat quando scilicet nudis pedibus: ad processionem incedebant. Prior uero quando in abbatis absencia officium istud celebrat alba reuestitus accepta stola cum manipulo : capa minime induetur. Abbas autem chorum ingrediens et ad magnum altare procedens .vii. psalmos penitenciales incipiat. ac prosternant se omnes fratres in choro. et ipse abbas una cum archidiacono. et sacrista. ac uestibulario et altero suo capellano : ante altare super tapetum a secretario ibidem prelocatum humiliter procumbat. Sequetur enim eum suus capellanus minime* [these three last words struck through and *sui capellani* written over in a sixteenth century hand] *indutus* [altered into *induti*, probably by same hand] *qui de libro eidem ministrabit* [altered into *ministrabunt*] *quemadmodum ad dirige de anniuersario principali siue ad placebo quando per se canitur solet ministrare. psalmi cum gloria patri finiantur. Quibus finitis subiungant omnes pariter Antiphonam.* Ne reminiscaris domine. *Que uidelicet antiphona causa penitencium hac die et in die cene tantum modo : dici solet. cantorque subiungat altiori uoce :* O. (f. 107.)

Hic erigat se abbas astans[1] *prostratis ceteris omnibus excepto capellano*[2] *sibi ministrante. et*[3] *dicat.*

Et ne nos. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Cito anticipent.[4] Adiuua nos deus.[5] Et propter.[6] Sacerdotes tui induantur iusticiam. Et sancti tui.[7] Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus [8]sperantes in.[8] Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis.[9]/ Mitte [fo. 167. b. eis domine auxilium de sancto. Et de syon [10]tuere eos.[10] Exurge domine adiuua nos. Et libera nos. Domine exaudi.[11] Et clamor meus.

Et non solempniter. sed plane legendo dicat.

Dominus uobiscum.

Oracio.

EXaudi domine preces nostras et confitencium tibi parce

[1] *in eminentiori loco : add.* O.

[2] *de libro : add.* O.

[3] *om.* O.

[4] *om.* O.

[5] salutaris noster : *add.* O.

[6] gloriam : *add.* O.

[7] *om.* O.

[8]—[8] *om.* O.

[9] *om.* O.

[10]—[10] *om.* O.

[11] orationem meam : *add.* O.

547

peccatis. ut quos consciencie reatus accusat indulgencia tue miseracionis absoluat. Per dominum.

Alia oracio.

PReueniat hos famulos tuos et has famulas tuas quesumus domine misericordia tua. ut omnes iniquitates eorum celeri indulgencia deleantur. Per christum dominum nostrum.

Oracio.[1]

ADesto domine supplicacionibus nostris nec sit ab hiis famulis et famulabus tuis clemencie tue longinqua miseracio. sana uulnera. eorumque [2]peccata remitte.[2] ut nullis a te iniquitatibus separati. tibi domino semper ualeant adherere. Per christum.

Oracio.[3]

DOmine deus noster qui offensione nostra non uinceris sed satisfaccione placaris respice quesumus ad hos famulos tuos et famulas tuas qui se tibi peccasse grauiter confitentur. Tuum est ablucionem[4] criminum dare. et ueniam prestare peccantibus. qui dixisti penitenciam te malle peccatorum quam mortem. Concede ergo domine hiis ut tibi penitencie excubias celebrent. et correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per christum.

[1] *Alia oracio :* O.
[2]—[2] remitte peccata : O.
[3] *Oremus :* O.
[4] *sic et* O.

548

Alia oracio.[1]

ADesto domine supplicacionibus nostris. et sicut publicani precibus et confessione placatus es. ita et hiis famulis et famulabus tuis placare. uotis quoque eorum benignus aspira. ut in confessione flebili permanentes. et peticione perpetua clemenciam tuam celeriter promereantur. [2]sacris que[2] altaribus et sacramentis restituti. rursus celesti gloria[3] mancipentur. Per christum.[4]

Oracio.[5]

DEus qui mundum in peccati fouea iacentem misericorditer erexisti. deus qui per manus imposicionem animarum et corporum ualitudines effugasti. idemque opus discipulos tuos eorum et[6] successores agere iussisti: exaudi preces nostras pro/ hiis[7] famulis et [fo. 168. famulabus tuis morbo criminum actenus tabescentibus. et manum pietatis tue manui nostre superpone. ut per manus nostre imposicionem te operante infundatur in eis spiritus sancti gracia. descendat super eos celestis benediccio. tribuatur eis peccatorum remissio. cunctorum que scelerum piacula relaxentur. et tuorum carismatum munera affluencius conferantur. Per[8] dominum.

[1] *oremus :* O.
[2]—[2] sanctisque : O.
[3] glorie : O.
[4] dominum : *add.* O.
[5] *alia oracio* : O.
[6] que : O.
[7] *om.* O.
[8] christum : *add.* O.

549

Absolucio [1]*postea sequatur. et*[1] *dicatur absque* Dominus uobiscum. *sic.*

DOminus ihesus christus qui dixit discipulis suis quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum et in celis. et quodcumque solueritis super terram erit solutum et in celis. de quorum numero quamuis indignos[2] esse uoluit ipse uos absoluat per ministerium nostrum uice beati petri apostolorum principis. quecumque cogitacione. locucione atque operacione negligenter uos egistis atque a peccatorum nexibus absolutos perducere dignetur ad regna celorum. Qui cum deo patre in unitate spiritus sancti uiuit et regnat per omnia secula secula[3] seculorum. Amen.

Hiis expletis surgant omnes a terra. [4]*deinde sequatur benediccio cinerum*[4] *cantore incipiente antiphonam.*

Exurge domine [5]adiuua nos et libera nos propter nomen tuum. *Ps.* Deus auribus.[5] *Antiphona.* Exurge[6] *sine.* Gloria patri.

Postea dicat abbas ℣.

Ne reminiscaris domine delicta

550

nostra uel parentum nostrorum. Neque uindictam sumas.[1]

Et singuli fratres in choro formis incumbant subiungentes.

Kyrieleison. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster.[2]

Dictoque ab abbate. Et ne nos *subiungatur psalmus.*

Deus misereatur.[3] *Qui cum.* Gloria patri *a choro prosequatur.*[4] *Subiungat abbas* ℣.

Domine non secundum peccata nostra facias nobis. Neque secundum. Dominus uobiscum.

Oracio.

EXaudi quesumus domine gemitum populi supplicantis: ut qui de meritorum qualitate diffidimus. non iudicium. sed misericordiam consequamur.[5] Per dominum.

Post hanc oracionem surgentibus cunctis inchoetur antiphona.

Exaudi me[6] domine [7]quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miseracionum tuarum respice nos domine.[7]

[8]*Fratres uero*/ *in choro* [fo. 168. b. *atque conuersi cum aqua benedicta. cruce. thuribulo. et cineribus. ut*

[1]—[1] *om.* O.
[2] nos : *add.* O.
[3] *om.* O.
[4]—[4] *et reuertantur singuli ad sedilia sua exceptis conuersis minime indutis qui cum aqua benedicta cruce. et thurribulo igne prius inposito. una cum secretario. uas cum cineribus in manu gerente: usque ante gradus magni altaris directe procedant et pulsentur duo signa:* O.
[5]—[5] *in margin:* O.
[6] *hac die tantum dicatur precedens Antiphona: add.* O.

[1] *om.* O.
[2] *Atque fratres interim qui aquam benedictam crucem et cineres tenent. super gradus ante altare suppliciter genuflectant: add.* O.
[3] nostri : *add.* O.
[4] *et ex ea parte inchoetur qua fuerit ordo sacerdotis qui magnam missam est celebraturus: add.* O.
[5] consequi mereamur : O.
[6] nos : O.
[7]—[7] *om.* O. *in text but added in margin.*
[8]—[8] *Et tunc procedant conuersi usque ad abbatem cum aqua benedicta cruce et turribulo atque ad finem antiphone fratres in*

prius ad finem antiphone se incuruent abbate dicente. ℣.

Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. cito anticipent nos.[8] Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Deus in adiutorium. Ostende nobis domine [1]misericordiam tuam.[1] Dominus uobiscum.

DEus qui iuste irasceris. et clementer ignoscis afflicti populi lacrimas respice. et iram tue indignacionis quam iuste meremur propiciatus auerte. Per dominum.

[2]*Finita hac oracione tam fratres in choro. quam eciam conuersi ante gradus altaris statim se erigant. Abbasque subiungat benediccionem super cineres non sollempniter sed plane dicendo.*[2]

Dominus uobiscum.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui misereris omnium et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitenciam qui eciam subuenis in necessitate laborantibus bene✠dicere et sancti✠ficare hos cineres dignare. quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda nostra delicta super capita nostra ferre

choro ut prius supra formas se incuruent abbate dicente ℣. Domine [ne *added in margin and over line*] memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. cito anticipent : O.

[1]—[1] *om.* O.

[2]—[2] *At ubi dicitur qui tecum uiuit : erigant se fratres in choro et ad orientem se uertant. atque astantibus ministris qui crucem thuribulum aquam benedictam. cineresque teneant : subiungat abbas benediccionem super cineres non sollenniter sed plane dicendo ·* .

constituisti more niniuitarum et da per inuocacionem tui nominis ut omnes qui eos ad deprecandam misericordiam tuam super capita sua tulerint. a te mereantur omnium delictorum suorum. ueniam accipere. et hodie sic eorum ieiunia inchoare sancta. ut in die resurreccionis purificatis mentibus ad sanctum mereantur accedere pascha. et in futuro perpetuam percipere[1] gloriam Per christum. dominum.[2]

Alia oracio.

OMnipotens sempiterne deus parce metuentibus. propiciare supplicantibus. et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui bene✠dicat et sancti✠ficet cineres istos. ut sint remedium salubre omnibus nomen tuum humiliter implorantibus. ac semetipsos per conscienciam delictorum suorum accusantibus. atque conspectui diuine clemencie tue facinora sua deplorantibus. uel serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixeque flagitantibus : presta quesumus per inuocacionem sanctissimi nominis tui. ut quicumque eos super se asperserunt[3] pro redempcione peccatorum. corporis sanitatem et anime tutelam percipiant./ [fo. 169. Per christum dominum nostrum.[4]

Alia oracio.

DEus qui humiliacione flecteris. et satisfaccione placaris:

[1] accipere : O.

[2] nostrum : *add.* O.

[3] asperserint : O.

[4] *om.* O.

aurem tue pietatis inclina precibus nostris. et capitibus seruorum tuorum per horum cinerum infusionem graciam infunde tue benedic✠cionis. et eos spiritu compunccionis repleas. et que iuste postulauerint efficaciter tribuas. et concessa perpetua stabilitate concedas. Per christum dominum nostrum.[1]

[2]*Alia oracio.*[2]

DEus qui non uis mortem. sed penitenciam desideras peccatorum. fragilitatem condicionis humane benignissime respice. et hos cineres quos causa proferende humilitatis atque promerende uenie capitibus nostris imponi decernimus bene✠dicere pro tua pietate digneris. ut qui nos in cinerem et ob prauitatis nostre meritum in pulueren reuersuros cognoscimus. peccatorum omnium ueniam. et premia penitentibus repromissa misericorditer consequi mereamur. Per dominum.

At ubi dixerint Amen. *aspergantur aqua benedicta cineres et incensentur atque confestim imponat cantor antiphonam.*

Immutemur habitu [3]in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum. quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster.

Cantorque subiungat psalmum.

Uenite adoremus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster.[3]

[1] *om.* O.

[2]—[2] *Item oremus:* O.

[3]—[3] ℣. Uenite adoremus. *An.* Immutemur: O.

Et post unumquemque uersum eiusdem psalmi repetatur antiphona. Immutemur. *Interim postquam precedens inchoatur antiphona.* [1]*Abbas accipiat primum capiti suo cineres a priore.*[1] *ac deinde abbas imponat cineres capitibus singulorum genua*[2] *flectencium coram eo et dicat.*

Memento quia puluis es et in puluerem reuerteris.

[3]*Distributis sic cineribus. et eiectis penitentibus. abbas disuestiat se. et facta processione incipiatur magna missa.*[3]

[1]—[1] *Ueniat abbas ad gradum chori. et accipiat ipse primum capiti suo cineres a priore qui indutus non erit: set stolam circa collum interim habebit:* O.

[2] *om.* O.

[3]—[3] *Fratres uero de utroque choro prout ordo est: ad cineres sumendos coniunctim procedent. ita quod archidiaconus statim post priorem cineres admittat. uel etiam ante priorem ut quidam uolunt: eo quod indutus est. Et sacrista uel alius sacerdos uice sua non reuestitus set stola indutus circa collum: tam abbati quam ceteris fratribus singillatim postquam cineres admiserint: aquam benedictam subministret et post conuentum: cineres accipiat. Fratres siquidem in suo reditu acceptis cineribus stabunt uersos uultus habentes: chorus ad chorum. Si uero abbas presens non fuerit. tunc statim ut inchoatur. Antiphona.* Immutemur habitu. *Prior ab archidiacono stola collo ipsius archidiaconi prius imposita: cineres accipiet. Ac consequenter eidem archidiacono ceterisque fratribus ordine quo predictum est: ipse prior cineres distribuet. Distributisque cineribus conuentui: procedat abbas confestim ad ianuas ecclesie ut penitentes eiciat. ipso incipiente psalmum* Miserere mei deus. *Archidiaconus qui proculdubio hac die capam non habebit indutam. uel etiam capellanus abbatis minime indutus. librum deferat atque duo iuuenes non reuestiti cum aqua benedicta et cruce procedant quos antecedat sacerdos parochialis in superpellicio una cum clerico uexillum preferente qui uidelicet processionaliter a presbiterio ex parte aquilonari egrediuntur et non per*

Benediccio in capite ieiunii.

RESpice pastor bone super hunc gregem et tribue ut qui terrenis abstinent cibis. spiritualibus pascantur alimoniis. et quos diuinis refici tribuis sacramentis ab omnibus propicius absolue peccatis. Amen.

Da eis sic/ in diebus [fo. 169. b. ieiuniorum suam componere uitam. ut non inueniantur uoluntates eorum a tua uoluntate dissimiles. sed sint semper in omnibus tuis preceptis obtemperantes. Amen.

Et ita omnem hanc familiam tua benediccione sanctifica. ut eorum ieiunia oculis tue pietatis sint semper accepta. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in dominica i. quadragesime.

BEnedicat uos omnipotens deus qui quadragenarum numerum in moysi et helye. necnon et mediatoris nostri ieiunio consecrauit. et nobis ieiunandi doctrinam tanto exemplo monstrauit. Amen.

Concedatque uobis ita transigere presentis uite dispensacionem. ut accepto a patrefamilias remuneracionis denario. perueniatis ad peccatorum omnium remissionem. et ad gloriosam cum omnibus sanctis resurreccionem. Amen.

Detque uobis spiritualium uirtutum uictricia arma quibus exemplo[2] domini deuincere ualeatis antiqui hostis sagacissima temptamenta. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio [4] *ferie iiii. quatuor temporum.*[4]

PRecum uestrarum uota deus benigna miseracione acceptare ac uos dignetur benedicere. et qui generacioni praue signa querenti signum ione prophete dixit sufficere. uobis diuina gracia fauente in ipso cum uenia peccatorum faciat signo fidei proficere. Amen.

Et sicut illum in uentre ceti tribus diebus. et tribus noctibus

chori medium. Cantor atque capellani abbatis. et alii qui uoluerint processionem imitentur ceteris interim in choro residentibus finitoque psalmo cum Gloria patri. *dicatur si opus fuerit. Psalmus* Deus misereatur. *cum* Gloria patri *et subiungatur* Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Salues fac seruos tuos et ancillas tuas. ℣. Esto eis domine turris fortitudinis. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℣. Domine exaudi oracionem meam. Dominus uobiscum. *Oracio.* Exaudi quesumus domine supplicum preces. et confitencium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per dominum. *Finita oratione. penitentes a presbitero archidiano* (sic) *manuatim. et ab archidiacono reddantur ablati. quos abbas aqua benedicta primum aspergens: mansuete cum baculo pastorali singillatim educat. archidiacono eos diligenter exhortante ut iniunctam sibi penitentiam ple* [struck through] *plenius compleant. et deuote. Eiectis* [the three first letters have been altered.] *penitentibus claudatur ianua et processio sub silentio reuertatur. atque conuersi cum aqua benedicta et cruce usque ad gradum ante paruum altare directe procedant. et abbas cum archidiacono confestim se disuestiat. Uerumtamen decentius esset ut ad eductionem penitentium sicut mos est in basilicis cathedralibus: sequens caneretur responsorium.* Ecce adam factus est. *Et in redeundo:* ℟ Emendemus in melius. *In abbatis quidem absencia archidiaconus alba indutus accepta prius stola cum manipulo penitentes semper educet ordine prelibato:* O.

[1] ipse prestare: *add.* O.

[2] *added in margin:* O.

[3] prestare: *add.* O.

[4]—[4] *in capite ieiunii:* O. A black *a* inserted between *Benediccio* and *ferie.*

seruauit illesum ita uos inter amaros inundantis seculi fluctus deuotum sibi conseruet populum. et in utero sancte ecclesie constitutis. trinam summe deitatis unitatem agnoscendi prebeat intellectum. Amen.

Sicque oraciones uestre ieiunii et elemosine geminis alis subuecte perueniant ad aures domini ut facientes uoluntatem patris qui in celis est altissimi secundum uerbum ipsius fratres et sorores ihesu christi effici mereamini. Amen.

Quod ipse.

[1]*Feria vi. benediccio.*[1]

DEus largiflue miseracionis largitor. uos propicia dignacione benedicere dignetur et secundum magnitudinem suarum miseracionum uobis omnium cõcedat/ ueniam delic- [fo. 170. torum. Amen.

Et qui languido triginta et octo annis infirmitate preuento subuenit. ipsumque uectorem suum portare precepit. uos animarum et corporum faciat infirmitatibus carere. et perpetue saluacionis incolumitate gaudere. Amen.

Quatinus presenti mundo morientes. ita per ieiunium deo uiuatis. ut in futuro iure hereditario celica regna possideatis. ubi cum sanctorum exultacione possitis maiestati domini astare ac consona confessione sancte trinitati gloriam personare. Amen.

Quod ipse.[2]

[1]—[1] *Benedictio in vi. feria :* O.
[2] prestare : *add.* O.

Benediccio in sabbato.

BEnedicat uos omnipotens deus sua misericordia mentes que uestras ad superna propicius excitet desideria sicut assumptis discipulis montem cum eis dignatus est petere. seque illis in solis claritate. et niuis candore uoluit demonstrare. Amen.

Uota ieiuniorum nostrorum[1] dignanter accipiat[2] qui hoc in moysi et helye immo et in suo ieiunio sanctificauerat atque ornamentis sanctorum meritorum corda uestra exuberare concedat. ut dilecti eius fiatis filii in quibus deo patri bene complaceatis. Amen.

Quique paterna uoce de nube est uocatus. uos a peccatorum nexibus absoluat miseratus. et cum electis dei habitatores efficiat paradisi. ubi transfiguracionis domini eternam uisionem contemplari mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in [3]dominica ii. xlme[3]

OMnipotens deus ieiunii ceterarumque uirtutum dicator atque amator. animarum uestrarum ac corporum semper sit custos atque sanctificator. Amen.

Accendat in uobis pie deuocionis affectum. et prebeat supplicantibus suum benignus auditum. Amen.

Quatinus mentes uestre sinceris purgate ieiuniis bonorum

[1] uestrorum : O.
[2] suscipiat : O.
[3]—[3] *ii. dominica :* O.

omnium exuberent incrementis. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio in iii. dominica.

OMnipotens deus ieiuniorum uestrorum uictimas clementer accipiat. et sua uos benediccione dignos efficiat. Amen.

Mentes uestras ita parcimonie bono contra uicia muniat preceptorum suorum doctrinis erudiat. caritatis dono repleat. et/ uos in omnibus sibi [fo. 170. b. placere concedat. Amen.

Quatinus presentes quadragesime dies deuotissime celebretis. ut ad paschalia festa purificatis cordibus accedere ualeatis. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio in [2]dominica iiii.[2]

DEus qui uos ad presencium quadragesimalium dierum[3] medietatem dignatus est perducere. ipse uos[4] sua miseracione dignetur benedicere. Amen.

Abstinenciam uestram preteritam acceptet futuram ita sibi placitam reddat. ut sicut abstinetis ab illicitis cibis. ita uos eciam a uiciis omnibus abstinere concedat. Amen.

Quo de preteritis et de futuris spiritualium carismatum frugibus ei grates persoluentes ad sanctum pascha peruenire possitis indempnes. Amen.

Quod ipse.[5]

[1] prestare: *add.* O.
[2]—[2] *iiii dominica:* O.
[3] obseruat: *add.* O.
[4] *written over line:* O.
[5] prestare: *add.* O.

Benediccio in passione domini.

ACcendat in nobis[1] dominus uim sui amoris. et per ieiuniorum obseruanciam infundat in uos donum sue benediccionis. Amen.

Sic ei parcimonie uictimas offeratis. ut contriti ei cordis et humiliati pectoris sacrificio placeatis. Amen.

Quatinus oracio uestra ieiunii et elemosine alis subuecta ita ad aures uestri conditoris ascendat. ut uos beatitudinis heredes et supernorum ciuium consortes efficiat. Amen.

Quod ipse.

IN dominica palmarum †post terciam decantatam. Abbas capa rubea cum stola et manipulo sollempniter indutus precedentibus eum ministris per modum processionis procedat ad magnum altare et cum ibidem peruenerit incipiat cantor antiphonas sequentes.

Fratres hoc enim sentite in uobis quod et in christo ihesu.

Antiphona.

In nomine enim ihesu omne genu flectatur. celestium terrestrium. et infernorum. et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris.

[1] uobis: O.
†—† *tercia a domino abbate uel priore decantata: procedat abbas ad altare ut* (sic) *erit capa rubea indutus stola. et manipulo uel etiam prior in eius absencia cum stola et manipulo absque capa. quoniam proculdubio in abbatis absentia nisi aliquis episcopus affuerit: nullus ad processionem capa induetur nisi tantummodo sacerdotes feretra portantes. sed neque qui lectionem aut euangelium super palmas. siue euangelium ad stacionem est lecturus: ipso absente dalmatica induetur. Cum uero abbas siue*

Quibus finitis subdyaconus accepto phanone cum dalmatica sequentem ad gradum legat leccionem.

Leccio libri exodi.

IN diebus illis: Uenerunt filii israel in helym: ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palme. et castra metati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de helym: et uenit omnis multitudo filiorum israel in desertum syn: quod est inter helym et synai: quintodecimo die mensis secundi postquam egressi sunt/ de terra [fo. 171. egypti. Et murmurauit omnis congregacio filiorum israel contra moysen et contra aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filii israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti: quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panes in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum. ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad moysen. Ecce ego pluam uobis panes de celo. egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexto parent quod inferant. et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque moyses et aaron ad omnes filios israel. Uespere scietis quod dominus eduxerit uos de terra egypti: et mane uidebitis gloriam domini. Audiuit enim murmur uestrum contra dominum. Nos uero quid sumus quia musitatis contra nos? Et ait moyses. Dabit dominus uobis uespere carnes edere. et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmuraciones uestras quibus murmurastis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur uestrum. sed contra dominum. Dixitque moyses ad aaron. Dic uniuerse congregacioni filiorum israel. Accedite coram domino: audiuit enim murmur uestrum. Cumque loqueretur aaron ad omnem cetum filiorum israel: respexerunt ad solitudinem. et ecce gloria domini apparuit in nube.†

§*Perlecta autem hac leccione. dyaconus dalmatica indutus. benediccionem ab abbate humiliter petens et incensato libro legat nota cotidiana super palmas sequens euuangelium. Secundum Iohannem.*

IN illo tempore: Turba multa que uenerat ad diem festum cum audissent. quia uenit

prior una cum ministris cum aqua benedicta et duabus crucibus atque duobus candelabris cereis desuper accensis duobusque thurribilis ignitis et cum acerra thure referta quasi tunc sollennem inchoando processionem cum precedentibus. ad altare peruenerit: cantor in statione sua incipiet Antiphonam. Fratres hoc enim sentite. *Postea subiungat Antiphonam* In nomine enim ihesu. *Et dum dicitur* omne genu flectatur: *omnes pariter genuflectant. et surgentes antiphonam prosequantur. Hoc cantu finito: unus subdiaconorum a cantore rogatus accepto phanone cum dalmatica si abbas affuerit uel aliquis episcopus. uel si non. absque dalmatica hanc solenniter ad gradum legat lectionem.* Uenerunt filii israel. *que quidem lectio uetus significat testamentum. et tamen aliquociens moderno tempore legi non consueuit. licet in quampluribus huius ecclesie missalibus scribatur atque in basilicis cathedralibus nec non et in ecclesiis que magne sunt auctoritatis uniuersaliter legatur.* O. (f. 115.)

§—§ *Perlecta autem lectione uel finito cantu prenotato si lectio quod absit legi non debeat: diaconus dalmatica indutus accepta*

ihesus iherosolimam: acceperunt ramos palmarum. et processerunt ei obuiam et clamabant. Osanna. benedictus qui uenit in nomine domini: rex israel. Et inuenit ihesus asellum et sedit super eum sicut scriptum est Noli timere filia syon: ecce rex tuus uenit: sedens super pullum asine. Hec non cog-/ [fo. 171. b. nouerunt discipuli eius primum: sed quando clarificatus est ihesus. Tunc recordati sunt quia hec erant scripta erant[2] de eo: et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo: quando et lazarum uocauit de monumento. et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba: quia audierunt eum: fecisse hoc signum.

Quo perlecto. exuat se dyaconus dalmatica et stola. Postea abbas palmas ceterarumque frondium ramos dicens plane legendo.§

Dominus uobiscum.

Oracio.

DEus cuius filius pro salute generis humani de celo descendit ad terras et appropinquante hora passionis sue iherosolimam in asino uenire. et a turbis rex appellari ac laudari uoluit. benedi✠cere dignare

thuris accerra eam deferat ad abbatem. et imposito thure ab abbate acceptoque thuribulo a conuerso: benedictionem suppliciter petat. et librum continuo incenset. legatque nota cotidiana super palmas euangelium. Turba multa que conuenerat. *Quo perlecto statim exuat se diaconus dalmatica et stola. postea accedens abbas uel prior ipso absente: benedicat palmas ceterarumque frondium ramos quos ad dexteram sui habeat. Super tapetum ante magnum altare decenter positos. plane legendo dicens:* O. [2] *sic.*

hos palmarumque[1] frondium ramos: ut omnes qui eos laturi sunt ita benediccionis tue dono repleantur ut[2] in hoc seculo hostis antiqui temptamenta superare. et in futuro cum palma uictorie et fructu bonorum operum tibi ualeant apparere. Per eundum.

Oracio.

DEus humane fragilitatis presidium qui unigenito filio tuo domino nostro iherusalem pergenti hebreorum pueros cum ramis palmarum occurrere uoluisti. et ex eorum uocibus osanna clamancium in excelsis prophete uaticinium ueritatis attestacione docuisti esse completum: humilitatis nostre uota propicius respice. et hos ramos oliue ac palmarum quos tui famul. deuota mente suscipiunt celesti bene✠diccione sanctifica: e' corda fidelium gracie tue rore perfusa ad dominice resurreccionis diem sinceris mentibus peruenire concede. Per eundem.[3]

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus supplices te deprecamur. ut sicut olim hebreorum pueri. ita et nos unigenito filio tuo domino nostro ihesu christo appropinquante passionis sue[4] tempore exultantes concedas occurrere. ut quod tunc per infanciam portantem palmarum ramos figuratum est. hoc nos per innocenciam leta ueritate fidei

[1] palmarum ceterarumque: O.

[2] *om.* O.: but written over line after *seculo.*

[3] *Fratres uero in choro dum dicuntur orationes stabunt ad orientem intenti: add.* O.

[4] eius: O.

offeramus. Per eundem [1]dominum nostrum.[1]

[2]*Postea aspergantur palme et/ et*[3] *frondes atque incensentur* [fo. 172. *et singulis postmodum distribuantur cantore incipiente*[2] *antiphonam.*

Pueri hebreorum tollentes [4]oliuarum obuiauerunt domino clamantes et dicentes osanna in excelsis.[4]

[5]*Antiphona.*

Cum angelis et pueris [6]fideles inueniantur triumphatori mortis clamantes osanna in excelsis.[6]

Benediccio [7]*ad missam*[7] *in dominica palmarum.*

BEnedicat uos omnipotens deus cui ieiuniorum maceracione et presencium dierum obseruacione placere studetis quatinus ad eterne suauitatis refeccionem ipso donante peruenire possitis. Amen.

1—1 *om.* O.

2—2 *Dictis hiis tribus collectis singulis cum integro per eundem. aqua benedicta aspergantur palme et frondes. atque incensentur. Postea accipiat secretarius palmam unam et commendet abbati manum eius supliciter osculando. Deinde priori. et cantori ceterisque per ordinem distribuantur. cantore imponente :* O.

3 *et* repeated.

4—4 ramos : O.

5 *Item : pref.* O.

6—6 *Interim dum palme distribuuntur : a succentore et secretariis. ordinetur sagaciter utraque processio ad quas in abbatis absencia nisi aliquis forte episcopus affuerit. nullus capa induetur preter sacerdotes seculares aut clericos feretrum portantes set neque ut prefertur qui lectionem aut euangelium ante benedictionem palmarum siue euangelium ad secundam stacionem est lecturus. dalmatica induetur : nisi abbas affuerit uel aliquis episcopus. Ad missam tamen altaris ministri non tunicam et dalmaticam set casulas induent : a quacumque persona missa celebretur : add.* O.

7—7 *om.* O.

Concedat que uobis ut sicut ei cum ramis palmarum ceterarum ue frondium presentari studuistis. ita cum palma uictorie et fructu bonorum operum ei post obitum apparere ualeatis Amen.

Quique unigeniti filii eius passionem puro corde creditis mente deuota uenerari studetis. ad resurreccionis eius festa. et uestre remuneracionis premia illius fulti munimine ueniatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio per ebdomodam.[1]

OMnipotens deus qui unigeniti sui passione tribuit uobis humilitatis exemplum. concedat uobis per eandem humilitatem percipere sue benediccionis ineffabile donum. Amen.

Ipsius resurreccionis percipiatis consorcia cuius paciencie ueneramini documenta. Amen.

Quo ab eo sempiterne uite munus percipiatis. per cuius temporalem mortem eternam uos euadere creditis. Amen.

Quod ipse.[2]

FEria quinta in cena domini† *post reconciliacionem peniten-*

1 *ebdomadam* : O.

2 prestare : *add.* O.

†—† *facta processione usque in dormitorium post nonam et pulsatis interim duobus signis ter gradatim de signis minoribus et postea mediocribus ad significandam horam absolucionis faciende fiat reconciliacio penitencium. hoc modo.*

Abbas in capa rubea et pontificalibus sollenniter indutus cum archidiacono absque stola et manipulo capa similiter rubea festiue induto. et cum duobus diaconibus alba et stola manipuloque reuestitis. atque aliis ministris aquam benedictam crucem et cereos deferentibus qui omnes albis sint induti

cium abbas in capa rubea et pontificalibus sollempniter indutus cum suis ministris reuestitis super gradus coram magno altari procumbat et prosternentibus se omnibus in choro dicent septem psalmos penitenciales cum Gloria patri. *et cum antiphonis* Ne reminiscaris. *subiungentes.* Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. *postea erigat se abbas et stans ante altare dicat.*†

Et ne nos. Sacerdotes tui induantur iusticiam. Nichil proficiat inimicus in eis. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Esto

clerico in superpellicio uexillum preferente a parte aquilonari et non per chori medium egrediendo ad reconciliandum penitentes: ad ianuas ecclesie cum processione pergat. Ps. Miserere mei deus *submissa uoce psallendo sint que presentes in atrio: qui reconciliandi sunt.*

[*De officio archidiaconi presente abbate.* in blue letters in margin.]

Si abbas affuerit uel aliquis episcopus: tunc archidiaconus capa indutus una cum sacerdote uel sacerdotibus parochialibus et clerico uexillum ferente. post ps. expletum cum Gloria patri. *legat hanc lectionem extra ecclesie ianuas.*

Adest o uenerabilis pontifex [*uel* abbas: written over line] tempus acceptum. dies propiciationis diuine et salutis humane: qua mors interitum. et uita accepit eterna principium: quando in uinea domini sabaoth. sic nouorum palmitum plantatio facienda est ut purgetur execratio (*sic*) uetustatis. Quamuis enim a diuiciis bonitatis dei. nichil temporis uacet. nunc tamen et largior est per indulgenciam. remissio peccatorum: et copiosior per graciam assumptio renascentium. Augemur regenerandis. crescimur reuersis: lauant aque. lauant lacrime. Inde est gaudium de assumptione uocatorum: hinc leticia de absolucione penitencium. Inde est quod supplices tui postea quam in uarias formas criminum. neglectu mandatorum celestium et morum probabilium transgressione ceciderunt humiliati atque prostrati prophetica ad deum uoce clamant dicentes. Peccauimus cum patribus nostris. iniuste egimus iniquitatem fecimus: miserere nostri domine euangelicam uocem non frustratoria aure capientes. beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Manducauerunt sicut scriptum est. panem doloris. lacrimis stratum rigauerunt: cor suum luctu. corpus ieiuniis afflixerunt ut animarum reciperent quam perdiderant sanitatem. Unicum est itaque penitentis suffragium. quod et singulis prodest: et omnibus in commune: succurrit. *Hic exaltet uocem aliquantulum.* Redintegra ergo in eis apostolice pontifex uel pater reuerende quicquid diabolo suadente. seuiente. scindente. corruptum est: et orationum tuarum patrocinantibus meritis. per diuine reconciliationis graciam fac homines proximos deo. ut qui antea in suis peruersitatibus displicebant: nunc iam placere se domino in regione uiuorum deuicto mortis sue auctore: gratulentur.

Que lectio non legetur abbate absente nisi aliquis forte episcopus affuerit. nec habebit archidiaconus capam chori indutam neque induentur leuite nisi abbas sit presens. uel aliquis episcopus.

[Hic specificatur qualiter in abbatis absencia ab archidiacono introducentur penitentes: written in blue letters in margin.]

[B] *In abbatis quidem absentia archidiaconus. stola prius assumpta cum manipulo penitentes introducet. quem antecedet sacerdos parochialis in superpellicio cum duobus conuersis in froccis aquam benedictam et crucem portantibus et cum clerico uexillum preferente.* [*Hic est ordo preposterus per negligentiam scriptoris:* written in margin in black letters of same date and apparently same hand.] *finitoque psalmo predicto cum* Gloria patri *sacerdos cum clerico extra ianuas ecclesie et cum penitentibus existens eos archidiacono intra ianuas ecclesie cum conuersis existenti manuatim commendet. et ipse eos aqua benedicta aspergens: ecclesie gremio restituat. et dicatur interim. ps.* Deus misereatur nostri *cum* Gloria patri *cui adiciatur ps.* Iubilate deo omnis terra seruite. *et si opus fuerit: ps.* Laudate domine in sanctis eius. *Qui quidem ps. abbate presente: nullatenus dicentur. Sed penitentibus introductis siue abbas affuerit siue non. processio confestim sub silentio reuertatur.* [*Hoc loco inseritur quid fiet ab abbate perlecta lectione prescripta:* written in blue letters in margin.]

[A] *Set cum abbas affuerit uel aliquis episcopus finita lectione prescripta: continuo incipiet antiphonam.*

Uenite uenite. [*—* Musical notation above these words.]

Diaconus stola redimitus ex parte peni-

eis domine turris fortitudinis. Mitte eis domine auxilium de sancto./ Domine exaudi oracio- [fo. 172. b. nem meam.[1] Dominus uobiscum.

tencium: continuo subiungat. *Flectamus genua* *alius diaconus stola similiter indutus. stans cum abbate infra ianuas ecclesie subiungat.* *Leuate.* *Et ab abbate si uoluerit moneantur penitentes ut quod penitendo diluerunt: iterando non reuocent. Item domnus abbas eodem modo repetat.* *Uenite uenite.* *Diaconus* *Flectamus genua* *Alius* *Leuate.* *De hinc abbate tercio repetente.* *Uenite uenite.* [*—* Musical notation above these words.]

Prosequatur diaconus. *Flectamus genua.* *Atque confestim cum diacono penitentes corruant ad pedes abbatis. sicque prostrati iaceant quousque domnus abbas alteri diacono annuntiet ut subiungat.* Leuate. *et tunc a ministris tota prosequatur an.*

Uenite uenite uenite filii audite me timorem domini docebo uos euouae. [*—* Musical notation above these words.]

Ps. Benedicam dominum. i. *Post unumquemque uersum dum psalmus cantatur: repetatur Antiphona et semper manuatim penitentes a presbiteris: archidiacono. et ab archidiacono: reddantur abbati: et abbate: restituantur ecclesie gremio atque singillatim a nouicio aquebaiulo aqua benedicta aspergantur. Quibus ita expletis: processio sub silencio protinus reuertatur.* [These last twenty-four words from et ab archidiacono written over erasure.]

[C] *Post reconciliacionem penitencium abbate si affuerit cum reuestitis super gradus coram magno altari procumbente. uel etiam priore in abbatis absencia alba atque manipulo reuestito eodem modo ante altare se incuruante cum suo secum capellano. et cum sacrista uel eius socio qui froccis induentur et cum archidiacono qui solus cum priore alba reuestietur stola cum manipulo prius deposita: prosternent se omnes in choro. quibus interesse debent illi duo fratres qui aquam benedictam. et crucem ad processionem detulerunt. et dicent .vii. psalmos penitenciales: cum* Gloria patri. *licet aliquis episcopus seu abbas non affuerit. et cum hac antiphona.* Ne reminiscaris domine. *qua finita ab omnibus incipiatur a cantore mediocri uoce.* Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. *Et completa dominica oratione: protinus erigat se et stans in eminentiori loco ante altare: dicat abbas uel prior ipso absente:* O. (ff. 117. b.—120. b.)

[1] *om.* O. which also inserts ℣ before each versicle and response.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris. et me qui eciam misericordia tua primus indigeo clementer exaudi. ut quem non eleccione meriti. sed dono gracie tue constituisti operis huius ministrum. da fiduciam tui muneris exequendi et ipse in nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Per.

Oracio.[1]

PResta quesumus domine hiis famulis tuis dignum penitencie fructum. ut ecclesie tue sancte reconciliati a cuius integritate deuiarant peccando. admissorum reddantur innoxii ueniam consequendo. Per dominum.

Oracio.[1]

DEus humani generis benignissime conditor. et misericordissime reformator qui hominem inuidia dyaboli ab eternitate deiectum unici filii tui sanguine redemisti: uiuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras. et qui non derelinquis deuios assume correctos. Moueant pietatem tuam quesumus domine horum famulorum. lacrimosa suspiria. tu eorum medere uulneribus. tu iacentibus manum porrige salutarem. ne ecclesia tua aliqua sui corporis porcione uastetur ne grex tuus detrimentum sustineat. ne de familie tue dampno inimicus exultet. ne renatos lauacro mors secunda possideat. Tibi ergo domine supplices preces. tibi fletum cordis effundimus. tu parce confi-

[1] *Alia: pref.* O.

tentibus. ut sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant. qualiter in tremendi iudicii die sentenciam dampnacionis eterne euadant. et nesciant quod terret in tenebris. quod stridet in flammis. atque ab erroris uia ad iter reuersi iusticie. nequaquam ultra uulneribus saucientur. Sed integrum sit eis atque perpetuum. et quod gracia tua contulit. et quod misericordia reformauit. Per eundum.

Sequitur absolucio absque. Dominus uobiscum *et absque.* Oremus.[1]

DOminus ihesus christus qui beato petro apostolo ceterisque discipulis suis licenciam dedit ligandi atque soluendi. ipse uos absoluat ab omni uinculo delictorum. et quantum nostre fragilitati permittitur sitis absoluti ante tribunal domini/ nostri ihesu christi habe- [fo. 173. atis que uitam eternam et uiuatis in secula seculorum. amen.

Item alia absolucio absque. Dominus uobiscum. *et absque.* Oremus.

ABsoluimus[2] uice sancti petri apostolorum principis cuius eciam uice collata est nobis potestas ligandi atque soluendi. et quantum uestra expetit accusacio. et ad nos pertinet remissio sit uobis dominus redemptor uester uita ac salus. et omnium peccatorum uestrorum indultor. Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuit et regnat.

[1] *sic : add.* O.
[2] uos : *add.* O.

Postea si [1]*officium ab abbate celebretur. hec sequens benediccio super populum detur.*[1]

BEnediccio dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti. [2]super uos descendat et maneat semper.[2]

Deinde [3]*incipiatur officium misse.*[3]

[1]—[1] *a domno abbate seu ab aliquo episcopo officium celebretur. hec pontificalis benedictio detur super populum :* O.
[2]—[2] *om.* O.
[3]—[3] *confestim inchoetur officium misse.*
Qua expleta : precedentibus conuersis cum candelabris et thuribulo. atque subdiacono cum calice : sequatur diaconus deferens residuum hostiarum cum summa reuerentia inter duas patenas : corporalibus honorifice inuolutas quos reuerenter imitetur abbas usque ad locum constitutum decentissime preparatum. incipiendo psalmum. Miserere mei deus. *mediocri uoce. subiungat que chorus flexis genibus.* secundum magnam *a parte uidelicet qua fuerit cantoria. Quo dum peruenerint : abbas corpus domini sumens a diacono caute et honorifice ibidem reponat. et incensabitur locus ille ante reposicionem : et post. Collocato autem sic corpore dominico : deponet abbas casulam et manipulum. Diaconus uero dalmaticam : et stolam tantum. Et precinctus abbas manutergio siue lintheo : incipiat abluere magnum altare per sacristam prius denudatum. et postea altare in choro ministrante ei diacono : aquam et uinum. stante ibidem cantore. et ut omnia honeste fiant sagaciter prouidente. Abbas autem postquam altare aqua primum sufficienter abluerit : cuilibet cruci altaris uinum infundat. atque in prima ablucione notificante ei cantore : inchoet. Responsorium.*
Circumdederunt me uiri mendaces. [*–* Musical notation above these words.]
Quod cum uersu et regressu : a choro prosequatur. et eo finito : incipiat abbas Antiphonam maiorem.
Solue iubente deo. [*–* Musical notation above these words.]
Subiungatque ℣. Tu es petrus. *Oratio* Deus qui beato petro. *que sollenniter dicatur et absque* Dominus uobiscum *incipiatur. Eodem modo agatur dum cetera abluuntur altaria. ita quod dicatur antiphona. uersus et propria oratio de sancto in cuius nomine*

Benediccio [1]*ad magnam missam*[1] *in cena domini.*

BEnedicat uos deus qui per unigeniti sui passionem uetus pascha in nouum uoluit conuerti. concedatque uobis ut expurgato ueteris fermenti contagio. noua in uobis perseueret conspersio. [A][2]men.

Ut qui ad celebrandam redemptoris uestri cenam mente deuota conuenistis. eternarum dapium uobiscum epulas reportetis. Amen.

Ipsius quoque opitulante clemencia mundemini a sordibus peccatorum qui ad insinuandum

et honore altare consecratur: modo prelibato. Quibus rite peractis: remaneant nuda altaria usque in sabbatum. [*Que hoc loco desunt: in alio benedictionario plenius continentur:* written in blue letters in margin.]

Ad mandatum pauperum in die cene. Antiphona. Dominus ihesus. *cum sequentibus antiphonis et subiungat abbas in fine antiphonam.*

Congregauit nos. [*–* Musical notation above these words.]

Qua post uersum repetita: genuflectant omnes ante suos pauperes. abbate dicente. ℣. Ostende nobis domine misericordiam. *atque super genua sua inclinati subiungant.* Kyrieleison Christeleison Kyrieleison. *Abbas mederata* (sic) *uoce subinferat.* Et ne nos. Suscepimus deus misericordiam. Tu mandasti mandata tua. Dominus uobiscum. *Oratio.*

Adesto domine officio nostre seruitutis. et quia tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis. opera manuum tuarum ne despicias que nobis retinenda mandasti: set sicut hiis exteriora abluuntur inquinamenta corporum. ita per te omnium nostrum interiora lauentur peccata. qui cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum.

Responso a conuentu. amen. *inclinantes se ante et retro: ecclesiam processionaliter ingrediantur ad ostium quo exierunt a iunioribus incipientes. et psalmum.* Miserere mei deus. *submissa uoce canentes ut prius.* O. (ff. 122 b.–124).

[1]—[1] *om.* O.

[2] A not filled in.

humilitatis exemplum pedes uoluit lauare discipulorum. Amen.

Quod ipse.[1]

SAbbato sancto in uigilia pasche [2]*toto conuentu post nonam in albis reuestito. Abbas sollempniter indutus capa rubea stola et manipulo. per chori medium procedat usque ad locum in quo nouus ignis benedicendus est per modum processionis dicendo psalmum* Dominus illuminacio *uel psalmum* Miserere mei deus. *et cum* Gloria patri. *finiatur. Cumque peruenerint ad ignem.*[2] *subiungant ad finem psalmi.*

Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster.

Abbas stans iuxta[3] *ignem dicat.*

Et ne nos.[4] Et ueniat super nos misericordia tua domini. Dominus uobiscum.

[1] prestare: *add.* O.

[2]—[2] *facta processione in dormitorium post nonam. et toto conuentu post manuum ablucionem reuestito. In primis eat processio per chori medium usque ad locum ubi nouus ignis est benedicendus. Atque in exordio processionis deferantur a conuersis aqua benedicta. una crux absque candelabris. et thuribilum sine igne. deinde portetur ab uno ex secretariis laterna cum candela intus extincta. postea ueniat unus leuitarum a cantore prerogatus in dalmatica hastam cum serpentis effigie cereo superposito in manibus gerens. in quo uidelicet cereo aa huc extincto: sacratum ignem sollenniter reportabit. hos sequatur abbas in capa rubea accepta prius stola et manipulo. capellano secum librum deferente. uel etiam prior in abbatis absencia cum stola et manipulo precedat absque capa. Post abbatem aut priorem exeant ceteri fratres ut sunt in ordine a senioribus incipientes. atque ineundo dicatur submissa uoce ps.* Dominus illuminatio. *uel ps.* Miserere mei deus. *qui ab abbate inchoetur et cum* Gloria patri *finiatur. Cumque peruenerit ad ignem omnibus ordinate sicut in choro stantibus.* O. (ff. 124–125.)

[3] *prope:* O.

[4] inducas: *add.* O.

575

Oracio.

DOmine deus noster pater omnipotens lumen indeficiens conditor omnium luminum exaudi nos famulos tuos et bene✠dic hunc ignem/ qui tua sanctificacione atque [fo. 173. b. bene✠diccione consecretur. tu illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum illumina consciencias cordis nostri igne tue caritatis. ut tuo igne igniti. tuo lumine illuminati. expulsis a cordibus nostris peccatorum tenebris ad uitam te illustrante peruenire mereamur eternam. Per.[1]

Oracio.[2]

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus bene✠dicere et sancti✠ficare digneris ignem istum quem nos indigni per inuocacionem unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi bene✠dicere presumimus tu clementissime cum tua benediccione sancti✠fica. et ad profectum humani generis prouenire concede. Per eundem.

Oracio.[2]

DOmine deus pater omnipotens conditor omnium rerum te inuocamus ut bene✠dicas et consecres hunc ignem sicut benedixisti rubum in quo apparuisti moysi. et sicut illuminasti cor eius per uisibile lumen magestate tua inuisibili ita et corda nostra potencia diuinitatis tue inuisibiliter per hunc uisibilem ignem illuminare digneris. Per dominum.

[1] dominum : *add.* O.
[2] *Alia : pref.* O.

576

Alia oracio.

DElesti[1] lumine quesumus domine semper et ubique nos preueni : ut misterium cuius nos participes esse uoluisti. et puro cernamus intuitu et digno percipiamus effectu. Per dominum.

Postea aspergatur aqua benedicta super ignem. [2]*Deinde fiat exorcismus super totum incensum*[2] *in hunc modum.*

EXorcizo te omnis inmundissime spiritus et omne fantasma inimici in nomine dei patris omnipotentis et in nomine ihesu christi filii eius et spiritus sancti. ut exeas et recedas ab hac creatura thymiamatis siue incensi cum omni fallacia atque nequicia tua. ut sit hec creatura sanctifica✠ta[3] in nomine domini nostri ihesu christi ut omnes gestantes. tangentes. siue odorantes eam. uirtutem et auxilium percipiant spiritus sancti. ita ut ubicumque hoc incensum uel thymiama fuerit ibidem nullatenus appropinquare audeas nec aduersa inferre presumas. Sed quicumque/ es spiritus [fo. 174. inmunde cum omni uersucia tua procul[4] fugias atque discedas. adiuratus per nomen et per uirtutem dei patris omnipotentis et filii eius ihesu christi domini nostri qui uenturus est in spiritu sancto iudicare uiuos ac mortuos et te preuaricatorem et seculum per ignem.

[1] *Celesti :* O.
[2]—[2] *atque secretarius presto sit totumque incensum suum album faciat afferre ad benedicendum. Super quod fiat exorcismus siue consecratio :* O.
[3] The cross in O. added above line over *cti.*
[4] inde : *add.* O.

[1]*Alia oracio.*[1]

DOmine deus omnipotens cui assistunt omnes exercitus angelorum cum tremore quorum seruitus in uentum et ignem conuertitur. respice de celo et bene✠dicere dignare propicius hanc creaturam incensi. ut uniuersi morborum languores odorem ipsius sencientes effugiant et separentur a plasmate tuo. et ab omnibus qui in te confidunt quos precioso sanguine filii tui redemisti. et numquam ledantur a morsu antiqui serpentis. Per eundem.[2]

Alia oracio.

UEniat quesumus omnipotens deus super hoc incensum larga tue bene✠diccionis infusio et hunc nocturnum splendorem. et tibi dicatum odorem inuisibilis regnator accende. ut nonsolum sacrificium quod hac nocte letandum est archana luminis tui ammixcione refulgeat. sed in quocumque loco ex huius aliquid sanctificacionis misterio fuerit deportatum. expulsa dyabolice fraudis nequicia uirtus tue omnipotentissime maiestatis assistat. Per dominum.

[3]*Postea aspergatur incensum aqua benedicta. atque ex carbonibus consecratis impleatur thuribulum. et imponetur thus thuribulo. a sacerdote et incensetur ignis*

atque de ipso igne accendetur candela in lanterna prius ad hoc ordinata. ut exinde cetera luminaria per ecclesiam post consecracionem cerei accendantur. Deinde processio in chorum reuertatur duobus fratribus cantantibus ympnum.[3]

INuentor rutili dux bone luminis qui certis uicibus tempora diuidis merso sole chaos ingruit horridum lucem redde tuis christe fidelibus./

[fo. 174. b.

Chorus repetat.

Inuentor rutili.[2] Tu lux uera oculis lux quoque sensibus. intus tu speculum fons lumen quod famulans offero suscipe tinctum pacifici crismatis unguine. Inuentor rutili.

Per christum genitum summe pater tuum in quo uisibilis stat tibi gloria qui noster dominus qui tuus unicus spirat de patrio corde paraclitum. Inuentor.

Per quam splendor honor laus sapiencia maiestas bonitas et pietas tua continuo numine triplici terens[1] perpetuis secula seculis. amen.[2]

1—1 *om.* O.

2 dominum. *Item : add.* O.

3—3 *Responso a conuentu amen : sacerdos aquam benedictam super incensum siue thimiama atque ex carbonibus ignis consecrati impleatur thuribulum. Quo facto imponatur thus a sacerdote et incensetur ignis. atque de ipso igne accendatur confestim cereus super hastam ceteris luminaribus extinctis de igne sanctificato reaccendendis ecclesie prius cum tempus et ordo exigerint. Accendatur et candela in laterna ut si forte in eundo extinguatur cereus supradictus : ex ea possit reuiuisci. atque processio ordine quo uenit. in chorum reuertatur. Ac in redeundo duo fratres quibus cantor innuerit in capis sericis ad tergum diconi* (sic) *hastam deferentis incedentes : cantent ymnum :* O.

1 *sic in* W.[1]

— Musical notation above these words.

2—2 *Cantores* ℣ Tu lux uera. *Et semper post unumquemque uersum repetatur a choro.* Inuentor rutili. *Ignis sanctificatus qui ad locum benedictionis remansit : a famulis celarii colligatur. Et ex hoc igne omnes foci in omnibus officinis prius extincti iterum accendantur. Processione ergo in chorum*

[1]*Finito ympno*[1] *imponat cantor antiphonam.*

Sicut exaltatus est. [2]serpens in heremo ita exaltari oportet in cruce filium hominis.

Expleta antiphona incipiat hanc prefacionem ad cereum benedicendum.[2]

*Exultet iam angelica turba celorum. exultent diuina misteria et pro tanti regis uictoria

reuersa: ingrediatur abbas uestibulum. Et cum indutus fuerit casula officio: specialiter deputata absque candelabris et thuribulo cum suo tantum capellano: ad altare confestim procedat. ubi nulla oratione premissa. sed osculato tantum altari. ad dextrum cornu assistat: dum a diacono cereus consecratur: O.

- Musical notation above these words.

1—1 *Finitoque ympno prenotato:* O.

2—2 *atque leuita quem cantor prerogauit. stola et dalmatica indutus cum sollenni apparatu nulla benedictione a sacerdote petita: eat protinus ad cereum benedicendum cum uno tantum conuerso preferente thuribulum cum acerra: thure referta necnon et leuita qui hastam cum igne sanctificato tulit deposita prius dalmatica. seu etiam alius leuitarum cui fecerit cantor signum alba tantum indutus. hastam assumens: iuxta diaconum ex parte sinistra teneat: dum cereum benedicet. conuerso cum thuribulo: in anteriore dextra parte interim assistente expleta autem antiphona prelibata non thurificato* (sic) *libro neque ante benedictionem neque post ante et retro faciens: incipiet diaconus prefacionem.* Exultet iam angelica: O. The text of *Exultet* in O is not given. [Hoc in alio benedictionario plenius ac melius continetur: *written in margin in blue letters.*]

Sequitur benedictio siue consecratio thuris priuatim a sacrista uel alio sacerdote ad peticionem illius facienda: quociens opus fuerit per anni circulum. Sicut enim de limpha nunquam fit aspersio nisi prius santificetur: sic nec de thure fiet unquam administratio ad altare siue in conuentu quod absit: nisi prius consecretur. hoc modo uel etiam modo prescripto in uigilia pasche.

Dominus uobiscum. *Oratio.*

Domine deus omnipotens qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos flammam

tuba intonet salutaris. Gaudeat se tellus illius irradiatam fulgoribus et eterni regis splendore illustratam tocius orbis se senciat amisisse caliginem. Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus et magnis populorum uocibus hec aula resultet. Qua propter astantibus uobis fratres carissimi ad tam miram sancti/ huius [fo. 175. luminis claritatem una mecum queso dei omnipotentis misericordiam inuocate. Et qui me non meis meritis intra leuitarum numerum dignatus est aggregare. luminis sui gracia infundente cerei huius laudem implere perficiat. Per dominum nostrum ihesum christum filium suum qui cum eo uiuit et regnat in unitate spiritus sancti.

ignis. ante cuius conspectum ascendit fumus aromatum de orationibus sanctorum dignare respicere et ben✠edicere hanc creaturam incensi. ut omnes languores fugiant et separentur a plasmate tuo. et quos precioso sanguine filii tui redemisti: nunquam ledantur ab incursu antiqui serpentis. per eundem dominum.

Alia oratio.

Domine deus omnipotens. deus abraham. deus ysaac. et deus iacob. inmitte in hanc creaturam incensi odoris tui uirtutem. ut sit seruis et ancillis tuis munimentum et tutela tue defensionis. ne intret hostis in uiscera eorum aditumque et sedem habere non possit. set inhabitet in eis gratia spiritus sancti. per uirtutem domini nostri ihesu christi. qui tecum uiuit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti.

Alia oratio.

Domine deus noster. qui sanctis orationibus placaris placitum fiat hoc misticum incensum ante gloriam tue maiestatis. amorque sancti tui feruoris nostri incendat aram cordis. mens quoque flagrans desiderio boni operis sursum petat uelud uirgula aromatis et dirigatur oratio nostra uelud incensum in conspectu tuo. quodque agimus in ministerio. efficiamur idipsum deuotissime subsequendo. per dominum. *add.* O. ff. 128–129.

581

PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gracias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

UEre quia dignum et iustum est inuisibilem deum omnipotentem patrem filiumque eius unigenitum dominum nostrum ihesum/ christum cum [fo. 175. b. sancto spiritu toto cordis ac mentis affectu et uocis ministerio personare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit et ueteris piaculi caucionem pio cruore detersit. Hec sunt enim festa paschalia in quibus uerus ille agnus occiditur eiusque sanguine postes consecrantur. Hec nox est in qua primum patres nostros. filios israel eductos de egypto rubrum mare sicco uestigio transire fecit. Hec igitur nox est que peccatorum tenebras columpne illuminacione purgauit. Hec nox est que hodie per uniuersum mundum in christum credentes a uiciis seculi segregatos et caligine peccatorum reddit gracie sociat sanctitati. Hec/ nox [fo. 176. est in qua destructis uinculis mortis christus ab inferis uictor ascendit. Nichil enim nobis nasci profuit nisi redimi profuisset. O mira circa nos tue pietatis dignacio. O inestimabilis dileccio caritatis ut seruum redimeres filium tradidisti. O certe necessarium ade peccatum et nostrum quod christi morte deletum est. O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem. O

582

uere beata nox que sola meruit scire tempus et horam in qua christus ab inferis resurrexit. Hec nox est de qua scriptum est et nox ut dies illuminabitur et nox illuminacio mea in deliciis meis. Huius igitur sanctificacio noctis fugat scelera culpas/ lauat. et reddit inno- [fo. 176. b. cenciam lapsis et mestis leticiam, fugat odia. concordiam parat. et curuat imperia. *Hic mittet incensum leuita thuribulo.* In huius igitur noctis gracia. *Hic incenset.* Suscipe sancte pater incensi huius sacrificium uespertinum. Quod tibi in hac cerei oblacione sollempni per ministrorum manus de operibus apum sacrosancta reddat ecclesia. Sed iam columpne huius preconia nouimus quam in honorem dei rutilans ignis accendit. *Interim cereus accendatur.* Qui licet sit diuisus in partes mutuati luminis detrimenta non nouit. Alitur liquantibus ceris quas in substanciam preciose huius lampadis apes mater eduxit. O beata nox que expoliauit egypcios/ ditauit hebreos nox [fo. 177. in qua terrenis celestia iunguntur. Oramus te domine ut cereus iste in honorem nominis tui consecratus. ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret. In odorem suauitatis acceptus supernis luminaribus misceatur. Flammas eius lucifer matutinus inueniat. Ille inquam lucifer qui nescit occasum. Ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te domine ut nos famulos tuos omnem clerum et deuotissimum populum

una cum [patre nostro papa[1]][2] Rege nostro [2] et regina nostra [2] liberis eorum. et primogenito regis nostri necnon et abbate nostro [2] quiete temporum concessa in/ hiis paschali- [fo. 177. b. bus gaudiis conseruare digneris. Qui semper uiuis regnas imperas necnon et gloriaris solus deus solus altissimus ihesu christe cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.*

Finita cerei benediccione sacerdos assistens altari continuo pronunciet sollempniter Oremus. *absque* Flectamus genua. *subiungens collectam* Omnipotens sempiterne deus qui ad nostrarum. *cum leccionibus tractibus et aliis collectis superius in uigilia pasche pretitulis ita quod post ultimam oracionem fiat processio ad fontem benedicendum si fieri debeat in hunc modum. In primis ueniant duo cantores capis rubeis induti atque ad gradum hanc incipiant letaniam.*

Kyrieleison. Christeleyson. Christe audi nos. Sancta maria ora pro nobis.

Hic mouebitur processio procedant conuersi cum aqua benedicta cruce cereis et thuribulo. hos sequuntur ipsi duo fratres letaniam cantantes.

Sancta dei genitrix ora
Sancta Uirgo uirginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
Sancte Iohannes ora
Sancte Petre ora

[1] These three words erased.
[2] Spaces left, and notes above written in gold.
– Musical notation above these words.

Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Iohannes ora
Sancte stephane ora
Sancte Laurenti ora
Sancte Uincenti ora
Sancte Thoma ora
Sancte Cyriace ora
Sancte Edwarde ora
Sancte Martine ora
Sancte Gregori ora
Sancte benedicte ora
Sancta Felicitas ora/ [fo. 178.
Sancta Agatha ora
Sancta Margareta ora
Sancta Katerina ora
Omnes sancti. ii. orate.

Decantata letania usque Omnes sancti orate pro nobis. *exuant capis cantores et eas commendent sacriste. Abbas que ante fontem a dextris assistens legendo incipiat.* Dominus uobiscum.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus adesto magne pietatis tue misteriis adesto sacramentis. et ad recreandos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit spiritum adopcionis emitte : ut quod nostre humilitatis gerendum est ministerio tue uirtutis impleatur effectu. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum. qui tecum uiuit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti deus.

*PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum.

– Musical notation above these words.

Gracias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.* *UEre dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gracias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui inuisibili potencia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum et licet/ nos tantis miste- [fo. 178. b. riis exequendis simus indigni tu tamen gracie tue dona non deserens eciam ad nostras preces aures tue pietatis inclines. Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur ut iam tunc uirtutem sanctificacionis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regeneracionis speciem in ipsa diluuii effusione signasti. ut unius eiusdem que elementi misterio et finis esset uiciis et origo uirtutibus. Respice domine in faciem ecclesie tue et multiplica in ea regeneraciones tuas qui gracie tue affluentis impetu letificas ciuitatem tuam fontemque baptismatis aperis toto/ or- [fo. 179. beterrarum gentibus innouandis ut tue maiestatis imperio sumat unigeniti tui graciam de spiritu sancto. *Hic cum manu diuidat aquam in modum crucis.* Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam archana sui luminis admixcione fecundet. ut sanctificacione concepta ab inmaculato diuini fontis utero in nouam renata creaturam progenie celestis emergat. Et quos aut sexus in corpore aut etas discernit in tempore omnes in unam pariat gracia mater infanciam. Procul ergo hinc iubente

te domine omnis spiritus inmundus abscedat procul tota nequicia dyabolice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat contrarie uirtutis admixcio non insi/diando circumuolet non laten- [fo. 179. b. do surripiat non inficiendo corrumpat. Sit hec sancta et innocens creatura libera ab omni inpugnatoris incursu. et tocius nequicie purgata discessu. Sit fons uiuus ✠ aqua regenerans. ✠ unda purificans. ✠ Ut omnes hoc lauachro salutifero diluendi operante in eis spiritu sancto perfecte purgacionis indulgenciam consequantur. Unde benedico te creatura aque per deum ✠ uiuum per deum ✠ uerum. per deum ✠ sanctum per deum qui te in principio uerbo separauit ab arida. cuius spiritus super te ferebatur. qui te de paradiso manare fecit. *Hic eiciatur aqua a fonte per iiii^or^ partes.* Et in quatuor fluminibus totam terram rigare precepit. Qui te in deserto ama/ram [fo. 180. suauitate indita fecit esse potabilem et sicienti populo de petra produxit Bene✠dico te et per ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum qui te in chana galilee signo admirabili sua potencia conuertit in uinum. Qui pedibus super te ambulauit. et a iohanne in iordane in te baptizatus est. Qui te una cum sanguine de latere suo produxit et discipulis suis iussit ut credentes baptizarentur in te dicens Ite docete omnes gentes baptizantes eos. In nomine patris et filii. et spiritus sancti.*

- Musical notation above these words.

Hic mutat uocem quasi ad legendum. Hec nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto tu benignus aspira. *Hic spirat tribus uicibus in fontem.* Tu has simplices aquas tuo ore bene✠dicito ut preter naturalem emundacionem quam lauandis possint adhibere corporibus. sint eciam purificandis mentibus efficaces. Per dominum nostrum ihesum christum.

Hic ponat cereum in fontem in modum crucis dicens.

DEscendat in hanc ple/nitudinem fontis uirtus[fo. 180. b. spiritus tui totamque huius aque substanciam regenerandi fecundet effectu. Hic omnium peccatorum macule deleantur hic natura ad ymaginem tuam condita et ad honorem sui reformata principii cunctis uetustatis squaloribus emundetur. Ut omnis homo homo[1] hoc sacramentum regeneracionis ingressus in uere innocencie nouam infanciam renascatur.

Hic deprimendo uocem quasi ad legendum subinferat. Per dominum nostrum. *Finita hac oracione aspergat sacerdos omnes circumstantes de aqua sanctificata. Postea uero duo cantores sequentem incipiant letaniam hoc modo.*

KYrieleyson. Christeleyson. Christe audi nos. Sancta maria ora pro nobis.

– Musical notation above these words.
[1] *Sic.*

Hic mouebitur processio eundem ordinem seruando in redeundo quem habuerunt in eundo cantantes letaniam.

ora
Sancta dei genitrix ora
Sancta uirgo uirginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
ora/ [fo. 181.

Chorus angelorum oret pro nobis.

Sancte Iohannes Baptista ora.
Chorus prophetarum oret pro nobis.
Sancte Petre ii. ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Iohannes. Euuangelista ora
Chorus apostolorum oret pro nobis.
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora
Sancte Uincenti ora
Sancte Cyriace ora
Chorus martyrum oret pro nobis.
Sancte Edwarde ii. ora
Sancte Martine ora
Sancte Benedicte ii. ora
Sancte Gregori ora
Chorus confessorum oret pro nobis.
Sancta Maria magdalena ora
Sancta Felicitas ora
Sancta Agatha ora
Sancta Margareta ora
Sancta Katerina ora
Chorus uirginum oret pro nobis.

Omnes sancti orent pro nobis. Propicius esto parce nobis domine.

– Musical notation above these words.

Ab omni malo. libera nos domine.

Per crucem tuam libera.

Per sanctam resurreccionem tuam. Libera.

In die iudicii. libera nos domine.

Peccatores te rogamus audi nos.

Ut pacem nobis dones Te

Ut ecclesiam tuam regere et defensare digneris Te

Ut fructus terre dare et conseruare digneris Te

Ut locum istum et omnes habitantes in eo uisitare et consolari digneris Te

Ut nos exaudire digneris Te

Fili dei .ii. te rogamus audi nos. Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

*Christe audi nos *.ii.* Accendite. *ii.**

Et cetera que sequuntur compleat/ Abbas sollem- [fo. 181. b. *pniter pontificalibus indutus missam inchoando prout superius in missali sabbato sancto pasche continetur. Si uero baptisterium benedici non debeat tunc finita oracione post Tractum* Sicut ceruus. *percantetur seriatim hec ultima letania in chori medio a duobus ebdomodariis*[1] *qui chorum ad missam regere debent. Que cum inchoatur exuat se abbas et iu uestiario moram faciat quousque letania finiatur. Qua finita: iidem cantores alta uoce subiungant.* Accendite. *ut supradictum est. et missa protinus inchoetur.*

– Musical notation above these words.

[1] *Sic.*

Kyrieleison *.iii.* Christeleison *.iii.* Kyrieleison *.iii.*

[1]*Sabbato sancto in uigilia pasche. Benediccio ad missam.*[1]

DEus qui[2] ecclesie sue intemerato utero nouos populos producens eam uirginitate manente noua semper prole fecundat. fidei. spei. et caritatis uos munere repleat. et sue uobis benediccionis dona infundat. Amen.

Et qui hanc sacratissimam noctem redemptoris nostri resurreccione uoluit illustrare: mentes uestras a peccatorum tenebris mundatas uirtutum copiis faciat illustrare. Amen.

Quo eorum qui modo renati sunt innocenciam imitari certetis. et uascula mencium uestrarum exemplo presencium luminum illustretis. ut cum bonorum operum lampadibus ad huius sponsi thalamum cuius resurreccionem celebrabitis cum prudentibus uirginibus intrare possitis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in sancto pascha.[3]

BEnedicat uos omnipotens deus hodierna interueniente paschali sollempnitate. et ab omni miseratus dignetur defendere prauitate. Amen.

Et qui ad eternam[4] in unigeniti sui resurreccione uos reparat. in ipsius aduentu inmortalitatis gaudiis uestiat. Amen.

[1]—[1] *Benedictio in Sabbato :* O.

[2] de : *add.* O.

[3] pasche : O.

[4] uitam : *add.* O. *over line.*

591

Et qui expletis ieiuniorum sue[1] passionis dominice diebus. paschalis festi gaudia celebratis. ad ea festa que non sunt annua sed continua ipso opitulante exultantibus animis ueniatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in secunda feria.

DEus qui pro uobis suscepit iniuriam crucis. leticia uos innouet sue re/reccionis.[2] [fo. 182. Amen.

Et qui pendenti secum in cruce latroni remisit delictum. uos soluat a cunctis nexibus peccatorum. Amen.

Quo redempcionis uestre misterium. et digna conuertatis in opera. et locuplecius perfruamini remuneracione perpetua. Amen.

Quod ipse prestare.[3]

Benediccio in iii. feria.

DEus qui uos lauit aquis sui lateris et redemit proprii fusione cruoris. ipse in uobis confirmet graciam adepte redempcionis. Amen.

Per quem renati estis ex aqua et spiritu sancto ipse celesti uos consociet regno. Amen.

Quique dedit uobis inicia sancte fidei.[4] ipse conferat et perfeccionem operis et plenitudinem caritatis. Amen.

Quod ipse.

[1] siue : O.
[2] resurrectionis : O.
[3] *om.* O.
[4] [Per] sacramentum [s]ui corporis [et] sanguinis : *add.* O. *in margin. The letters between brackets are conjectural.*

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S

592

Benediccio in iiii. feria.

DOminus deus noster uos perducat ad arborem uite. qui eruit uos de lacu miserie. Amen.

Ipse uobis aperiat ianuam paradisi. qui confregit portas inferni. Amen.

Ipse uos eruat a flagello. et in regnum suum perducat confidentes. qui pati dignatus est[1] pro impiis innocens. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in quinta feria.

OMnipotentis dei et domini nostri benediccionibus replemini cuius estis sanguine precioso redempti. Amen.

Ipse uos indeficiente repleat gracia cuius ineffabilis plasmauit potencia. Amen.

Et qui uobis in hoc mundo prestitit condicionem nascendi. ipse in regno eterno tribuat mansionem sine fine uiuendi. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in vi. feria.

BEnedicat uos omnipotens deus[2] de celis. qui per crucem et sanguinem passionis sue uos dignatus est redimere in terris. Amen.

Ipse uos renouet a uetustate peccati. qui pro uobis dignatus est crucifigi. Amen.

Uitam suam misericorditer uobis tribuere uelit qui mortem uestram suscepit et perdidit. Amen.

Quod ipse.

[1] *add.* O. *in margin.*
[2] *add.* O. *in m.*

Benediccio in sabbato.

DEus qui calcatis inferni legibus captiuitatem uestram[1] resoluta cathenarum compage dignatus est ad libertatis premia uocare. ipse uobis prestet ita hanc uitam transigere. ut in illam/ perpetuam ipso [fo. 182. b. duce possitis intrare. Amen.

Et ita uobis prebeat feruorem catholice fidei. ut sancti aduentus illius sitis expectacione securi. Amen.

Et quicunque hic meruerunt[2] purgari per undam baptismi. ibi presentari ualeant pio iudici candidati. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in [3]dominica .i.ª[3] post pasca.

DEus cuius unigenitus hodierna die discipulis suis ianuis clausis dignatus est apparere sue benediccionis dono uos[4] locupletare et celestis uobis regni ianuas dignetur aperire. Amen.

Et qui ab eorum pectoribus ad sui tactum corporis uulnus amputauit dubietatis. concedat ut per fidem qua eum resurrexisse creditis. omnium delictorum maculis careatis. Amen.

Et qui eum cum thoma deum et dominum creditis et cernuis uocibus inuocatis. ab eo et in hoc seculo a malis omnibus tueri. et in futuro sanctorum[5] cetibus annumerari. Amen.

Quod ipse.

[1] nostram : O.
[2] mererunt : O.
[3]—[3] *i. dominica :* O.
[4] *add.* O. *in m.*
[5] ualeatis : *add.* O.

Benediccio in dominica secunda.

BEnedicat uos omnipotens deus qui uos gratuita miseracione creauit et in resurreccione unigeniti sui spem uobis resurgendi concessit. Amen.

Resuscitet uos per graciam suam de uiciorum sepulchris qui diuina potencia eum resuscitauit a mortuis. Amen.

Et cum eo sine fine feliciter uiuatis quem resurrexisse a mortuis ueraciter creditis. Amen.

Quod ipse.

[1]Benediccio in[1] dominica iii.

DEus qui per resurreccionem unigeniti sui uobis contulit et bonum redempcionis. et decus adopcionis. sue uobis conferat premia benediccionis. Amen.

Et quo redimente percepistis donum perpetue libertatis. eo largiente consortes efficiamini eterne hereditatis. Amen.

Et qui consurrexistis in baptismate credendo. adiungi mereamini in celesti regione bene uiuendo. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica iiii.

DEus qui dignacione misericordie tue mundum redemisti : nosque in eterna uita tecum resurgendo uiuificasti. benediccionum celestium huic populo tuo concede graciam. ac pacis et ge/mine dileccionis ha- [fo. 183. bundanciam. Amen.

Mitte ei quem discipulis tuis promisisti paraclitum. qui mansuetudine misericordie hunc

[1]—[1] *om.* O.

tuum arguat populum. ut de peccato mortalitatis mereatur liberari de iusticia clemencie tue consolari. atque in aduentus tui iudicio te saluante saluari. Amen.

Sic que spiritus ueritatis illustracione clarificetur. ut dignus tibi in sanctorum eleccione representetur. ubi per tuam uiuat et gaudeat redempcionem. ac tecum glorietur in beate immortalitatis resurreccione.[1] Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica .v.

DEus qui [2]humilium est[2] salus et consolacio qui in ultimo sue prodicionis articulo discipulis opcionem petendi concessit qui uoluissent a patre ipse uos sanctificando sua beatificet benediccione. Amen.

Quique fauos eloquencie distillabat in prouerbiis. et discipulis suis dixit in nomine meo petite et accipietis ipse in omni opcione iusta peticiones uestras accipiat. et gaudium uestrum plenum in ipso perficiat. Amen.

Sicque a patre spiritualiter amari promereamini. et dileccionis ihesu christi graciam adipiscamini. ut eum uestre redempcionis causa a deo exire credatis. et credendo eiusdem in celis efficiamini consortes inmortalitatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in rogacionibus.

OMnipotens deus deuocionem uestram dignanter intendat.

[1] resurretione : O.

[2]—[2] est humilium : O.

et sue uobis benediccionis dona concedat. Amen.

Indulgeat uobis mala omnia que gessistis. et tribuat ueniam quam ab eo deposcitis. Amen.

Sicque ieiunii uestri et precum uota suscipiat. ut a uobis aduersa omnia que pro peccatorum retribucione meremini auertat. et donum in uos spiritus paracliti clementer infundat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia ascensionis.

BEnediccionum suarum super uos dominus graciam infundat ac celestes sempiterne diuinitatis thesauros uobis aperiat. semperque uobiscum et in uobis manens nunquam uos orphanos relinquat. Amen.

Subleuatis que cordis in celum oculis/ dei dona ca- [fo. 183. b. pescite mentis que intencione carnis uestre gloriam intendite. et post christum ad alta celorum mentibus anhelate. Amen.

Ubi clarificati claritate splendoris iusticie. patrem solum uerum deum et quem misit ihesum christum mereamini cognoscere. et cognoscendo uitam eternam cum amborum misericordia possidere. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die ascensionis.[1]

BEnedicat uos omnipotens deus cuius hodierna die unigenitus celorum alta penetrauit. et uobis ubi ille est ascendendi aditum patefecit. Amen.

Concedat propicius ut sicut post resurreccionem suam discipulis uisus est manifestus. ita

[1] *om.* O.

597

uobis in iudicium ueniens uideatur placatus. Amen.

Et qui eum considere[1] patri in sua maiestate creditis. uobiscum manere usque in finem seculi secundum suam promissionem senciatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica post ascensionem.

BEnediccionum suarum super uos dominus imbrem infundat et claritatis sue thesauros celestes uobis aperiat. Amen.

Faciatque uos dominus uite eterne participes. et regni celestis[2] coheredes. Amen.

Dignam in uobis habitacionem spiritus sanctus inueniat. et eius gloriosa maiestas placide in uestris cordibus requiescat. Amen.

Quod ipse.

[3]*Sabbato in uigilia pentecostes facta processione in dormitorium post vi^am totoque conuentu post manuum ablucionem reuestito abbas infulatus ad altare procedat. Quem dyaconus in dalmatica et duo conuersi cum cereis accensis tantummodo antecedent. Quo cum peruenerit nulla oracione premissa incipiat mox.* Oremus. *et sollempniter subiungat.* Da nobis quesumus domine per graciam. *Quam subsequatur leccio.* Temptauit deus abraham. *Deinde alie dicantur collecte. et legantur lecciones atque tractus suo ordine canantur.*

598

Quibus expletis sequantur letanie et benediccio fontis sicut in uigilia pasce. Et cum in chorum redierint finita secunda letania cantores alta uoce cum nota subiungant. Accendite. *et postea subinferant.* Kyrieleison. *ut supra in uigilia pasce et sic missa incipiat.*[3]

Benediccio [1]*ad magnam*/ [fo. 184. *missam*[1] *in uigilia pentecostes.*

BEnedicat uos omnipotens deus ob cuius paracliti spiritus aduentum mentes uestras ieiunii obseruancia preparatis et presentem diem congruis laudibus honoratis. Amen.

Instar modo renatorum infancium talem innocenciam habeatis ut templum sancti spiritus ipso[2] tribuente esse possitis. Amen.

Atque idem spiritus sanctus ita uos[3] sua habitacione dignos efficiat. ut cras se uestris mentibus uobiscum perpetim habitaturus infundat. et paracto[4] presentis uite curriculo. uos ad celestia regna perducat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die.

DEus qui hodierna die discipulorum mentes spiritus paracliti infusione dignatus est illustrare. uos quoque dignetur sua benediccione replere et donorum eiusdem spiritus uobis copiam ministrare. Amen.

Ille ignis qui super discipulos apparuit peccatorum uestrorum sordes expurget. et sui luminis

[1] consedere : O. the first *e* over erasure.
[2] cum sanctis omnibus : *add.* O.
[3]—[3] *om.* O.

[1]—[1] *om.* O.
[2] *add. in m.* O.
[3] hodie : *add.* O.
[4] peracto : O.

infusione corda uestra perlustret. Amen.

Quique dignatus est diuersitatem linguarum in unius fidei confessione adunare. in eadem uos faciat fide perseuerare. et per hanc a spe ad speciem peruenire. Amen.

Quod ipse.

Benediccio per ebdomodam.[1]

BEnedicat uos omnipotens dominus[2] qui cuncta creauit ex nichilo. et uobis in baptismate per spiritum sanctum remissionem omnium peccatorum donauit. Amen.

Quique eundem spiritum sanctum in igneis linguis discipulis suis dedit ipsius illustracione corda uestra ambiat atque in suum amorem incessanter accendat. Amen.

Quatinus eius dono a cunctis uiciis emundati ipsius opitulacione ab omnibus aduersitatibus defensi templum ipsius semper[3] effici mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in [4]iiii feria[4] pentecostes.

BEnedicat uos omnipotens dominus ad cuius nemo uenire potest unigenitum. nisi pater idem unigenitus[5] sua miseracione traxerit illum. felici resurreccione in nouissimo die resuscitandum. Amen.

Quique peracto pasche tempore hanc quinquagesime ebdomodam[1] sancti spiritus aduentu

[1] *ebdomadam:* O.
[2] do' *in* W. dñs. O.
[3] *add.* O. *in m.*
[4]—[4] *feria iiii.* O.
[5] ingenitus: O.

ieiuniorum que repeticione/ fecit esse sollempnem. uos [fo. 184. b. sua inspiracione ita ad se ab huius mundi illecebris attrahat. ut unusquisque uestrum se peccasse compuncto corde peniteat. eiusdem—que spiritus sancti donum purificata mente percipiat. Amen.

Quo per ipsius amórem spiritus a morte anime resuscitati. et panis uiui qui descendit de celo uitali participacione uegetati numquam ineternum moriamini. sed ciuium supernorum legionibus congregati beata inmortalitate eternaliter perfrui mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in vi.ª feria.

BEnedicat uos spiritus sanctus paraclitus sua uirtute et gracia cui deo patre et filio una est eademque diuinitatis essencia. coequalis in maiestate prouidencia. par et consubstancialis omnipotencia. Amen.

Uota ieiuniorum uestrorum benignus suscipiat. corda uestra uisitando receptacula munda sue habitacionis efficiat. ignem sui amoris in uobis uehementer accendat. et accensum indesinenter enutriat. Amen.

Quatinus omni uiciorum rubigine excocti et salutaribus gemine dileccionis institutis edocti. hunc cum genitore et genito. unum et uerum in sancta trinitate deum fideliter adoretis et conglorificetis. eumque in illa eterna beatitudine facie ad faciem uidentes. una cum sanctis omnibus sine fine laudetis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in sabbato.

CElestis ymbrem benediccionis super uos dominus habundanter effundat. et de suo spiritu cordibus uestris largiter donum sue caritatis infundat. Amen.

Et qui ueteres quondam cerimonias sub legali institucione precepit obseruari. uos in nouitate euuangelii legem minime soluentes[1] sed pocius adimplentes[2] ambulare faciat. et in ea sinceriter usque in finem perseuerare concedat. Amen.

Quatinus sole iusticie christo mediante ab oculis mencium uestrarum omnis errorum cecitas abscedat. uosque septiformis spiritus sancti gracia in splendore uirtutum gradientes ubique precedat. donec ad eterne lucis gaudia uos inoffenso calle perducat. Amen.

Quod.[3]

Benediccio de sancta trinitate.| [fo. 185.

OMnipotens trinitas unus et uerus deus pater et filius et spiritus sanctus. det uobis eum desiderare feliciter. agnoscere ueraciter. diligere sinceriter. Amen.

Equalitatem atque incommutabilitatem sue essencie ita uestris mentibus infigat. ut ab eo numquam uos quibuscumque fantasiis aberrare permittat. Amen.

Sicque uos in sua fide et caritate perseuerare concedat. ut postmodum per ea ad sui manifestacionem. uisionemque

[1] soluentis ; O.
[2] adimplentis : O.
[3] ipse prestare ; *add.* O.

interminabilem introducat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio [1]*feria v.ª in sollempnitate corporis christi.*[1]

DEus qui corporis sui et sanguinis instituit sacramentum. uos in seipso per spiritum sanctum mistice efficiat corpus unum.[2] Amen.

Et sicut sub sacramenti uelamine uere et essencialiter uobis [3]sue carnis[3] indiuisam tribuit communionem sic diuinitatis sue mentibus uestris ueram tribuat refeccionem. Amen.

Quo per ipsum[4] uiaticum in peregrinacione fidei recreati eundem uobiscum manentem ualeatis iuxta ipsius promissum usque ad consummacionem seculi experiri. Amen.

[5]Quod ipse.[5]

Benediccio in [6]*dominica. i.ª*[6] *post pentecosten.*

PLasmator atque conseruator humani generis deus qui nos[7] ab eternitate deiectos proprii sanguinis effusione redemit. a cunctis uos laqueis eruat inimici. ac mansionibus inserat paradisi Amen.

Et qui lazaro quondam pauperi[8] celicas contulit delicias a uobis diabolicas auferat insidias. Amen.

Ut post presentis eui lapsum. dyabolicum non timeatis acces-

[1]—[1] *de corpore cristi:* O. and adds this benediction on fo. 129.b. in fifteenth century hand.
[2] suum : O. [3]—[3] carnis sue ; O.
[4] ut : *add.* O.
[5]—[5] *om.* O.
[6]—[6] *prima dominica:* O.
[7] uos ; O.
[8] in sinu abrahe : *add.* O.

sum. sed cum lazaro olim mendico. eterne requiei fruamini consorcio. Amen.[1]

Benediccio in dominica ii.

BEnedicat uobis dominus nostri oris alloquio. et cor uestrum sinceri amoris compulet[2] nexu perpetuo. Amen.

Floreatis rerum presencium copiis iusticia adquisitis. gaudeatis perhenniter fructibus sincerissime caritatis. Amen.

Tribuat dominus uobis dona perhennia. ut post tempora feliciter dilatata. percipiatis gaudia sempiterna. Amen.

Quod ipse./ [fo. 185. b.

Benediccio in dominica tercia.

OMnipotens deus uos sue miseracionis dono locupletet ac eterne benediccionis clementer ubertate fecundet. Amen.

Brachio quoque diuine fortitudinis uos ubique defendat qui in se sperantes sempiterne felicitatis iocunditate letificat. Amen.

Prospera pacis et salutis in hoc seculo uobis tribuat et coronam uite cum sanctis omnibus in futuro concedat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in quarta feria quarti mensis.

DEus qui esurientes turbas de quinque panibus et duobus piscibus dignatus est saturare. celesti uos pane et spirituali doctrina faciat habundare. Amen.

Mentes uestras dileccione dei et proximi repleat. et in deserto

[1] Quod ipse : *add.* O.
[2] *Sic et* O.

huius uite ab omni noxia ariditate defendat. Amen.

Sanctificet corpora uestra et animas uestras cuius pietas sanctificare dignata est corporales turbis esurientibus escas. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio in vi^a^ feria.

DOminus ihesus[2] qui mulierem fluxu sanguinis laborantem tactu uestimenti sui dignatus est curare. uos quoque dignetur ab omni peccatorum sorde propicius emundare. Amen.

Et qui domum iairi precibus eius motus corporaliter intrauit. filiamque eius potencia diuinitatis sue a morte corporis suscitauit. penetralia cordis uestri spiritualiter intret. et uos a morte anime ad amorem suum miseratus exuscitet. Amen.

Quatinus ieiuniis congruentibus expiati. sic in eius conspectu placeatis. ut contra corporales ac spirituales hostes semper fortes existere ualeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in sabbato.

DEus qui cecos iuxta uiam sedentes et lumen corporale petentes misertus audiuit. lumen restituit orantes uos misericorditer audiat mentibus uestris lucem spiritualem infundat. Amen.

Oculos cordis uestri sic illuminatos per eius graciam habeatis. ut spretis terrenis omnibus semper animum ad celestia intendatis. Amen.

[1] prestare : *add.* O.
[2] christus : *add.* O.

Sic uos ieiunare et ieiunando carnem affligere concedat. ut roborando spiritum uicia omnia/ a uobis procul repellat. [fo. 186. Amen.

Quod ipse.

Benediccio [1]*in dominica iiii.*[1]

EMundet dominus consciencias uestras ab omni malicia. et repleat sanctificacione perpetua. Amen.

Uota uestra clementer intendat. et peccata omnia propiciatus indulgeat. Amen.

Que pie optatis miseratus attribuat. et que pauescitis pius propugnator procul repellat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in [2]*dominica .v.*[2]

PRopicietur dominus cunctis iniquitatibus uestris. et sanet omnes languores uestros mentis et corporis. Amen.

Redimat de interitu uitam uestram et saciet in bonis desiderium uestrum. Quem.[3]

Auferat a uobis cor lapideum et det uobis cor carneum. ut ei efficiamini[4] [5]populus peculiaris.[5] et ille uobis deus propicius. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in [6]*dominica .vi.ª*[6]

AMoueat a uobis deus tocius maculas simultatis. et imbuat uos muneribus pure dileccionis. Amen.

Subiuget in uobis reluctacionem carnis et sanguinis. et opem conferat perpetue castitatis. Amen.

Id que uos in presenti seculo diligere faciat. quod a celestis paradisi hereditate non diuidat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica vii.

BEnediccionum suarum dominus super uos imbrem infundat. et oraciones uestras exaudiat. Amen.

Thesauros misericordie sue uobis aperiat. quod malum est arceat. et uobis quod bonum est tribuat. Amen.

Dignos que uos faciat quibus uirtutum suarum secreta committat. a malo uos eruat. induci in temptacionem numquam permittat. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in dominica viii.

SAnctificet uos domini gracia et ab omni malo uos custodiat. Amen.

Arceat a uobis omne quod sibi displicet. et spiritus uestros corpora que sanctificet. Amen.

Alliget uos sibi uinculo caritatis. et pax eius habundet in cordibus uestris. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica ixª.

MUltiplicet in uobis dominus copiam sue benediccionis. et confirmet uos in spe regni celestis. Amen.

1—1 *iiii.ª dominica*: O.
2—2 *v.ª dominica*: O.
3 Amen: O.
4 effiamini: O.
5—5 pecculiaris (*sic*) populus: O.
6—6 *vi.ª Dominica*: O. and so on through the rest of these Sundays.

1 ipse: *add.* O

Actus uestros corrigat. uitam emendet. mores componat. et uos ad celestis paradisi here-/ditatem perducat. [fo. 186. b. Amen.

Talique intencione repleri ualeatis. quod ei imperpetuum placeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica x^a^.

DEus qui est uita mortalium. salusque peccatorum. auferat a uobis omnes maculas delictorum. Amen.

Induat uos decore uirtutum. [1]mentes sanctificet.[1] purificet uoluntates. et det uobis sanctorum consorcium angelorum. Amen.

Et probabiles fide. et opere inmaculati. ad eternam gaudiorum celestium hereditatem peruenire mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xi^a^.

BEnedicat et custodiat uos omnipotens dominus. et sensus uestros sui luminis splendore perfundat.[2]

Illa uos tueatur potencia. qua condidit. et illa uos pietate sanctificet qua redemit. Amen.

Ut ita uos custodiat de uariis impedimentis huius seculi. ut in celestibus coheredes glorificatos deo offerat genitori. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in[3] dominica xii^a^.

GRacia domini uos locupletet. et celesti benediccione multiplicet. Amen.

[1]—[1] sanctificet mentes : O.
[2] Amen : *add.* O.
[3] *om.* O.

Ab omni aduersitate uos defendat et pia semper miseracione custodiat. Amen.

Peticiones uestras placatus intendat. et culparum omnium uobis ueniam clementer attribuat. Amen.

Quod.[1]

*Benediccio in dominica xiii.^a^*

AGnoscat dominus in uobis properium[2] fidei signum. et uobis sue misericordie conferat donum. Amen.

Bella comprimat. famem auferat. pacem tribuat. inimici insidias a uobis longe repellat. merencium gemitus uideat. uocem uestri doloris exaudiat. et omnia a uobis aduersancia pius amoueat. Amen.

Alternam uobis dileccionem indulgeat et perfectam dei et proximi caritatem concedat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xiiii^a^.

BEnediccio uos domini comitetur ubique sibique uos semper faciat adherere. Amen.

Ipse uos sua benediccione saluificet. qui dignatus est plasmare potenter. Amen.

Atque ita uos feliciter uiuere prestet. ut celestis beatitudinis efficiat coheredes. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio in[4] dominica xv^a^.

COncedat uobis omnipotens deus munus sue benedic-

[1] ipse : *add.* O.
[2] proprium : O.
[3] prestare : *add.* O.
[4] *om.* O.

cionis. qui/ uestre est [fo. 187. conscius infirmitatis. Amen.

Et qui uobis tribuit supplicandi affectum. tribuat consolacionis auxilium. Amen.

Ut ab eo et presentis et future subsidium uite capiatis. cuius uos bonitate creatos esse ueraciter creditis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xvi.[a]

OMnipotens deus peccatorum uestrorum maculas purget et sua uos benediccione illustret. Amen.

Repleat uos spiritualium donis uirtutum. et perseuerare faciat in bonis propositum uestrum. Amen.

Sicque humilitatem uestram benignus acceptet ut sue uos pietatis remuneracione locupletet. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in[2] dominica xvii.

OMnipotens deus celesti uos proteccione circumdet et sue uos dono benediccionis locupletet. Amen.

Concedat que uobis ut qui in sola spe gracie celestis innitimini. celesti eciam proteccione muniamini. Amen.

Quatinus et in presenti seculo mortalis uita[3] solacia capiatis. et in futuro sempiterna gaudia comprehendere ualeatis. Amen.

Quod.[4]

Benediccio in iiii.[a] feria quatuor temporum.

DEus qui sub antique legis cerimoniis hoc ieiunium ad remedium sanxerat animarum exaudiat uota oracionum uestrarum. et propter multitudinem miseracionum suarum indulgenciam uobis cunctarum concedat culparum. Amen.

Et qui sub euuangelii gracia puerum spiritum mutum ab infancia habentem dignatus est curare. uos ab omni inualitudine spiritualium morborum dignetur sanare. Amen.

Et qui hoc genus infirmitatis a nullo dixit posse exire nisi in oracione et ieiunio. ipse reficiat uos sui amoris desiderio. letificetque premiorum eternorum gaudio. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in vi feria.

DEus qui domum pharisei ingressus mulierem pedes suos lacrimis rigantem. et crine capitis tergentem multiplici demone uoluit mundare. corpus et animam uestram atque omnes sensus ab omni impetu dyaboli dignetur liberare. Amen.

Faciat uos cotidie agere/ spiritualiter quod [fo. 187. b. mulier illa tunc semel egit corporaliter et clemenciam quam eius prestitit desiderio. uestro prestare dignetur obsequio. Amen.

Annuat que uos se multum diligere. ut uelit uobis multum dimittere qui marie multum dimisit. quia multum illum dilexit. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in sabbato.

DEus qui parabolice loquens arborem fici in uinea retulit

[1] ipse prestare: *add.* O. [2] *om.* O.
[3] uite: O. [4] ipse: *add.* O.

plantatam. eique fossuram et stercora utilia a cultore exhibita. sterilitati uestre penitencie medicamenta et uirtutum dignetur exhibere nutrimenta. Amen.

Concedatque ut in domo sua floreatis sicut arbor fructifera. sanetque omnia que in corde sustinetis uulnera. uobisque tempora non deneget prospera. Amen.

Et qui curare dignatus est mulierem quam diuturni temporis spacio inclinata omnino non poterat sursum respicere. que sursum sunt uos faciat aspicere. et que deorsum despicere. illucque uos adiuuet cotidie tendere. unde ipse pro uobis dignatus fuit descendere. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xviii.

OMnipotens deus dextere sue perpetue uos circumdet auxilio. et benediccionum suarum repleat dono. Amen.

Ab omni uos prauitate defendat. et donis celestibus exuberare concedat.[1]

Quo corpore mundati ac mente talem ei exhibeatis seruitutem per quam suam consequi ualeatis propiciacionem. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xix.

PUrificet omnipotens deus uestrorum cordium archana. et benediccionis sue uobis tribuat incrementa. Amen.

Ab omnibus uite presentis periculis exuamini. et uirtutum spiritualium ornamentis induamini. Amen.

[1] Amen : *add.* O.

Quo illius adiutorio fulti sic ei seruiatis in terris. ut ei coniungi ualeatis in celis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xx.[a]

OMnipotens deus uniuersa a uobis aduersa excludat et sue super uos benediccionis dona propiciatus infundat. Amen.

Corda uestra efficiat sacris intenta doctrinis quo possint repleri beneficiis sempiternis./ Amen. [fo. 188.

Quatinus et exequenda intelligentes et intellecta exequentes. et inter aduersa mundi inueniamini indempnes. et beatorum spirituum efficiamini coheredes. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xxi.[a]

OMnipotens deus dies uestros in sua pace disponat et sue uobis benediccionis dona concedat. Amen.

Ab omnibus uos perturbacionibus liberet. et mentes uestras in sue pacis tranquillitate consolidet. Amen.

Quatinus. spei fidei. et caritatis geminis[2] ornati. et presentem uitam transigatis illesi. et ad eternam perueniatis securi. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio in dominica xxii.

BEnediccionis domini gracia uos semper protegat. et ab omni malo defendat. Amen.

[1] *add.* O.
[2] gemmis : O.
[3] prestare : *add.* O.

Mundet uos ab omni crimine peccatorum. et sibimet placere faciat ineternum. Amen.

Ubique uobis dominus placatus occurrat. et sue benediccionis opem dignanter attribuat. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in dominica xxiii.

OMnipotens dominus adaperiat cor uestrum in lege sua et humiliet animas uestras ad capienda mandata celestia. Amen.

Quicquid pro salute animarum uestrarum os mortalitatis uestre enarrat. acceptum uobis pietas[2] diuina efficiat. Amen.

Et diuinis sermonibus animati cum eis qui pro uobis inuigilant ad eternam beatitudinem mereamini peruenire illesi. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dominica xxiiii.

COncedat uobis dominus premium sincerissime ueritatis. ut cum omnibus sanctis semper in pace uiuatis. Amen.

Inimicorum omnium insidias superetis. et presentem uitam sincerissime peragatis. Amen.

Sitis eciam a reatu consciencie liberati. ut nichil metuatis in die iudicii futuri. Amen.[3]

Quod.[1]

Benediccio[4] in celebracione nupciarum.

SUmme prouidencie dominus qui post lapsum prothoplaustorum. per bona matrimonii usum carnalis desiderii excusabilem existere decreuisti. sanctificare digneris coniugalem[1] propositum in quo presentes coniuges abdicati[1] thori illiciti maculis nectere uoluisti. Amen./ [fo. 188. b.

Da eis sub presentis commercii indulgencia inquinamenta cetera deuitare. ut fructum tricenum ex uerbi tui semine ualeant optinere. Amen.

Quo sicut coniugium magnum existit sibi et ecclesie sacramentum. sic unitati corporum preponderet caritas animorum. et magis tollerantes quam amantes carnale commercium. ad illud mentaliter suspendantur gaudium ubi similitudo felicitatis angelice excludit omne contagium mortalium nupciarum. Amen.

Quod ipse.

Benediccio super lynthiamina.

SOlus et ineffabilis et incomprehensibilis rex omnipotens deus qui per moysen famulum tuum legis que latorem misticas tibi munerum species et ad demonstrandum boni operis finem candam[1] in sacrificio offerri precepisti ostendens quia ille bene immolat qui bonum opus usque ad finem debite accionis producit. Te ergo domine humili prece supplicique famulatu deposcimus ut hoc lynthiamen ad sacrosancta corporis et sanguinis libamenta offerenda preparatum tua bene✠diccione dotari et celesti sanctificacione perfundere

[1] ipse : *add.* O.

[2] pietas : O : s *being written over erasure in space for three letters.*

[3] *om.* O.

[4] This benediction and the four which follow are not contained in O. which begins again with that *in Natali SS. Fabiani et Sebastiani* below on col. 617.

[1] *sic.*

digneris. quatinus offerencium beneplacitum munus suscipias. et sumendo et sumentibus uitam propicius concedas eternam. Saluator mundi qui unus in trinitate perfecta uiuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Benediccio corporalium.

DEus qui pro generis humani saluacione uerbum caro factus est. et habitare totus in nobis non dedignatus es. quique traditori tuo perfido osculum pium dedisti. dum pro omnium uita pius uoluisti agnus mactari. atque in syndone lino texta totum te inuolui permisisti. respice propicius ad uota nostra qui tua fideliter carismata amplecti cupimus. Quesumus domine sancti ✠ficare. bene✠dicere conse✠crareque digneris hoc corporale in usum altaris tui ad consecrandum super illud. siue ad tegendum inuoluendum sacrosanctum corpus et sanguinem tuum domine ihesu christe dignis que pareat famulantibus. ut quicquid sacro ritu super hoc immolabitur. sicut mel-/ [fo. 189. chisedech oblatum placeat tibi holocaustum et optineat per hoc primum quicumque optulerit uotum. Te quoque humiliter rogamus ac petimus ut hoc corporale tue sanctificacionis ubertate per spiritus sancti graciam puri✠fices et sancti✠fices qui pro nobis omnibus te sacrificium offerre uoluisti et presta ut super hoc sint tibi libamina accepta. sint grata. sint pinguia. et spiritus sancti tui semper rore perfusa. Saluator mundi. Qui uiuis et regnas cum deo patre. In unitate eiusdem.

Benediccio in uigilia utriusque festiuitatis gloriosi Regis Edwardi et confessoris.

OMnipotens deus uos dignetur benedicere. qui beatissimo regi edwardo donauit prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Amen.

Ut cuius gloriosam commemoracionem deuotis sollempniis preuenitis ipsius meritis preces uestras apud dominum exaudiri senciatis. Amen.

Et post cursum uite presentis uos transferri faciat ad celestia regna cum beatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die utriusque festiuitatis predicti sancti Regis.

BEnedicat uos superbenedictus rex regum et dominus dominancium qui beatissimo Regi Edwardo et confessori tribuit in terris regale dominium. uos quoque regat et protegat per huius mundi deuium. qui eundem regem transtulit ad regni celestis fastigium. Amen.

Et qui eum in carne positum mirabiliter insigniuit nonsolum regali dignitate. sed eciam in coniugio uirginali castitate. ac morum insuper et miraculorum speciali sanctitate. uos regendo roboret. et adornet uera fide. certa spe. perpetua caritate. Amen.

Ut qui sacram corporis eius deposicionem annua deuocione celebratis. suis meritis et precibus a penis uos transferat et

peccatis. et cum hoc rege sanctissimo regem glorie in decore suo cernatis eiusque ineffabili splendore eterno letantes iubilo perfrui ualeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in natali sanctorum fabiani et sebastiani.

DEus qui triumphantibus pro te martiribus regiam celestis aule potencie tue dextera pandis. quique/ pro te [fo. 189. b. dimicantes sic decoquis in corporeis erumpnis. ut uelud aurum rutilans excipias in supernis. benediccione uos beatifica celesti. qui sanctis martiribus tuis fabiano et sebastiano in certamine uictoriam prestitisti. Amen.

Sit plena ecclesie huic leticia pro eorum triumpho. optineat ipsorum passio. nobis ueniam pro delicto. et effunde super nos dona spiritualium uirtutum. ut nichil in uobis inimicus aut uiolenter surripiat aut fraude decipiat. Amen.

Ut optinentibus apud te beatis martiribus tuis fabiano et sebastiano quorum hodie festa celebramus. per bone conuersacionis perseueranciam ad tuam mereamur pertingere graciam. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancta Agnete uirgine.

DEus qui beatam agnetem simul et uirginitatis et martirii decore concessit florere decenter. uos faciat lumine tocius religionis fulgere. et de utriusque uite prosperitate gaudere. Amen.

Et qui ei inter tormenta inconcussam dederat constanciam. uobis in omni temptacione suam largiatur graciam. uirtutumque uestiat nitore qui eam per angelum suum celesti decorauit habitu in carceris squalore. Amen.

Et que in medio flammarum ad astra meruit migrare pro uobis intercedat quatinus spiritus sancti igne ualeatis flagrare. et post hanc uitam thalamum celestem intrare. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Uincencio.[1]

BEnedicat uobis dominus celorum rector et conditor pro cuius nomine leuita et martir uincencius insaniem[2] rabidi hostis interritus adiit. modestus sustinuit. et palmam uincendo adquisiuit. Amen.

Et qui immania pro christi confessione pertulit pertormenta. uos suis meritis ne supplicium eternum incurratis adiuuet. et pius interuentor ut uobis celestia regna aperiantur exoret. Amen.

Quatinus eo suffragante et in hoc seculo tranquillitatem temporum. salubritatem corporum. salutem animarum. et in futuro possideatis eternitatis premium lumen clarissimum et sempiternum. Amen.

Quod ipse./ [fo. 190.

Benediccio in conuersione sancti pauli.

DEus qui gracia sua. beatum paulum ex persecutore fecit

[1] *Martyre : add.* O.
[2] insaniam : O.

apostolum. ipse uobis compunccionis pieque conuersionis dignetur impertiri spiritum. Amen.

Quique ei secretorum celestium misteria dignatus est reuelare. ipse uobis celestium uirtutum abdita dignetur aperire. Amen.

Et qui ei perseueranciam fidei constanciamque in persecucionibus inflexibiliter[1] dare dignatus est eiusdem interuencionibus uestram infirmitatem donis spiritualibus roborare atque munire dignetur. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancta Agnete.[2]

DEus qui beate Agnetis triumphum uos fecit secundo iterare munera misericordie sue uobis[3] dignetur prestare. Amen.

Eius deprecacio a uobis omnia arceat contraria. et queque adhibeat[4] salubria. que uirgo et martir inter astra rutilat celestia. Amen.

Pectora uestra grata sint sancto spiritui hospicia. uestraque deo accepta fiant desideria eoque uos dirigat sancta trinitas post obitum. ubi beata Agnes glorianter nouum concinit canticum. Amen.

Quod ipse.

IN die purificacionis beate Marie[5]*post terciam decantatam preparatis cereis benedicendis cum candela rotunda ante altare. Ueniat abbas cum capa stola et manipulo sollempniter indutus. et tunc cantores sequens Responsorium cum uersiculis et sine* Gloria *ante altare cantent.*

℟. Gaude maria uirgo cunctas hereses sola interemisti que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dum uirgo deum et hominem genuisti et post partum uirgo inuiolata permansisti. ℣. Gabrielem archangelum scimus diuinitus te esse affatum uterum tuum de spiritu sancto credimus impregnatum erubescat iudeus infelix qui dicit christum ex ioseph semine esse natum. Dum uirgo.

Quo dicto pronunciet abbas ℣. Post partum *et dicat* Dominus uobiscum.[5]

Oracio.

DEus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti. tribue quesumus. ut ipsam pro nobis intercedere senciamus per

[1] inflexibilem : O.

[2] *secundo : add.* O.

[3] nobis : O.

[4] adhibebat : O.

[5]—[5] *ante tertiam preparentur cerei benedicendi cum candela rotunda substratis tapetis ponantur ante magnum altare. Atque post tertiam decantatam abbas cum capa. stola et manipulo tantum sollenniter indutus uel prior ipso absente absque capa: ad magnum altare continuo procedat. precedentibus ministris cum aqua crucibus et candelabris cereis superpositis nondum accensis atque thurribilis cum carbonibus ignitis quasi tunc magnam inchoando processionem. et teneatur ibidem magnus cereus qui dicitur mariale minime accensus. atque post abbatem ueniant quatuor fratres quos cantor prerogauerit albis tantummodo induti et ante gradus magni altaris sequens Responsorium incipiant quod a precentore reinchoetur. et usque ad uersum a conuentu prosequatur uersas facies habentes chorus ad chorum.* ℟. *Gaude maria uirgo. [*–* Musical notation above these words.]

Cantores subiungant hunc uersiculum Gabrielem archangelum. *Chorus regressum.* Dum uirgo. *Quo dicto absque* Gloria patri : *pronunciet abbas* ℣ Post partum uirgo. *Et dicat.* Dominus uobiscum. *Et hanc orationem sollenniter cantando.* O. (ff. 103.b.–104.)

quam meruimus auctorem uite[1] suscipere dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum.[2]

[4]*Postea accendatur candela rotunda que specialiter consecranda*| *est cantore incipiente* [fo. 190. b. *sequentem antiphonam.*

Uenit lumen tuum ierusalem et gloria domini super te orta est et ambulabunt gentes in lumine tuo alleluya. *uel* ineternum. *si infra lx*[a3] *euenerit.*

Deinde sequatur benediccio luminis plane legendo dicente abbate hunc uersiculum.[4]

Benedictus qui uenit. Dominus uobiscum.

Oracio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne. deus bene✠dicere. et sancti✠ficare. digneris ignem istum quem nos indigni suscipimus per inuocacionem unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi quem hodie in templo presentatum iustum symeonem diu expectantem in ulnis suis

[1] *om.* O.
[2] uiuit : *add.* O.
[3] *sic.*
[4]—[4] *Dum dicitur precedens oratio : stabit uterque chorus extransuerso suppliciter inclinantes. Ad cuius finem cum responsum fuerit a conuentu amen : accendatur unus ex cereis. atque candela rotunda que specialiter consecranda est : similiter accendatur cantore incipiente Antiphonam.*
*Uenit lumen tuum ierusalem et gloria domini super te orta est et ambulabunt gentes in lumine tuo alleluia *uel* in eternum.* [*–* Musical notation above these words.]
Ad cuius finem cum infra septuagesimam euenerit loca (sic) *alleluia subiungetur ineternum. Deinde sequatur benedictio luminis sic. Abbas non sollenniter sed plane legendo dicat hunc.* ℣ : O.

suscepisse nouimus. et salutare tuum ante faciem omnium populorum esse. lumen scilicet gentibus et gloriam plebis tue israel prophetico spiritu docuit. te quesumus domine ut. bene✠dicere. digneris lumen istud. et omnibus illud manibus gestantibus uerum lumen tue maiestatis concede. ut te cognoscentes. te diligentes. te querentes. per uiam uirtutum ad te ualeant peruenire. Amen. Per eundem dominum.

Alia oracio.

OMnipotens clementissime pater lumen indeficiens exaudi nos et tue. bene✠diccionis largitate hoc lumen. sancti✠fica. ut in filii tui amore illud gestancium expulsis peccatorum tenebris sancti spiritus igne corda illustrentur. et in tuo amore[1] amore[2] accendantur. Per eundem. In unitate eiusdem.

Alia[3] *oracio.*

CElesti lumine quesumus domine semper et ubique nos preueni. ut misterium cuius nos participes esse uoluisti : et puro cernanus intuitu. et digno[1] percipiamus effectu.[4] Per dominum nostrum.

†*Postea aspergantur cerei aqua benedicta et incensentur cantore incipiente hanc antiphonam.*

Hodie beata uirgo maria puerum ihesum presentauit in templo et

[1] A cross in margin of W.[1] opposite these lines.
[2] *sic in* W.[1] *om.* O.
[3] *Item :* O.
[4] affectu : O.
†—† *Dum dicuntur orationes stabunt fratres in choro ad orientem uersas habentes facies et illis finitis singulis cum integra*

symeon repletus spiritu sancto accepit eum in ulnas suas et benedixit deum israel.†

Qua finita dicat sacerdos hunc uersiculum et oraciones que sequuntur plane legendo ut prius.

℣. Uiderunt oculi mei. ℟. Salutare tuum domine. Dominus uobiscum.

Oracio.

INmense maiestatis tue misericordiam obsecramus omnipotens deus. ut qui uerum lumen dominum nostrum ihesum christum hodierna die cum nostre [1]carnis substancia[1] in templo representari atque diu desideratum beati symeonis brachiis amplecti/ uoluisti mentis [fo. 191. nostre sensus dono tue gracie illuminare digneris quatinus hos cereos tua bene✠diccione. sanctifica✠tos. ferentes. castitatis securitate. tuique amoris caritate exubera. nosmetipsos hostiam uiuentem. sanctam. tibique exhibere ualeamus placentem. Per eundem.[2]

Alia oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui hodierna die unigenitum tuum ulnis sancti symeonis in templo sancto tuo suscipiendum presentari uoluisti: tuam supplices deprecamur clemenciam. ut hos cereos quos nos tui famuli

in tui nominis magnificenciam suscipientes gestare cupimus luce accensos bene✠dicere.[1] et sanctifi✠care. atque lumine superne benediccionis accendere digneris. quatinus nos tibi domino deo nostro offerendo digni et sancto igni dulcissime ueritatis succensi. in templo sancto glorie tue representari mereamur. Per eundem.[2]

[3]*Postea distribuantur cerei atque de lumine benedicto tam ipsi cerei quam cetera luminaria per totam ecclesiam prius extincta protinus accendantur. Cantore incipiente antiphonam.*[3]

Suscipiens ihesum in ulnas suas symeon exclamauit et dixit tu es uere lumen ad illuminacionem gencium. et gloriam plebis tue israel.

Alia antiphona.

Senex puerum portabat. puer autem senem regebat. quem uirgo peperit et post partum uirgo permansit ipsum quem genuit adorauit.

Benediccio in purificacione beate [4]uirginis marie.[4]

OMnipotens deus qui unigenitum suum hodierna die in assumpta carne in templo uoluit presentari. benediccionis sue uos

conclusione: aspergantur aqua benedicta cerei ab abbate: et incensentur cantore imponente. Antiphonam.

Hodie beata uirgo maria puerum ihesum presentauit in templo et symeon repletus spiritu sancto accepit eum in ulnas suas et benedixit deum israel. O. [*–* Musical notation above these words.]

[1]—[1] substancia carnis: O.

[2] dominum nostrum: *add.* O.

[1] *omit* ✠ O.

[2] dominum nostrum: *add.* O.

[3]—[3] *Finita hac oratione et responsorio a conuentu amen: distribuantur cerei per secretarium primum: domno abbati eius dexteram osculando. postea priori. cantori. ac ceteris per ordinem singuli singulis tribuantur. atque de lumine benedicto tantum ipsi cerei quoniam cetera luminaria per totam ecclesiam protinus accendantur. Cantore incipiente. Antiphonam*: O. f. 32. [O. gives musical notes above these two anthems.]

[4]—[4] *marie uirginis*: O.

625

munere fultos bonis operibus faciat exornari. Amen.

Et qui eum ut legem adimpleret ministrum uoluit effici legis. mentes uestras instruat legis sue spiritualibus documentis. Amen.

Quo ei pro turturibus castitatis [1]seu caritatis[1] munera offerre ualeatis. et pro pullis columbarum spiritualibus donis exuberetis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto blasio.

BEnediccionum eternarum copiam. et culparum ueniam dei uobis conferat misericordia. uos que post hanc uitam suo sancto intercedente presule Blasio ad celestia perducat gaudia/ Amen. [fo. 191. b.

Et qui ei talem prestitit graciam ut immanium pateretur tormentorum martirium. aduersum omnem uos confortet aduersarium. et ad omne sanctum corda uestra accendat desiderium. Amen.

Eius uos intercessio commendet domino. qui hodie choro iunctus est angelico. et illius merita uos ad supernam subleuent[2] felicitatem. cuius passionis sanctam celebratis sollempnitatem. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancta agatha.

BEnedic domine et sanctifica ecclesiam tuam qui beatam agathen uirginem et martirem adquisisti fide. honorasti pudore glorificasti certamine. Amen.

[1]—[1] *erased*: O.
[2] sulleuent: O.

626

Repleatur hic populus illo spiritu qui martiri tue affuit agathe. cum eam ignis torreret. cum ungula raderet. cum eculeus infrigeret.[1] et tyrannus mamillam torqueret. Amen.

Ut dum se sibi pro tuo amore abnegat. tua collocetur in dextera. cuius est eleccione uocata in gloria. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in cathedra sancti Petri.

DEus qui beatum petrum apostolum tuum ita reddisti[2] precipium ut sortiretur inter ipsos fidei proceres principatum. quo per apostolatus fastigium a te sibi traditum ecclesie tue celestis regni aperiret ianuam. respice plebem tuam pietate solita et eam tibi sanctificatam tua exhibe gracia. ut cum celorum clauigero. celum hereditet perpetuo. Amen.

Optineat apud te ueniam pro corrigendis nostris delictis qui claudo fuit medela pro restituendis uestigiis. fiat que nobis benediccio salutaris. Amen.

Ut ipso intercedente et te largiente illuc sibi greges commissos introducat ad gaudia. quo pastor idemque ianitor tecum remuneratus exultat in gloria. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto mathia.

OMnipotens dominus sue uos[3] benediccionis defendat pre-

[1] infigeret: O.
[2] reddidisti: O.
[3] nos: O.

sidio. qui beatum mathiam apostolorum duodeno sociauit collegio. Amen.

Tribuat uobis scandere gaudia superne felicitatis qui illum inter ipsos ecclesiarum principes uirtute prouexit humilitatis. Amen.

Sicque in hoc seculo uosmetipsos humiliando mutueque dileccionis honorem inuicem preuenientes[1]/ conuersemini. ut [fo. 192. in futuro cum omnibus apostolice fidei cultoribus sine fine letemini. Amen.

Quod.[2]

Benediccio de sancto Gregorio.

DEus omnipotens uos[3] benedicat. qui beatum[4] et summum pontificem[4] gregorium sanctissimum nobis contulit doctorem. et preclarum uirtutibus confessorem. interuentu illius conferat uobis uirtutum suffragia. per que[5] tanti patris subsequi ualeatis pia uestigia. Amen.

Assistat hic patronus angelicus ante thronum dei pro uobis intercessor piisimus. efficiatque uos suo optentu solidos in fide. firmos in caritate. indefessos in spe. ardentes in omni sanctitate. Amen.

Adiuuet uos semper de sinistra transire ad dexteram. de mortalitate ad inmortalitatem. quatinus sicut sancti gradientes de uirtute in uirtutem. reuelata facie deum deorum uideatis in gloria sua. et sanctorum omnium in celesti

[1] preueniendo : O.
[2] ipse : *add.* O.
[3] uos : *add.* O. *dupliciter.*
[4]—[4] *erased* O.
[5] pro que : O.

regno desiderabilem habeatis societatem. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Cuthberto.

DEus qui omne tempus uite beati Cuthberti miraculis apostolicis fecit esse plenissimam uobis sue benediccionis donet exuberanciam. atque concedat misericordiam indulgentissimam. uirtutumque copiam felicissimam. Amen.

Ut qui triennem per infantulum pontifex futurus meruit prenunciari. et ab angelo curari. sua uos intercessione faciat muniri. et utriusque uite prosperitate beari. Amen.

Quique in celo iocundissimam habet mansionem. uobis peccatorum impetret remissionem. et perhennem felicitatem. per hanc temporalem sollempnitatem. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Benedicto.

OMnipotens dominus uos sue benediccionis dono sanctificet. qui beatum benedictum abbatem primeue etati[1] decore sibi asciuit. atque spiritus sancti ardore succensum ad regendam monachorum preelegit cateruam. Amen.

Sicque cor uestrum irradiet. ut eaque in domo dei ex huius uita patroni recitantur uiscerabiliter intelligatis. et intelligendo quamtocius imitari possitis. Amen.

Quatinus eius exemplis eruditi necnon et/ [fo. 192. b.

[1] *sic.*

suffragiis muniti monumentum labentis eui transeatis illesi atque in eterna requie illi cum palma glorie ualeatis adiungi. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio in annunciacione dominica.

DEus qui cum te non capiunt celi dignatus es in templo uteri uirginalis includi. ut mater integra haberet et fructum de spiritu. et in corrupcionem de partu. da ecclesie tue custodem angelum. qui te filium beate marie predixit esse futurum. Amen.

Sanctificetque gregem tuum illa benediccio que te sine semine humano. redemptorem formauit in uirginis utero superueniente spiritu sancto. Amen.

Ut[2] te protegente exultet ecclesia de congregato populo. sicut beata uirgo meruit gloriari de filio dei a se incarnato. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto marco.

DEus qui presentem diem beati marci euuangeliste consecrauit martirio. tribuat uos eius adiuuari et benedici. suffragio. Amen.

Quique eum uisitare[3] dignatus est in carcere uos ipsius euuangelica dignetur reficere et saciare dulcedine. Amen.

Quatinus cum eo gaudeatis imperpetuum. per cuius euuangelium tenetis christi incarnacionis sacramentum. Amen.

Quod ipse.

[1] prestare: *add.* O.
[2] Et: O.
[3] uisitari: O.

Benediccio de apostolis philippo et iacobo.

DEus qui presentis diei sollempnitatem beatorum apostolorum philippi et iacobi glorificacione sanxit honorabilem. mentes uestras ardore gemine dileccionis inflammet. sempiterne lucis splendore perlustret. sueque benediccionis ubertate fecundet. Amen.

Quique per hos lampadis[1] sanctum philippum gentibus sue fidei lumen aperuit. per que iacobum fratrem domini incredulitatis iudaice seuiciam perfidiamque redarguit. uos amborum meritis omni errorum caligine miseratus euacuet. agnicionis sue facula serenus irradiet. catholice fidei integritate consolidet. omniumque spiritualium carismatum incrementis accumulet.[2] Amen.

Quatinus eorum interuentu superne hereditatis/ [fo. 193. adipisci mereamini porcionem. quorum hodierna die sub una ueneracione festiuitatem celebratis sollempnem. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in[3] inuencione sancte crucis.

BEnedicat uos omnipotens deus qui per unigeniti sui ihesu christi domini nostri passionem et crucis patibulum. a captiuitate demonica genus redemit humanum. Amen.

[1] *sic.*
[2] accumlet: O.
[3] *om.* O.

Concedatque uobis ut cum omnibus sanctis que sit eiusdem crucis longitudo. sublimitas. et profundum. mente deuota comprehendere ualeatis. Amen.

Quatinus uosmetipsos abnegando crucemque gestando ita in presentis uite stadio redemptorem uestrum possitis sequi. ut ei inter choros angelorum post obitum mereamini semper assisci. Amen.

Quod ipse.

[1]*Benediccio de sancto iohanne ante portam latinam.*

DEus qui beatum iohannem olei examinatum ardoribus martirii decorauit honore. ipsius meritis uos unctos oleo leticie inflammet sancta deuocione. Amen.

Et sicut ardoris uiolencia non sauciauit sed sanctificauit hunc strenuissimum athletam. sic eiusdem gracia omnia uobis aduersancia conuertat in interioris hominis medicinam. Amen.

Ut unccione inuisibili interius delibuti. possitis in omnibus salubriter per spiritum erudiri. Amen.

Quod.

Benediccio de sancto dunstano.

DEus qui beatum Dunstanum sublimi uocacione preuentum pontificali magnificauit honore et miraculorum potestate. uos indeficienti magnificet bonitate. Amen.

Et qui ipsum pro sinceritatis priuilegio consolatus est singulariter familiaritate angelica. uos ei assimulet cordis et corporis inmundicia illibata. Amen.

Ut uos eius imitantes merita gloriosa adornet inmarcessibili corona. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Augustino anglorum apostolo.

DEus qui cardines maris sue gracie tentorio operuit beati augustini laboribus anxiis. eius nos precibus liberet ab angustiis sempiternis. Amen.

Et qui sue predicacionis instancia insulam britannicam subdidit euuange/ licis [fo. 193. b. disciplinis. uos uere fidei obedire faciat institutis. Amen.

Quo tanti patris muniti patrociniis. ipsius coheredes esse possitis in gaudiis sempiternis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Barnaba apostolo.

DEus qui mundum uniuersum per apostolos suos uoluit illuminare. omnes tenebras de cordibus uestris dignetur amputare. prestetque ut sanctus barnabas apostolus uobis lucem uite et quietis sua intercessione studeat impetrare. Amen.

Uobis[1] opem prebeat in terris. qui inter ipsos incomparabiles ecclesie proceres splendidus atque perlucidus emicat in celis. Amen.

Semper hoc apostolicum sidus ad impetranda uobis rutilet suffragia. et uos in illa consociet

[1] *This and two following benedictions omitted by* O.

[1] Nobis: O.

gloria. ubi[1] ineffabilis numquam deficiet leticia. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia sancti Iohannis baptiste.

DEus qui beatum iohannem baptistam magnum nunciasti per angelum. maximum per uerbum qui clausus in utero reddidit obsequium domino. matrem repleuit gaudio. patris linguam soluit a uinculo. cerne placato uultu confrequentantem hodie populum ad tanti preconis occursum. Amen.

Ascendat[2] uox illius ad aures pietatis tue qui maternis uisceribus ante mundi dominum nouit confiteri quam nasci. Amen.

Et eo intercedente purgetur hec plebs a crimine. cuius auctorem lauachri dextera tinxit in fonte. Amen.

Quod.[3]

Benediccio in die.

BEnedicat uos omnipotens deus beati Iohannis baptiste intercessione. cuius hodie natalicia celebratis. concedatque ut cuius sollempnia colitis. patrocinia senciatis. Amen.

Illius optentu ab omnibus aduersis tueamini. et bonis omnibus perfruamini. qui aduentum redemptoris mundi necdum natus cognouit. matris sterilitatem nascendo abstulit. patris linguam natus absoluit. Amen.

Quatinus ipsius agni quem ille digito ostendit. cuiusque immolacione estis redempti. ita

[1] uir : O.
[2] det : O. *in m.*
[3] ipse : *ada.* O

uirtutum lanis uestiri. et innocenciam ualeatis imi/ [fo. 194. tari. ut ei in eterne patrie felicitate possitis adiungi. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia apostolorum Petri et pauli.

DEus qui in tenebris ecclesie uelud geminatum lumen quo caueantur tenebre fecisti petri lacrimas. pauli litteras choruscare. concede huic familie tue felicia dona suis indefessis peticionibus optinere. Amen.

Atque eam de supernis sedibus placatus inspice qui celos fecisti aperire petrum in claue. paulum[1] in dogmate. Amen.

Ut preuiantibus ducibus illuc grex possit accedere. quo peruenerunt ipsi pariter. tam ille pastor per suspendium. quam ille doctor per gladium. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die.

BEnedicat uos deus qui uos beati petri saluberrima confessione in ecclesiastice fidei. fidei[2] fundauit soliditate. Amen.

Et quos beati pauli sanctissima instruxit predicacione. sua tueatur gratissima defensione. Amen.

Quatinus petrus claue. paulus sermone. utrique intercessione ad illam uos certent patriam introducere. ad quam illi alter cruce. alter gladio hodierna die peruenere. Amen.

Quod ipse.

[1] paule : O.
[2] *Struck out by black lines in* W.[1] *om.*O.

Benediccio in commemoracione sancti [1]Pauli apostoli.[1]

GLoriosa sancti pauli apostoli merita diuina nobis conferant carismata. et a uobis oblectamenta expellant illicita. Amen.

Quique magister gencium sacra uobis excellenter intonat eloquia uos sua muniat per suffragia. quatinus doctrinis eius instituti salutaribus. christo placeatis attencius. Amen.

Et qui petro claues regni celorum contulit. et paulo legem tradidit. uos faciat tenere que iste docuit. et illuc peruenire[2] ille solet celos aperire. Amen.

Quod ipse.

Benediccio[3] in natali sancti Thome archiepiscopi et martiris cantuariensis.

DEus qui gloriosi antistitis thome natalicia non ociose natiuitatis sue gaudiis miscuisti. ipsius interuenientibus meritis. hos famulos tuos maiestatem tuam facias debiti honoris reuerencia uenerari. Amen.

Et sicut ipse iuxta boni pastoris regulam animam dedit pro ouibus suis. sic da fidelibus tuis nullam for/midare [fo. 194. b. tyrannicam rabiem in preiudicium catholice ueritatis. Amen.

Quatinus eius exemplo per sanctarum legum obseruanciam discant prospera despicere et de tyrannica rabie paciendo uiriliter triumphare. Amen. Amen.

Quod ipse.

[1]—[1] *beati pauli*: O.
[2] ubi: *add.* O.
[3] *This and the following four benedictions omitted by* O.

Benediccio in translacione eiusdem sancti.

DEus cuius miseracione sanctorum corpora requiescunt in sabbato pacis. uestra transferat precordia in desiderium future requiescionis. Amen.

Et qui sanctorum membra quorum mors preciosa iubet honore debito recondere ipse meritis gloriosi martiris Thome uos dignetur de uanitatis puluere suscitare. Amen.

Quo tandem per sue potestatem benediccionis corporis et anime stolis festiualibus induamini duplicatis. Amen.

Quod.

Benediccio in festiuitate reliquiarum.

DEus cuius prouidencia preciosa mors sanctorum facta est inmortalitatis inicium. tribuat uobis illius uite desiderio cunctas despicere illecebras fallacium gaudiorum. Amen.

Quique sanctorum suorum reliquiis uos in hodiernis sollempniis consolatur. ipsorum suffragantibus meritis. uobis gracie sue affluenciam largiatur. Amen.

Quo ipsorum uitam pro uiribus imitantes. et suffragiis adiuti. eorundem indeficientibus gaudiis mereamini perhenniter sociari. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in festiuitate sancte Margarete uirginis.

DEus corona uirginum et omnium remuneracio meritorum. uos pietate sua benemeri-

tos traducat in consorcium sanctorum suorum. Amen.

Quique beatam Margaretam de tyrannica ac beluina rabie fecit mirabiliter triumphare, uos leonis inuisibilis feritatem cum draconis insidiis faciat fortiter et prudenter superare. Amen.

Quo sicut ipsa nec blandimentis illici. nec tormentis potuit a tramite rectitudinis obliquari. sic uobis tribuat inter omnia discrimina inflexibiliter in fundamento fidei stabiliri. Amen.

Quod.

Benediccio de sancta maria magdalena.

DEus qui peccantes sua gracia preueniens nulli claudit gremium penitenti uobis cordis contriti et hu/miliati spiri- [fo. 195. tus dignetur graciam impertiri. Amen.

Quique magdalenam preuenit tantis priuilegiis gracie. ut ei primo resurgens elegit apparere uobis eius meritis det bona perdita rigore penitencie compensare. Amen.

Quo sicut illi pro multis dimissis reatibus multum sui contulit amorem. sic uobis eiusdem clemencie dulcedinem perfectam tribuat reconciliacionem. Amen.

Quod.

Benediccio de sancto Iacobo apostolo.[1]

OMnipotens dominus qui hunc diem beati apostoli sui iacobi consecrauit martirio. uos eterna benediccione sanctificet illius intercessionis auxilio.[2] Amen.

[1] *om.* O.
[2] suffragio : O.

Et qui moriendo calicem domini bibere non est cunctatus in terris. ipse uos apostolica defensione munitos. a cunctis peccatorum uestrorum nexibus soluat in celis. Amen.

Quo sicut illum passio reddit gloriosum. ita et uos integre fidei quam predicauit confessio. supernum faciat conscendere regnum. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in aduincula sancti petri.

DEus qui beatum petrum apostolum a uinculis absolutum de carcere exire concessit illesum. et porte ferree transire ultro apertum obstaculum. illius etherei ianitoris apostolica auctoritate uos a peccatorum uestrorum nexibus soluat ac paterna proteccione ab omni malo defendat. Amen.

Cumnni[1] principis apostolorum beati petri uos ubique muniat inmensa bonitas peruigil et indefessa pii suffragatoris uobis succurrat benignitas. et eternaliter uos ipsius letificet hodierna sollempnitas. Amen.

Quatinus eius glorie sempiterne mereamini habere participacionem qui post angelicam de carceris squalore liberacionem feliciter subiit regna celorum. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in inuencione sancti stephani prothomartiris.[2]

BEnediccionum omnium copiam larga uobis dei conferat

[1] *sic* : Summi : O. *and two following words are written over erasure in O.*
[2] *om.* O.

miseracio. et intercessio beati prothomartiris stephani uobis peccatorum omnium fiat remissio. Amen.

Optineat uobis ab eo quem ad patris dexteram stantem meruit uidere peccaminum ueniam. qui inter lapidancium ictus inuiolabilem tenuit constanciam./ Amen. [fo. 195. b.

Eius ergo quam celebratis ueneranda inuencio uobis contra omnes emulos sit inuicta tuicio. ut in presenti seculo deo placeatis attencius. et post celica regna subire ualeatis felicius. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia sancti laurencii.

Corrobora christe gregem tuum turris fortitudinis qui beatum prius armasti pectore. post sermone. ante decorasti professione quam funere. Amen.

Infunde circumstantibus credulitatis spiritum. qui confitenti aderas ne facerent plage trepidum. pena fessum. flamma deuictum. Amen.

Ut ipso interueniente ac te remunerante illa luce plebs radiet qua leuita fulsit in carcere. illa fide micet qua celos uictor meruit introire. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in die.

Sancte Trinitatis super uos benediccio descendat gratissima. qui beati leuite laurencii martiris que gloriosi festum ce-

[1] ipse: *add.* O.

lebratis mente deuotissima. Amen.

Illius mereamini suffragiis fulciri. exemploque roborari. qui nec seuicia torquencium frangi nec inmanissima tormentorum crudelitate. a gloriosissima christi confessione potuit labi. Amen.

Et qui eum superato diuerso tormentorum genere. celestem gloriam feliciter cum triumpho dedit scandere. ipse uobis concedat uigore fidei uiciorum pellere contagia. et cum electis omnibus superindui inmarcessibilis glorie corona. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia assumpcionis beate[1] marie.

Deus omnipotens uos benedicere dignetur. qui uirginalem pudici pectoris aulam beate marie ex qua nasceretur. et per quam periclitanti mundo subueniret dignatus est eligere. concedatque uobis superuenturam eius sollempnitatem congruo preuenire honore. atque ipsam uenientem digna celebrare deuocione. Amen.

Et que uirgo ante partum. uirgo in partu. et uirgo permansit inuiolata post partum. sua uos intercessione munitos. faciat sue gloriose interesse festiuitati benignos atque iocundos. Amen.

Ipsa uobis suis precibus et meritis aperiat ianuam paradisi. ipsa uos faciat in regno super-/no beate inmortalitatis [fo. 196. stola indui. que sola sine exemplo mater existens et uirgo

[1] *sancte*: O.

gignere meruit deum et hominem saluatorem mundi. Amen.

Quod.[1]

Benediccio in die assumpcionis.[2]

DEus qui per beate marie uirginis partum genus humanum dignatus est redimere celesti uos dignetur benediccione locupletare. et sancte uirginitatis gloria in excelsis magnifice beatificare. Amen.

Quique digna beate dei genitricis marie celos[3] letificauit assumpcione. uos celitus angelice exultacionis participet communione. et regine celorum gloriosa muniat proteccione. Amen.

Ut qui ad eiusdem perpetue uirginis celebrandam assumpcionem hodierna die deuotis mentibus conuenistis spiritualium gaudiorum. et eternorum premiorum uobiscum munera reportetis. et ipsa beata maria intercedente a domino inter choros angelorum admisceri ualeatis. Amen.

Quod.[1]

Benediccio de sancto Bartholomeo.

DEus qui apostolos non seruos sed amicos suos uoluit uocare. precioso apostolo suo Bartholomeo exorante a seruitute peccati uos dignetur liberare. et uirtutum libertate ditare. Amen.

Omne malum a uobis arceat benignissime. qui indos indos[4] indomitos deo subdidit uictoriosissime. Amen.

[1] ipse: *add.* O.
[2] *om.* O.
[3] celo: O.
[4] *sic in* W[1]. *but struck out*: *om.* O.

Placeat sibi pro uobis interuenire. qui roseo cruore perfusus uictor meruit celos subire. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Augustino [1]episcopo et[1] doctore.

BEnedicat uos omnipotens deus qui beatum Augustinum pontificem insigniter uirtutum restituit[2] splendore peccatorum uobis indulgenciam annuat ipso intercessore. uos que fidei. spei. et caritatis circumdet uigore. Amen.

Et qui merita illius miraculis concessit rutilare. in bono proposito uos faciat perseuerare. quique contra hereticos ualidissimus extitit preliator. indeficiens uester extet suffragator. Amen.

Quatinus uita uestra moribus religionis locupletata et consciencia rore celesti fecundata eo dirigamini post obitum. quo preclarus confessor iste gloriosum[3] adeptus est habitaculum. Amen.

Quodipse prestare.[4]/ [fo. 196. b.

Benediccio in decollacione sancti iohannis baptiste.[4]

DEus qui uos sancti Iohannis Baptisteconcedit sollempnia frequentare. tribuat uobis et eadem deuotis mentibus celebrare. et sue benediccionis dona percipere. Amen.

Et qui pro legis preconio carceralibus est retrorsus in tenebris. intercessione sua a tenebrosorum operum uos liberet incentiuis. Amen.

[1]–[1] *om.* O.
[2] uestiuit: O.
[3] hodie: *add.* O.
[4] *om.* O.

643

Et que[1] pro ueritate que deus est capud non est cunctatus amittere. suo interuentu ad capud omnium quod est christus. faciat uos peruenire. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in natiuitate sancte marie.

OMnipotens deus sua uos dignetur proteccione benedicere. qui hunc diem per natiuitatem[2] beate marie fecit clarescere. Amen.

Et qui per eam filium suum uoluit nasci. eius intercessione ab omni uos faciat aduersitate defendi. Amen.

Quo in presenti euo eius meritis et precibus adiuti. sempiterna ualeatis gratanter felicitate perfrui. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio in exaltacione sancte Crucis.

DEus qui redemisti genus humanum per beate crucis patibulum ut quod prius erat celestis ad penam. sit conuersus[4] redempcio ad uitam. concede plebi tue eius saluari presidio. cuius est armata uexillo. Amen.

Sit ei crux fidei fundamentum. spei suffragium. in aduersis defensio. in prosperis adiumentum. Amen.

Perseueret que in hoste uictoria. in ciuitate concordia. in campo custodia in domo fultura. ut gregem in futuro conseruet incolumem que uobis agno uincente uersa est in salutem. Amen.

Quod ipse.

[1] qui: O.
[2] concepcionem: *add.* O. over line.
[3] prestare: *add.* O.
[4] conuersis: O.

644

Benediccio de sancto matheo apostolo.[1]

DEus apostolorum sapiencia. et euuangelista[2] prudencia. meritis beati mathei uos omni celesti repleat sciencia. Amen.

Promptus ad imploranda sit uobis suffragia. qui plenus spiritus sancti gracia. primus oracula descripsit euuangelica. Amen.

Semperque illuc tendant uestra precordia. quo huius euuangeliste festinauerunt studia. dum diuina christi humanitatis condidit eloquia. Amen.

Quod.[3]

Benediccio de sancto michaele archangelo./ [fo. 197.

MUltiplici uos dominus benediccione locupletet. qui sollempnitate principis archangelorum mundo gaudia infert. Amen.

Et qui deuicto hodierna die hoste antiquo triumphat. suo interuentu molimina eiusdem draconis superare uos faciat. Amen.

Quatinus de animabus[4] uestris celestia lucra reportet. et ympnidicis angelorum choris perpetua uos exultacione consociet. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto ieronimo.

BEnedicat uos omnipotens deus ut sicut in sancto abbate atque sacerdote ieronimo eximia fulsit sapiencie claritas. sic in uobis fidei redundet integritas. pia humilitas pura caritas casta sobrietas. Amen.

[1] *om.* O.
[2] euangelistarum: O.
[3] ipse: *add.* O.
[4] animalibus: O.

645

Luceat uita uestra gemmis uerborum dei ornata spiritualibus. et sacratissimus hic interpres toto mundo perspicuus. pro uobis intercedat propicius. Amen.

Quicquid hic magister magnificus studuit docere. [1]spiritus sanctus[1] uos adiuuet complere. et qui signis ac miraculis resplenduit insignissimus sua intercessione uos quandoque paradisi societ gaudiis cum angelorum cetibus. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Dyonisio Rustico. et eleutherio.

BEnedicat et custodiat uos sancta trinitas unus omnipotens deus. qui hodierna die beatos martires suos. Dyonisium. Rusticum. et eleutherium. eandem trinitatem confitentes, trino decorauit martirio. Amen.

Quique eos in sua fidei constancia permanentes coronauit in celis. uos in eadem fide stabiles cum bonorum operum cultu usque in finem perseuerare concedat in terris. Amen.

Etquorum martirii sollempnitatem pia deuocione ueneramini. illorum interuentu coronam uictorie de manu domini in celis accipere mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio[2] in translacione sancti Edwardi regis [3]et confessoris.[3]

OMnipotens deus uos dignetur benedicere. qui beatissimum regem edwardum sanctorum suorum collegio dignatus est sociare. Amen.

[1]—[1] Sanctus spiritus: O.
[2] f. 52.b. O. [3]—[3] *om.* O.

646

Et cuius gloriosam translacionem[1] [2]deuotis sollempniis preuenitis[2] ipsius meritis preces uestras apud dominum/ exaudiri senciatis. Amen. [fo. 197. b.

Et post cursum uite presentis uos tranferri[3] faciat ad celestia regna cum beatis. Amen.

Quod ipse.[4]

[5]Benediccio in die.

DEus qui gloriosum regem Edwardum in regni fastigio humilem. in deliciis affluentem. ac in diuiciis custodiuit spiritum pauperem. concedat uobis omnem repellere secularis incendii lesionem. Amen.

Quique ipsum eciam in carne uiuentem prodigialibus clarificauit miraculis. ipsius precibus uos sue respectu uisitet miseracionis. Amen.

Quo uosipsos bene regentes secundum dictamina legis eterne possitis indeficientis regni sceptrum et scemata[6] possidere. Amen.

Quod.[5]

Benediccio de sancto luca euuangelista.

SAncti Luce euuangeliste interuentu uobis dominus [7]sue benediccionis[7] conferat ubertatem. ipseque uos unanimiter domini adiuuet perficere uoluntatem. cuius hodierna ueneracione celebratis sollempnitatem. Amen.

[1] solennitatem: *add.* O. over line.
[2]—[2] deuote celebratis: O.
[3] transferri: O.
[4] *The last word of each blessing has neumes over it in* O.
[5]—[5] *om.* O.
[6] *sic in* W[1].
[7]—[7] benedictionis sue: O.

647

Illa doctrina quam hic docuit euuangelista semper in uobis floreat. et sanctitas ipsa quam edocuit euuangelico sermone corda uestra iugiter repleat. Amen.

Huius euuangeliste ueniam uobis impetret interuencio. et uirtutibus uos floridos reddat ipsius supplicacio. ut illius interuenientibus meritis ad celestia regna uos perducat dei miseracio. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia apostolorum symonis et iude.

BEnedicat uos omnipotens deus qui[1] beatorum apostolorum suorum symonis et iude intercessionem. et nostrorum[2] uota ieiuniorum sibi acceptabilia reddat. Amen.

Precibus uestris effectum bonum[3] accomodet. cunctorum remissionem peccatorum attribuat. et uos feliciter ad sempiterna gaudia peruenire concedat. Amen.

Et[4] quos hodie ieiuniis et elemosinis precibusque intercessores conuenientes aduocatis hos pios auxiliatores cum omni apostolico agmine impertuum[5] habeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die.

OMnipotens dominus sua uos faciat confessione benedici. et apostolica symonis et iude/ proteccione ab omni [fo. 198. aduersit te muniri. Amen.

[1] per: O.
[2] uestrorum: O.
[3] boni: O.
[4] Ut: O.
[5] imperpetuum: O.

648

Et qui illos ante mundi constitucionem principes sue predestinauit ecclesie. uos in libro beate predestinacionis ascriptos sempiterne consortes efficiat glorie. Amen.

Et quorum hortatu catholice fidei integritatem deuota mente sectamini eorum ducatu gaudia regni celestis introire. et cum sanctis omnibus eternaliter regnare mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia omnium sanctorum.

BEnedicat uobis deus per gloriosam omnium sanctorum intercessionem. dignoque uos ieiunio reuerencie eorum sacram annuat preuenire celebracionem. Amen.

Et quorum sub una deuocione festiuam recolitis sollempnitatem. eorum pia consideracione uos deus promereri faciat sue gracie largitatem. Amen.

Sic et continua ipsorum uos in hac uita a peccatis et periculis redimant suffragia. ut eciam in futuro celestium uirtutum optineant a deo uos perfrui contuberniis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die.

BEnedicat uos omnipotens deus per omnium sanctorum gloriosissimam intercessionem. et uestram placidissime dignetur suscipere humilimam deuocionem. Amen.

Et quorum in terris corde sincero felicissimum celebratis triumphum. ipsis opitulantibus ad eorum in celis perduci merea-

mini desiderabile consorcium. Amen.

Quatinus terreni contagii maculis emundati. ac uirtutum omnium radiantibus lampadibus exornati. et celestibus coniungi decenter agminibus et uenienti sponso ualeatis occurrere cum bonorum operum fulgentibus luminibus. Amen.

Quod ipse.

[1]Benediccio in commemoracione animarum.

DEus quo auctore cognoscitis sanctum ac salubre existere pro defunctis exorare. dignetur preces uestras quarum est inspirator misericorditer exaudire. Amen.

Ipse uobis imprimat ac carnes uestras configat memoria incessabili mortis. totum in sacre mortis studio dirigatis. Amen.

Quo et presentem miseriam pacienter ferentes. cum desiderio uocante domino/ sa- [fo. 198. b. lubriter moriendi. tandem cum hiis quorum memoriam agitis transire possitis in nubibus gaudenter obuiam saluatori. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio de sancto martino [2]episcopo et confessore.[2]

DEus qui beatum martinum presulem tuum ita predestinasti. ut eum tue gracie perhenniter iuberes astringi: erige uota populi. qui protulisti gloriosa merita confessori. Amen.

[1]—[1] *om.* O.
[2]—[2] *om.* O.

Proficiat hiis ad fructum boni operis: quicquid in sacerdote amplectitur in[1] laude tui nominis. Amen.

Et eius intercessione hic populus consequatur ueniam. qui te remunerante felici seruicio peruenit ad palmam. Amen.

Quod.[2]

Benediccio[3] de sancto Edmundo episcopo et confessore.

DEus qui gloriosum anstistitem Edmundum ab adoloscencie[4] annis iugo direxit euuangelice sanctitatis. uos ipsius exemplo semper celestibus subiciat disciplinis. Amen.

Et sicut ipse in ecclesiasticis laboribus assiduus austeritatem non deseruit penitencie. sic det uobis labore et dolore uestrorum scelerum contagia uiriliter expiare. Amen.

Quo tam sancti patris meritis adiuti in illo ineffabili gaudio quo ascendit ualeatis perpetuo gratulari. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancto Edmundo Rege et martire.

REx regum dominus cuius obsequium precelsius est omni transitorio honore. in sancti edmundi regis et martiris sollempniis sua uos sibi regnum faciat benediccione. Amen.

Quique pro eterni augmento imperii dedit illi per mortem zelo

[1] pro: O.
[2] ipse: *add.* O.
[3] *This and the following benedictio om.* O.
[4] *sic.*

fidei de gentili tyrannide triumphare. corda uestra dignetur extinctis uiciis fide uiuida uegetare. Amen.

Quo calcatis spiritualibus nequiciis per fidei constanciam. sancti Edmundi meritis et precibus consequi ualeatis promissam triumphantibus inmarcessibilem coronam. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancta cecilia uirgine [1]et martire.[1]

DEus cui beata uirgo cecilia ita castitatis deuocione complacuit ut per eam duos fratres Tyburcium et Ualerianum sibi consecrari faceret. uos igni[2] superni amoris/ inflam- [fo. 199. met et sua benediccione confirmet. Amen.

Et que angelo deferente micancium [3]odori foras[3] liliorum atque rosarum coronas cum palma martirii precepit. eius meritis uos dominus omnium uirtutum floribus adornet et in paradisi regione eterne felicitatis dyademate coronet. Amen.

Quatinus a uobis opera tenebrarum procul abicientes. ac uosmetipsos uiriliter armis lucis induentes. ueri solis illustracione perfusi imperpetuum fulgeatis. et numero iustorum computati sicut sol in regno patris eorum fulgentes sine fine gaudeatis. Amen.

Quod.[4]

[1]—[1] *om.* O.
[2] igne : O.
[3]—[3] odoriferas : O.
[4] ipse : *add.* O.

Benediccio de sancto clemente.

OMnipotens deus uestrorum cordium archana purificet. et benediccionis sue uobis tribuat incrementa. qui hodierna die sancti clementis festiuitatem deuote uobis concedat[1] celebrare. Amen.

Ab omnibus eius intercessionibus uite presentis periculis exuamini. et uirtutum spiritualium ornamentis induamini. Amen.

Quo illius adiutorio fulti. sic domino seruiatis in terris. ut ei coniungi ualeatis in celis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio[2] in festo sancte Katerine uirginis et martiris.

DEus qui palatinam uirginem katerinam innumeris ornauit priuilegiis graciarum. det uobis eius interuenientibus precibus eminencia meritorum. Amen.

Et sicut ipsi uestem contulit mundicia sapiencia. et martirio uariatam. sic det uobis puritatem cordium. illustracionem mencium. et uigencium uirium probitatem. Amen.

Quo in montem qui christus est meritorum saltibus deportati. possitis cum ea in celestis deserti montibus perhenniter consolari. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in uigilia sancti Andree apostoli.

DEus omnipotens sua uos benediccione locupletet. qui beatum andream apostolice

[1] concedit : O.
[2] *This benediction om.* O.

dignitatis preconio sublimauit.[1] Amen.

Concedatque uobis ipsum habere intercessorem in celis. cuius deuote preuenitis diem sollempnitatis in terris. Amen.

Ipsius quoque interuentu queatis scandere alta celorum. quo processit idem per crucis passionem sequendo dominum et magistrum./ Amen. [fo. 199. b.

Quod.[2]

Benediccio in die.

DEus qui beatum andream apostolum per passionem crucis ad sedes euexit ethereas. ipse uobis tribuat bonorum[3] eundem sequi uestigiis. Amen.

Et quem peculiarem optinere meruistis patronum ad celeste ipso intercedente ualeatis feliciter pertingere regnum. Amen.

Eundemque mereamini uidere in celis regnantem. cuius gratulanter celebratis sollempnissimum diem. Amen.

Quod.[4]

Benediccio[5] de sancto Nicholao episcopo.

DEus qui gloriosum antistitem Nicholaum eciam in cunabulis preuenit mirabili sanctitate. uos sanctificet sue indeficientis gracie pietate. Amen.

Et sicut ipse post aurum non abiit. sed proiecit zelo saluandi uirginei pudoris. sic uos efficiat transeuntis affluencie contemptores. et amatores sincerissime castitatis. Amen.

Quatinus sicut ipsum innumerabilium miraculorum decor-

[1] sullimauit : O. [2] ipse : *add.* O.
[3] operum : *add.* O. [4] ipse : *add.* O.
[5] *This and the following benediction om.* O.

auit honore. sic uos eius exemplo in sancta conuersacione stabiliat cunctis miraculis pociore. Amen.

Benediccio in concepcione sancte marie.

DEus qui concepcionem. gloriose uirginis ad unigeniti sui preordinauit temporalem originem. cordibus uestris sue radicem inserat puritatis immobilem. Amen.

Et sicut ipsa concepta secundum predestinacionem erat ad salutem omnium ueraciter ordinata: ita uos letificet per hec quamuis remota salutis uestre primordia. Amen.

Quo sicut insuper in matris utero per sanctificacionis graciam concepta triumphanti ecclesie cui et nata est in assumpcione. sic uos assumi suis precibus optineat in gloriam. pertransita huius miserie peregrinacione. Amen.

Quod ipse.[1]

Benediccio de sancta Lucia uirgine [2]et martire.[2]

OMnipotens dominator seculorum uobis indulgenciam

[1] Deus qui ex intemerate uirginis aluo pro salute generis humani carnem dignatus est suscipere : ipse per eiusdem sue genitricis merita superne benedictionis ymbrem. super uos dignetur benignus distillare. Amen.

Et intercedente eadem uirgine gloriosa. cuius hodierna die sacre concepcionis solempnia celebretis : per incrementa uirtutum ad celestia pertingatis. Amen.

Quo post huius terrene peregrinacionis decursum cum filio atque matre in gloria felicitatis eterne possitis perhenniter conregnare. Amen.

Quod ipse.

add. O. fo. 59 : in later hand at end of benedictionary. [2]—[2] *om.* O.

tribuat delictorum. propicius que uobis aperiat regna celorum. qui propter uos uisitauit claustra inferorum. Amen.

Nunquam uos permittat flammis gehennalibus cruciari. aut a regno suo separari. sed beata lucia uirgine suffragante. beatorum spiritibus annuat consociari. Amen.

Que columpna/ im- [fo. 200. mobilis in passione meruit existere. et post deuicta supplicia gladio percussa celestia scandere. adiuuet uos ad eadem gaudia posse pertingere. Amen.

Quod.[1]

Benediccio de sancto Thoma apostolo.

HUmilitatem uestram dominus dignetur benedicere. et a uia ueritatis eterne numquam uos permittat declinare. qui dilectum apostolum suum Thomam de se diu non permisit dubitare. Amen.

Et qui uulnus dubietatis eius per sua sanauit uulnera. uestre infirmitati sua prestet munera. Amen.

Quique ex fixuram[2] clauorum passionis se uoluit monstrare. uobis faciem misericordie sue dignetur manifestare. cum uenerit seculum iudicare. Amen.

Quod ipse.[3]

[1] *om.* O. [2] *sic in* W².

[3] *Benedictio de sancta maria magdalena.* Deus qui beate marie magdalene tantam dignationis tue gratiam concessisti ut ei primo demonstrares gloriam resurrectionis: da propicius. ut eius meritis ac precibus eiusdem amoris tui gratiam consequi mereamur. Amen.

Ut sicut illa pedes domini unxit unguento. et domus impleta est ex odore unguenti. ita nos per eius exempla gr diendo aliis ad bene uiuendum bonus odor efficiamur in domino. Amen.

Benediccio de sancta Trinitate per totum annum.

OMnipotens deus pater et filius et spiritus sanctus quem in substancie unitate trinum. et in personarum trinitate unum ueneramini. uos ab omni aduersitate protegat. et sua benediccione perfundat. Amen.

Ita uos in presentis uite curriculo in sua fide catholica perseuerare concedat. ut celestis regni heredes sibi acceptabiles efficiat. Amen.

Et qui coram omnibus uiuentibus fideliter confitemini cum eo in illa eterna patria sine fine letemini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in ii^a feria per totum annum.

OMnipotens deus sua clemencia uos[2] benedicat et sensum uobis sapiencie salutaris infundat. Amen.

Catholice uos fidei documentis enutriat. et in sanctis operibus perseuerabiles reddat. Amen.

Gressus uestros ab errore conuertat. et uiam uobis pacis et caritatis ostendat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in iii feria.

INclinet dominus aurem suam ad preces uestre humilitatis. et det uobis graciam sue benediccionis. et premium sempiterne salutis. Amen.

Uestrorum que peccatorum

Et sicut optimam partem elegit que non auferetur ab ea. ita nos eius intercessionibus eterne beatitudinis gaudia optineamus sine fine mansura. Amen.

Quod ipse. *add.* O.

[1] *om.* O.

uincula soluat. et ad gloriam sempiternam peruenire uos faciat. Amen.

Multiplicet in uobis dominus copiam sue benediccionis. et confirmet uos in spe regni celestis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in iiii[a] feria.

DEuocionem uestram dominus dignanter intendat: et sue uobis benediccionis dona concedat. Amen.

Talique in/ presenti [fo. 200. b. seculo subsidio muniat ut paradisi uos in futuro habitatores efficiat. Amen.

Sicque corda uestra sanctificando benediccat.[1] et benedicendo sanctificet. uobiscum immo in uobis eum iugiter habitare delectet. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in quinta feria.

DEt uobis dominus munus sue benediccionis. et repleat uos spiritu ueritatis et pacis. Amen.

Quatinus sic per uiam salutis deuota mente curratis. ut surrepencium delictorum. laqueos salubriter euadatis. Amen.

Sicque efficiamini in eius supplicacione deuoti. et in mutua dileccione sinceri. ut ad celeste regnum peruenire possitis securi. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in vi[a] feria.

DA quesumus omnipotens deus benediccionum tuarum populo tuo ubertatem. et qui unigeniti filii tui sanguine sunt

[1] benedicat: O.

redempti. eiusdem defensione ab emulorum insidiis sint defensi. Amen.

Quatinus ab antiqui hostis laqueis erepti. superni sanguine moderatoris emundati sic uiuant in terris. ut gaudia percipere mereantur in celis. Amen.

Castetis[1] tibi christe moribus castum cordis exornent habitaculum. ut per hoc in celesti contubernio contineri mereantur in euum. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in sabbato.

DEus qui sex diebus opera. et in septimo requiem insinuas. huic familie tue benedicere digneris. et post cursum huius uite eternam requiem tua miseracione largiaris. Amen.

Quique post tua ualde bona opera sabbatum fieri uoluisti. hanc familiam tuam bene operari. et ad requiem peruenire facias labores seculi. Amen.

Nec quos bene operari precipis. hic a bonis operibus sabbatizare uel hyemare sustineas. sed tales hinc exire iubeas quales ineternum benedicas. Amen.

Quod ipse.

Benediccio de sancta cruce.

DEus qui per crucem passionis sue mundum uoluit redimere. eiusdem sancte crucis munimine mala omnia a uobis dignetur expellere. Amen.

Sit uobis sancte crucis gloria contra omnes emulos uictoria. et per eius sacram ueneracionem

[1] Castis: O. *Between* t *and* e *a line has been drawn with a cross at the top in* W[1].

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STU... ST. MICHAEL'S

uobis dominus mentis et corporis conferat saluacionem.[1]

Mentes uestras ad celestia dignetur subleuare[2] qui per crucem/ suam uos uoluit [fo. 201. liberare. et ibi faciat post mortem regnare. ubi omnes sancti sine fine solent gaudere. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio sabbatis de sancta maria.

MEritis et intercessionibus beate marie uos dominus dignetur benedicere et ab omni malo defendere. taliterque iuuet uiuere. ut mortem eternam prestet euadere. Amen.

Faciat uos que bona sunt toto corde diligere et que mala sunt despicere. et intercedente sancta maria numquam diabolum permittat uos uincere. Amen.

Sit uobis gloriose uirginis marie sepius celebrata ueneracio assidua proteccio. et culparum remissio. et ipsa pro uobis dignetur exorare. que sempiternum regem dominum nostrum meruit generare. Amen.

Quod.[4]

Benediccio in uigilia i^us apostoli.[5]

OMnipotens deus per beati apostoli sui .N. intercessionem uos benedicat. et uestrorum uota ieiuniorum sibi acceptabilia reddat. Amen.

Precibus uestris effectum boni operis adiungat. cunctorum remissionem peccatorum attribuat. et uos fideliter ad sempiterna

[1] Amen : *add.* O.
[2] sulleuare : O.
[3] prestare : *add.* O.
[4] ipse presta e : *add.* O.
[5] *uel plurimorum* : *add.* O.

gaudia peruenire concedat. Amen.

Ut quem hodie ieiuniis et elemosinis precibus que intercessorem conuenientes aduocatis. hunc pium auxiliatorem cum omni apostolico agmine imperpetuum habeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in die.

DEus qui uos in apostolicis tribuit consistere fundamentis. benedicere uos dignetur. beati apostoli sui N intercedentibus meritis. Amen.

Defendatque uos a cunctis aduersis apostolicis presidiis. qui uos [1]illiu luit[1] ornari et muniri exemplis et documentis. Amen.

Quo per eius intercessionem perueniatis ad eterne patrie hereditatem. per cuius doctrinam tenetis fidei integritatem. Amen.

Quod ipse.[2]

Benediccio unius martiris.

BEati martiris sui N. intercessione uos dominus benedicat. et ab omni malo semper defendat. Amen.

Extendat in uos dexteram sue propiciacionis : qui eum suscepit per supplicia passionis. Amen.

Quo eius in celo mereamini habere consorcium. cuius deuotis mentibus in terra celebratis triumphum. Amen.

Quod ipse prestare.[3]/
[fo. 201. b.

[1]—[1] illius uoluit : O.
[2] prestare : *add.* O.
[3] *om.* O.

Benediccio plurimorum martirum.

BEnedicat uos dominus beatorum martirum suorum .N. [1]et N.[1] suffragiis. et liberet ab aduersitatibus cunctis. Amen.

Commendet uos eorum intercessio gloriosa. quorum in conspectu eius mors est preciosa. Amen.

Ut sicut illi per diuersa tormentorum genera celestis regni sunt sortiti hereditatem. ita uos eorum mereamimi consorcium[2] per bonorum operum exhibicionem. Amen.

Quod ipse.[3]

Benediccio[4] unius confessoris et episcopi.

OMnipotens deus det uobis copiam sue benediccionis. qui beatum .N. confessorem asciuit sibi uirtute confessionis. Amen.

Et qui illum fecit choruscare miraculis. uos exornet bonorum operum incrementis. Amen.

Quo eius et exemplis eruditi. et intercessione muniti. cuius deposicionis diem celebratis. illi possitis in celesti regione adiungi. Amen.

Quod ipse.[5]

Benediccio plurimorum confessorum.

SAnctorum confessorum suo[6]rum N.[6] et N. meritis uos dominus annuat benedici. et contra aduersa omnia eorum intercessione muniri. Amen.

[1]—[1] *om.* O.
[2] *add.* O. *in m.*
[3] *In* O. *here follows benediction of St. Edward confessor. See above* col. 646.
[4] *in natali* : *add.* O.
[5] prestare : *add.* O.
[6]—[6] *om.* O.

Eorum uos faciat suffragio felices. quorum festiuitatis diem celebratis ouantes. Amen.

Et qui eorum imitamini exempla. horum interuentu ad celestia peruenire[1] promissa Amen. Amen.[2]

Quod ipse.

Benediccio i^us^ [3]uirginis et martiris.[3]

BEnedicat uos dominus qui beate uirgini .N. concessit et decorem uirginitatis. et gloriam passionis. Amen.[4]

Ut cuius opitulacione illa meruit et sexus fragilitatem. et persequencium rabiem deuincere. uos possitis et uestrorum corporum illecebras. et antiqui hostis machinamenta superare. Amen.

Quo sicut illa sexu fragili uirile uisa est certamen adire.[5] et post certamen de hostis[6] triumphare. ita uos in hac mortalitate uiuentes ualeatis et antiqum[7] hostem deuincere et ad regna celestia peruenire. Amen.

Quod ipse prestare.[8]

Benediccio unius uirginis non martiris.

DEus qui sacris uirginibus centesimi fructus celestia confert premia. uobis meritis sancte uirginis .N. cum superna benediccione diuina conferat gaudia. Amen.

Et sicut hec/ uirgo [fo. 202. domini in pace ecclesie uirginitatis decore meruit pollere. sic

[1] ualeatis : *written above line.* O.
[2] *om.* O.
[3]—[3] *martyris uirginis* : O.
[4] *om.* O.
[5] inire : *written over erasure.* O.
[6] hostibus : *written over erasure.* O.
[7] *sic.* antiquum : O.
[8] *om.* O.

uos in odorem suauitatis deo iugiter castitatis uigore mereamini redolere. Amen.

Quatinus et uos salutis ac leticie uestimento dominus induat simulque cum hac beata uirgine ad celestis conuiuii nupcias introducat. Amen.

Quod ipse.

Benediccio plurimarum uirginum martirum.

OMnipotens dominus intercedentibus sanctis uirginibus suis uos dignetur benedicere. qui de antiquo hoste nonsolum per uiros. uerum eciam per feminas. uoluit triumphare. Amen.

Et qui illis uoluit centesimi fructus donum decoremque uirginitatis et agonem martirii conferre. uos dignetur et uiciorum squaloribus expurgare. et uirtutum lampadibus exornare. Amen.

Quatinus uirtutum oleo ita pectorum uestrorum lampades possint repleri. ut cum eis celestis sponsi thalamum possitis[1] ingredi. Amen.

Quod ipse.

Benediccio plurimarum uirginum non martirum.

OMnipotens deus perpetuus amator et custos uirginum sanctis uirginibus suffragantibus quarum celebratis triumphum. omnium uobis tribuat ueniam criminum. Amen.

Scalam caritatis et pacis ipse uos cotidie faciat scandere qui beatas uirgines de quarum preciosa congratulamini festiuitate. sine cruoris effusione letabunda celestium consorcia prestitit capere. Amen.

[1] ualeatis: O.

Illarum meritis optinentibus sic uos in hac uita angelorum dei gubernet custodia. ut quandoque perduci mereamini ad gaudia celestia. Amen.

Quod ipse.

Benediccio pro rege.

OMnipotens sempiterne deus qui omnium iura regum immobiliter gubernas. benedic et protege regem nostrum.[1] et custodi eum ab omni impedimento emulorum. Amen.

Ab omni eum perturbacione libera. et in uere pacis fundamento consolida. Amen.

Talique eum benediccione sanctifica ut sublimitatis sceptrum munitus atque illesus possideat per plurima seculorum spacia. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in ordinacione episcopi.

DEus benediccionum omnium largus infusor conuentui famulorum tuorum benignus adesto. et hunc famulum/ tuum N. cui sacramenta [fo. 202. b. pontificatus indidimus benignus respice. et respiciendo eum quod nominatur meritis perfice esse. Amen.

Et quem per manus nostre imposicionem in episcopalis dignitatem [2]ordinis consecramus[2] et ordinamus hunc fluenta diuini fontis fideliter haurire. et aliis eum multiplici fenore facias ministrare. Amen.

Sic ei regendi curam gregis te preueniente et subsequente

[1] Henricum septimum regem et fundatorem nostrum: *add.* O. *in lower margin.*
[2]—[2] *add. in m.* O.

ministrare et dispensare concedas. quatinus gregem diuini uerbi tutamine et ab antiqui hostis defendat formidine. et lupi rabiem diuino deterreat predicamine. Amen.

Quod ipse.

Benediccio cum episcopus natale suum fecerit.

DEus qui populis tuis indulgendo consulis. et amare dominaris. da spiritum sapiencie quibus tradidisti regimen discipline. ut de profectu sanctarum ouium. fiant gaudia eterna pastorum. Amen.

Et qui dierum nostrorum numerum temporumque mensuras maiestatis tue potestate dispensas. propicius ad humilitatis nostre respice seruitutem. et pacis tue habundanciam temporibus nostris pretende et conserua. Amen.

Collatis quorum in me graciam tuam propiciare muneribus. et quem fecisti gradu episcopali sublimem. fac operum perfeccione tibi placabilem. atque in eum affectum dirige cor plebis et presulis. ut nec pastori obediencia gregis. nec gregi desit unquam cura pastoris. Amen.

Quod ipse.

Benediccio [1]in professione monachorum.[1]

OMnipotens deus sanctarum mencium inhabitator uos benedicat. et in cordibus uestris perpetuam sibi mansionem constituat. Amen.

Ab omnibus uos perturbacionibus interius exterius que munitos efficiat. consolatoremque spiritum sanctum uobis attribuat. et in proposito sancte religionis in quo uos deo uouistis perseuerabiles reddat. Amen.

Quatinus in hac peregrinacione sub eius piissima proteccione inculpabilem uitam ducentes. ad eorum consorcium quorum exempla imitamini intercedente beato benedicto peruenire feliciter ualeatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio super ancillas dei.| [fo. 203.

DOmine deus eterne qui utrumque sexum de interitu perpetue mortis per ihesum christum filium tuum de maria uirgine natum misericorditer redemisti. has famulas tuas deuotis mentibus tuis tibi seruientes omni benediccione spirituali benedicere dignare. Amen.

Ut integram fidem habeant. et in preceptis legis tue semper perseuerent. terrena et transitoria despiciant. et inuisibilia intenta meditacione diligant. Amen.

Ut in numero sanctarum uirginum permanentes celesti sponso cum lampadibus bonorum operum fiducialiter occurrere ipso prestante mereantur Amen.

Quod ipse.

Benediccio pro quolibet defuncto.

BEnediccionis sue dominus super uos gratissimum infundat ymbrem. uestrarumque precum deuocionem. et peccatorum clementer suscipiat confessionem. Amen.

[1]—[1] *pro congregatione* : O. *et professione: add. in m.* O.

Quatinus miseracionis ipsius promerentes absolucionem anime famuli sui pro cuius excessibus oracionum et hostiarum impedimentis iuuamen eterne felicitatis impetretis porcionem. Amen.

Ut cum dies extremi examinis terribili turbine uniuersum con cusserit orbem. ipsum pro quo nunc deuote interuenitis. celestis cernatis caterue participem. et cum sanctis omnibus deum uidentes facie ad faciem promissam inmarcessibilis glorie feliciter percipiatis hereditatem. Amen.

Quod.[1]

Benediccio pro qualibet defuncta.

AUrem suam precibus nostris uiuorum simul et mortuorum dominator deus propiciatus accomodet. et quas deuote illi pro defuncta famula sua preces effunditis. sibi acceptabiles placatus efficiat. Amen.

Uobis uniuersa antequam de seculo migretis debita miseratus indulgeat. animamque famule sue iam rebus humanis exemptam de infernalibus tartari cruciatibus clementer eripiat et suorum consorcio sanctorum in celis coronandam adiungi precipiat. Amen.

Indignacionem suam a uobis procul remoueat. clemenciam suam uobis ineffabilem exhibeat ut et digni apud eum intercessores inueniamini. et in omni peticione uestra ab eo libenter exaudiri mereamini. Amen.

Quod ipse.[2]/ [fo. 203. b.

[1] ipse: *add.* O.
[2] prestare: *add.* O.

Benediccio plurimorum defunctorum.

DEus apud quem electorum anime absoluto corporis honore. summa felicitate letantur. ipse gratuitam uobis graciam suam dignanter infundat. ut pro defunctis quorum deuote memoriam agitis. fideles apud[1] eum interuentores esse ualeatis. Amen.

Dona clemencie sue uobis augmentando multiplicet. ut et pro uestris fiducialiter illi supplicare delictis. et pro fidelibus in illa eterna uita iam constitutis efficaciter interuenire possitis. Amen.

Quo ipso opitulante. et fidelium omnium atque uestrorum pariter indulgenciam peccatorum ab eo feliciter impetretis. et in tremendo illo futuri examinis iudicio cum electis porcionem in celo sine fine possideatis. Amen.

Quod.[2]

Benediccio pro omnibus fidelibus defunctis.

DEus uita uiuencium. spes moriencium. impleat in bonis desiderium uestrum. Amen.

Humilitatis uestre preces exaudiat. et quod pie agitis benigne suscipiat. Amen.

Ut qui hodie fidelium defunctorum memoriam misericorditer frequentatis. cum ipsis ad eternam misericordiam securi peruenire possitis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio in dedicacione ecclesie.

BEnedicat et custodiat uos omnipotens deus domumque

[1] ante: O.
[2] ipse: *add.* O.

hanc sui muneris presencia illustrare. atque sue pietatis oculos super eam die ac nocte dignetur aperire. Amen.

Concedatque propicius ut omnes qui ad dedicacionem huius basilice deuota mente conuenistis intercedente beato petro apostolorum principe[1] et ceteris sanctis suis quorum reliquie hic pio uenerantur amore. uobiscum hinc ueniam peccatorum uestrorum reportare ualeatis. Amen.

Quatinus eorum interuentu ipsi templum sancti spiritus in quo deus sancta trinitas iugiter habitare dignetur efficiamini. et post huius uite labentis excursum ad gaudia eterna feliciter peruenire mereamini. Amen.

Quod ipse.[2]

[3]*Senediccio pro pace.*

OMnipotens deus uos sue miseracionis dono locuplet. ac eterne benediccionis clementer ubertate fecundet. Amen.

Brachio quoque diuine fortitudinis uos ubique defendat. qui in se sperantes felicitatis sempiterne iocunditate letificat. Amen.

Prospera pacis et salutis in hoc seculo uobis tri/ buat. [fo. 204. coronam uite cum sanctis omnibus in futuro concedat. Amen.

Quod.

[1] ✠ Sanctoque Edwardo confessore suo: *add.* O. *in lower m.*

[2] prestare dignetur cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Benedictio dei ✠ omnipotentis patris et filii ✠ et spiritus sancti super uos descendat ✠ et maneat semper. Amen. *add.* O. [This ends the benedictional in O.]

[3] *sic.* b *written in margin.*

Benediccio in commemoracione angelorum et de sancto Gabriele.

BEnedicat uos omnipotens deus principium lucis angelorum quos sibi conciues et consortes fecit in sedibus supernorum. Amen.

Quorum administracione muniatur in terris uita uestra. et liberati ab hostibus uisibilibus. mereamini peruenire ad premia eterna. Amen.

Inter quorum ueneracionem archangeli .N. suffulti auxiliis: eius memoriam celebretis hodie deuotissime in aruis. ut illius societate fruamini in astris. Amen.

Benediccio in anniuersario dedicacionis ecclesie.

DEus fons et origo benediccionis. uos in hac domo congregatos pro anniuersario festo sue dedicacionis: omni repleat intellectu sacre erudicionis. Amen.

Custodiat in uobis. fidei integritatem: spei longanimitatem. perseuerantem caritatem. Amen.

Preces uestras hic et ubique exaudiat. delicta deleat hostes amoueat: et per hec festa anniuersaria. ad continua superne ecclesie perducat solempnia. Amen.

Quod ipse.

Benediccio pro iter agentibus.

OMnipotens dominus. angelum de celis dirigat: qui manu famulorum suorum in salutis sue prosperitate disponat. Amen.

Iter eorum precedat. et sub-

sequatur: et ab omni eos hostili incursione. potencie sue dextera tueatur. Amen.

Iusta eorum desideria compleat: uotique compotes cum alacritate mentis ac corporis remeare concedat. Amen.

Quod ipse.

Pro bellantibus. Et contra panos[1] *benediccio.*

DEus triumphancium uictor. quem numerosa non uincunt uexilla. populo tuo largire triumphum. quibus sacrum dedisti lauachrum. et quem fide ditasti catholica. hunc non premat iniquitas aliena. Amen.

Et qui per angelorum presidia israel protexisti agmina. angelicam plebi tue opem tribuas. hostiumque illi terga prebeas: nec fidum tibi frangat exercitum. ferocitas impudica gentilium. Amen.

Et sicut dudum dauid in golia. persoluisti triumphanti spolia. et bellicosum mucrone proprio transfigi fecisti a tuo/ [fo. 204. b. famulo ita nunc ferocitas gentilium. per turbam conteratur humilium. Amen.

Quod ipse.

Benediccio pro nauigantibus.

OMnipotens dominus cui cuncta obediunt elementa. ipse uos in terra. et in mari. ab omni periculo sua benediccione defendat. Amen.

Ipse sic custodiat introitum. et exitum uestre nauigacionis: ut prosperum transitum. optineatis. portum exultacionis. Amen.

[1] *sic:* for *paganos*

Ut sic de temporalibus eius beneficiis. in graciarum accione maneatis: ut a mundani maris perturbacionibus exuti ad tranquillitatem eternam perueniatis. Amen.

Quod ipse.

Benediccio nouiter baptizati.

BEnedicat uobis omnipotens dominus qui cuncta ex nichilo creauit et uobis in baptismate remissionem peccatorum tribuit. Amen.

Quique eundem spiritum sanctum in igneis linguis discipulis suis dedit. ipsius illustracione corda uestra perlustret atque in suum amorem iugiter accendat. Amen.

Quatinus eius dono a cunctis uiciis emundati. ipsius que opitulacione ab omnibus aduersitatibus defensi. templum illius effici mereamini. Amen.

Quod ipse.

Benediccio pro quolibet infirmo.

OMnipotens misericordissime deus merencium consolator. et infirmancium solidator: benediccionis tue. infirmo nostro. supplices exoramus. infunde ubertate. Amen.

Et qui quondam ezechie regi ter quinos annos ad uitam auxisti: huic famulo tuo. celestem petimus infunde medelam. Amen.

Quatinus ab omni temporalium infirmitatum tribulacione liberatus. egrotacionibus preualidis decoctus. sanus atque incolumis. in ecclesia tua tibi gracias persoluat. Amen.

Quod ipse.

HIc[1] est ordo secundum quem Rex debet coronari pariter et inungi. In primis preparetur pulpitum[2] aliquantulum eminens inter magnum altare et chorum ecclesie beati Petri westmonasterii uidelicet contiguum ex omni parte quatuor columpnis principaliori-bus infra crucem ecclesie prelibate. Ad cuius quidem pulpiti ascensum fiant gradus de medio chori a parte occidentali per quos princeps coronandus[3] in aduentu suo transiens per chori medium dictum pulpitum possit ascendere. ac eciam fiant alii gradus a parte orientali per quos princeps prefatus descendere possit uersus maius altare ibidem ante gradus dicti altaris sacrosancte[4] unccionis ac sue coronacionis sollempnia a metropolitano siue episcopo ipsum consecraturo debita cum deuocione accepturus.

In medio uero dicti pulpiti erit preparatus[5] thro-thronus[6] excelsus. ut in eo princeps[7] residens clare ab omnibus possit intueri.

Ungere enim et coronare reges anglie atque reginas ex antiqua consuetudine et hactenus usitata

[1] The text of Abbot Lytlington's service book has been collated from this place to the beginning of Saints' days services with three other manuscripts which contain the coronation service and the directions for the burial of the Kings. (See preface, p. xii.) The symbols employed are as follows: W.[1] is Abbot Lytlington's book, now printed; W.[2] is the *Liber Regalis* in the custody of the Dean of Westminster; B. is Mr. Brooke's *Liber Regalis*; and O. is a Bodleian manuscript, Rawl. c. 425.

[2] *preparatio* pulpiti: W.[2] *in m.*

[3] *corononandus*: W.[2] B.

[4] *sacrosanctem:* B. sacrosancte *in m.*

[5] *ra* written over line: W.[1]

[6] *sic. thronus:* W.[2] B.

[7] thronus: W.[2] *in m.*

principaliter conpetit archiepiscopo cantuariensi si presens affuerit.[1] et sui compos extiterit.[2] Et si contigerit quod propter corporis debilitatem aut infirmitatem illud officium non poterit in sua persona rite peragere aut forte aliqua tunc causa impeditus in huiusmodi coronacione non queat presencia-liter interesse: huiusmodi unccionis ac coronacionis sollempnia supplebit alius qui inter episcopos tunc presentes dignior reperitur aut cui dictus metropolitanus dictum officium uelit committere.[3]

Rex[4] autem precedenti die coronacionis sue diem[5] de turri Londoniensi per mediam ciuitatem uersus palacium regium west-monasterii in cultu decentissimo equitabit plebi occurrenti se offerens intuendum capite denudato.[6] Et preuideatur semper quod coronacio tam regis[7] quam regine fiat in die dominico uel in festo aliquo sollempni.

Memoratus[8] uero princeps nocte precedente coronacionis| [fo. 206. *sue diem uacabit contemplacioni diuine et oracioni Intime considerans ad quem apicem sit uocatus. qualiter is per quem reges regnant ad populi sui ac plebis christiane gubernacionem ipsum specialius preelegit. Et cogitet illud sapientis.* Principem te constituerunt noli extolli. sed esto[9] in illis

[1] *fuerit:* W.[2] B. affuerit: W.[2] *in m.*

[2] Archiepiscopus *metropolitanus:* W.[2] *in m.*

[3] vicarius archiepiscopi: W.[2] *in m.* dignior episcopus: *added in later hand.*

[4] equitacio Regis: *in m.* W.[2]

[5] *om.* W.[2] B. *diem*: *add. in m.* W.[2]

[6] These two words underlined in W.[2]

[7] dies coronacionis: W.[2] *in m.*

[8] Contemplacio et oracio Regis: W.[2] *in m.* [9] est: B.

quasi unus ex illis. *Et recogitet*[1] *dignitatem regalem sibi a deo prestitam tanquam homini mortali et ipsum iccirco ad tantam sublimitatem uocatum*[2] *a deo ut ecclesie catholice sit defensor. fidei christiane dilatator. ac regni sui et patrie sibi a deo commisse secundum uires protector. In oracione autem salamonis imitetur prudenciam.*[3] *cui in sui regni primordio pro cultu creatoris ab ipso creatore preceptum est ut ea peteret que sibi uellet conferri. Qui non aurum non argentum neque diuicias. nec de inimicis uictoriam ut homo iuuenis sibi dari deprecatus est. Sed magis ea postulauit que et deus gratis preberet. et utiliter homo perciperet.* Redde michi inquid domine mentem sanam. et prudenciam bonam. ut circa populum iustum possim. uerumque proferre iudicium. *Deprecetur*[4] *igitur princeps ut diuinitatis prouidencia que ipsum ad tanti regimen ordinauit imperii sibi largiri dignetur. iusticiam. pietatem. et prudenciam. Iusticiam circa subiectos. pietatem circa deum. et prudenciam circa regni gubernacionem. quatinus nullo fauore mollitus. nullis ininniciis*[5] *commotus. nulla concupiscencia illectus. nullaque alia passione constrictus in semitis harum uirtutum inoffenso pede ualeat pertransire.*

Et quia oportet principem anteaictum de hiis et aliis obseruanciis

[1] *cogitet*: W.^{2} B. recogitet : *in m.* W.^{2}

[2] onus regis : W.^{2} *in m.*

[3] prudencia : W.^{2} B. : *but in* W.^{2} *a black line drawn above* a : *and* prudenciam *written in m.* [17th century].

[4] Deprecacio Regis : W.^{2} *in m.*

[5] *sic.* for *inimiciis :* iniuiciis : W.^{2} B.

que ad dictam spectant coronacionem plenius informari. Abbas westmonasterii[1] *qui pro tempore fuerit in hiis et consimilibus principis erit eruditor. Ad ipsum uero hoc officium solummodo spectat.*

Et si dictus abbas de medio fuerit sublatus. et alius in abbatem eiusdem loci nondum fuerit confirmatus qui dictum officium rite[2] *poterit adimplere. aut dictus abbas aliunde fuerit impeditus quominus illud officium ualeat exequi tunc eligatur unus ex assensu prioris et conuentus dicti monasterii qui per omnia sit ydoneus dictum principem in huiusmodi obseruanciis informare secundum modum et consuetudinem ab antiquissimis temporibus hactenus usitatum*|[3]

[fo. 206. b.

[1] Abbas eruditor *Regis :* W.^{2} *in m.*

[2] *non : add.* W.^{2} B. *but in* W.^{2} *underlined with a black stroke, and* deest *written in m. in 17th century hand.*

[3] On the verso of the leaf before the coronation service O. has the following notes :

In magno R*egistr*o de anno quinto in London*iis* abbas Westmonasterii deb*et* resp*ondere* de .iii. pann*is* adaur*atis* de Nak*ta* xij. pann*is* .j. q*uarterio* dyaspyn .j. panno adaur*ato* raffata (*sic*) .xiiij. pann*is* adaur*atis* in Canab*i* .j. panno ueluett. continent*i* .vj. uln*as* .j. panno Samiteℏ paleat*o* de Styue .ij. pann*is* .j. uln*a* di*midio* de Tars*o* .vj. pec*iis* Cyndon*is* afforc*iat*is xliiii Tapet*is* .ij. Quissin*is* Samiteℏ et .xij. Quissin*is* de Camaca quos retinuit penes se in Ecclesia Westm*onasteriensi* die corona*ti*onis Regis. sicut cont*inetur* in Comp*uto* Thome de Useflet*e* clerici magne Garder*obe* Regis de rec*eptis* et exp*ensis* eiusd*em* Garder*obe* de anno p*ri*mo R*egistr*o Comp*uti* Garder*obe* Sed no*n* deb*et* inde sum*ere* per bre*ve* R*egis* de p*ri*uato sigillo irrot*ulatum* in me*morand*i*s* de anno sexto t*er*mino s*ancti* Hillar*ii*. In quo continet*ur* quod Rex dedit p*re*fato Abbati et conuentui loci predicti pan*nos* Tapet*a* Cindon*es* et Quissin*os* predict*os*. Et p*er* quod bre*ve* Rex mand*auit* Baron*ibus* q*uo*d ips*o*s Abbatem et co*nuen*t*um* inde exonerari et quiet*os* esse fac*erent*.

Et quietus est.

DIe[1] uero prefinito quo nouus rex consecrandus est. summo mane conueniant Prelati et nobiles regni in palacio regio apud westmonasterium tractaturi de noui regis consecracione. et eleccione et de legibus et consuetudinibus regni confirmandis firmiter statuendis.

Hiis sub uniuersorum concordia peractis.[2] prouideatur quod in aula regia maiori sedes eminens sit pannis sericis et inauratis decenter ornata. super quam dictus Rex regnaturus cum omni mansuetudine[3] et reuerencia eleuetur. ipso tamen prius ut moris est balneato[4] et induto mundissimis uestibus et caligis tantummodo calciato. Hoc modis omnibus obseruato. quod sicut in principe per actualem locionem et uestimentorum decorem corpus nitescit. sic per ueram et preuiam confessionem ac compunccionis dolorem anima ipsa splendescat.

Hiis debite peractis ordinetur in ecclesia per archiepiscopos. episcopos. abbatem et conuentum westmonasterii processio[5] in capis sericis [6]cum capis sericis[6] cum textibus et thurribulis et aliis que processioni conueniunt. et sic induti processionaliter. occurrant in palacio antedicto. Etenim regni prelatis et conuentui westmonasterii solum pertinet Regi futuro cum processionis sollempnitate occurrerere.[7] et ipsum in ecclesiam

[1] In die *consecracionis :* W.[2] *in m.*
[2] Sedes in aula maiori : W.[2] *in m.*
[3] eleuetur [*in* 17*th century hand*] caret : W.[2] *in m.*
[4] balneum : W.[2] *in m.*
[5] processio : W.[2] *in m.*
[6]—[6] *om. :* W.[2] B.
[7] *occurrere :* W.[2] B.

predictam psallendo antecedere[1] ea decantantes que in recepcione regum debent decantari.

Et[2] faciet dominus N. de bello campo bedefordie qui ab antiquo elemosinarie[3] regie habet officium. pannum uirgulatum[4] siue burellum prosterni sub pedibus Regis incedentis a palacio usque pulpitum antedictum infra ecclesiam westmonasterii. ut pretactum est preparatum. Quod[5] quidem pulpitum una cum gradibus[6] ex utraque parte eiusdem existentibus tapetis per regios ministros ad hoc preparatis sterni debet per totum In circuitu uero summitatis pulpiti dependentur panni serici et inaurati.

Thronus[7] uero in quo rex ipse residere debet de quo pretactum est: palliis sericis ac preciosissimis per dicti[8] Regis camerarios per totum erit coopertus. quissinis eciam per nominatos camerarios in prefato throno repositis. Pars autem panni illius uirgulati siue burelli que per predictum[9] elemosinarium ut prefatum est sub pedibus regis incedentis extenditur infra ecclesiam cedet semper in usus sacriste loci. et reliqua pars tota| que est extra eccle- [fo. 207. *siam distribuetur pauperibus per manus elemosinarii supradicti.*

Regem igitur coronandum dictis prelatis ac monachis prece-

[1] te : *of this word written over line.* W.[1]
[2] Elemosius dominus : W.[2] *in m.*
[3] *elemosinare :* B. elemosinarie : *in m.*
[4] pannus sub pedibus : W.[2] *in m.*
[5] Apparatus pulpiti : W.[2] *in m.*
[6] gratibus : B. gradibus *in m.*
[7] apparatus throni : W.[2] *in m.*
[8] predicti : W.[1] *in m.* *predicti :* W.[2] B. per *added in m.* W.[2]
[9] *dictum :* W.[2] B.

dentibus Episcopus[1] *Dunelinensis*[2] *uidelicet et Bathoniensis ex antiqua consuetudine si presentes affuerint dictum Regem hinc inde sustentabunt. Cancellarius uero*[3] *si fuerit episcopus cum calice lapideo sancti Edwardi qui est de regalibus*[4] *pontificalibus indutus regem inmediate est precessurus. Quem cum patena*[5] *thesaurarius si episcopus fuerit uel abbas modo consimili pro more antecedat pontificaliter indutus dictam que patenam honorifice eodem modo tenebit. qua*[6] *patena a subdiacono inter secreta misse ante altare in altum teneri*[7] *solet.*

Si[8] *uero contigerit dictos cancellarium et thesaurarium episcopos non esse. alii per regem assignentur episcopi qui modo predicto pontificaliter induti cum*[9] *dictis calice et patena Regem in dicta processione modo predicto antecedant. Et modo conformi assignentur duo alii episcopi qui regem sustentent. si dicti episcopi dunelinensis et Bathoniensis non fuerint tunc presentes.*

Post[10] *hos uero qui dictos calicem et patenam gerunt. duo duces siue comites regni*[11] *excellenciores. et maxime qui iure propinquitatis stirpi*[12] *regie proximius*[13] *uidentur*

[1] Sustentatores Regis : W.[2] *in m.*
[2] *sic :* W.[1] *Dunelium :* B.
[3] Cancellarius episcopus : W.[2] *in m.*
[4] *bus* written over line in W.[1] *regali :* W.[2] B. bus : *added in m.* W.[2] [17th century.]
[5] thesaurarius episcopus : W.[1] *in m.*
[6] *et :* B.
[7] *tinere :* B. *altered in m. to* tenere.
[8] Si non episcopi etc. : W.[2] *in m.*
[9] *tamen :* B.
[10] non concordat : W.[2] *in m.* 17*th century hand.*
[11] Delacio septri cum cruce : W.[2] *in m.*
[12] *stirpe :* W.[2] B. *altered to* stirpi : W.[2]
[13] *proximinus, sic :* B.

pertinere inmediate subsequentur quorum unus sceptrum regium in cuius summitate crux parua collocatur portabit.

Alter[1] *uero eorum gestabit uirgam auream habentem in summitate columbam. Que quidem calicem patenam sceptrum et uirgam tradet abbas westmonasterii uel prior si abbas non affuerit*[2] *dictis dominis infra palacium antedictum. Qui domini illa omnia in processione gestabunt modo quo preostensum est.*

Deinde[3] *sequentur tres comites gladios gestantes induti serico. Comes quidem cestrie qui primatum uendicat deferendi portabit gladium qui uocatur curtana. Et alium portabit comes Huntyndoñ.*[4] *Tercium uero portabit Comes de*[5] *warwyk.*

Hos[6] *precedet unus de magnatibus ad hoc per Regem assignatus portans calcaria*[7] *magna et deaurata. Pannum de serico quadratum purpureum quatuor hastis deargentatis sustentatum cum quatuor campanellis argenteis et deauratis ultra regem quocumque ierit gestabunt*[8] *barones*|[fo. 207.b. *de quinque portibus ad quamlibet hastam iiii*or *assignati pro diuersitate portuum ne uideatur portus portui preferri. Et similiter ab eisdem baronibus portabitur pannus de serico ultra reginam post regem incedentem si ipsa die*

[1] Delacio uirge cum columba : W.[2] *in m.*
[2] *fuerit :* W.[2] B.
[3] Tres comites ensiferi : W.[2] *in m.*
[4] huntyngdoun : W.[2] hyntyngdoun : B.
[5] *om.* W.[2] B. *but in* W.[2] *added in m.*
[6] Magnas delator calcarium : W.[2] *in m.*
[7] ij. caret : W.[2] *in m. in* 17*th century hand.*
[8] barones .5. portuum : W.[2] *in m.*

lebeat coronari. Quos pannos[1] *dem barones de iure consuetudinis ptinebunt. sed haste cum campanellis debentur ecclesie westmonasterii ac pulpitum et omnia apeta infra eundem una cum annis sericis et quissinis ibi ut redictum est per ministros regis ollocata. remanebunt penes eccleiam in qua dictus rex coronatur x iure antiquo et consuetudine.*

Hiis omnibus modo quo lacius retactum est que processioni coneniunt rite ordinatis. Episcopi t alii prelati una cum regni proeribus et predicto conuentu westnonasterii[2] *prefatum regem corondum a palacio suo westmonaserii in ecclesiam beati Petri vestmonasterii ducant. Ipsoque ntroducto per medium chori atque n pulpito in sede sibi apta colloato. Metropolitanus*[3] *siue episcoius Regem coronaturus per quatior partes dicti pulpiti plebem lloquatur ipsorum inquirens uountatem et consensum de dicti rincipis consecracione. Rege inerim in sede sua stante. atque ad uatuor partes dicti pulpiti dum ontifex plebem alloquitur se uerente. quibus ut moris est conencientibus. atque uoce magna t unanimi proclamantibus.* [4]*fiat. iat.*[4] *et* [4]*uiuat rex.*[4] *nomen dicti Regis gratissime nominantes. Tunc a choro decantetur hec antihona.*[5]

[1] *In m.* W.[1] *a hand points to this line.* *anos:* W.[2] B. pannos: W.[2] *in m.*

[2] Introduccio Regis: W.[2] *in m.*

[3] Allocucio primatis ad plebem: W.[2] *in m.*

[4]—[4] underlined with black: W.[2]

[5] In place of preceding long rubric, O. has merely the following:

ORdo nouum regem in regno constituendi. Die quo consecrandus est nouus rex summo mane conueniant prelati et nobiles in palatio regali apud Westmonasterium tractaturi de noui consecratione principis et de legibus et consuetudinibus regni confirmandis et firmiter statuendis. ita quod prouideatur aliquis locus eminens in dicto palacio super quem heres regis regnaturus cum omni mansuetudine et reuerentia eleuetur. ipso tamen prius ut moris est balneato et induto mundissimis uestibus et caligis tantummodo calciato. Hiis peractis ordinetur in ecclesia per archiepiscopos episcopos Abbatem et conuentum Westmonasterii et alios processio in capis sericis cum textis et thuribulis et aliis que processioni conueniunt. Et sic induti processionaliter regi futuro occurrant in palatio antedicto et sic ipsum processiue in ecclesiam ducant ipsoque introducto atque in pulpito in sede sibi apta collocato hec antiphona ab omnibus decantetur.

*Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua. iusticia et iudicium preparacio sedis tue misericordia et ueritas precedent faciem tuam alleluya. *Ps.*[1] Misericordias domini/ [2]in eternum cantabo.[2] [fo. 208. Gloria patri [3]et filio [2]et spiritui sancto.[2] Sicut erat in principio. Amen.*[3]

[5]*Repetatur antiphona.*[5] Firmetur. *Postea reuestiatur archiepiscopus uel episcopus qui missam celebraturus est*† *ante magnum altare propter turbam confluentem neforte per illam nimis impediatur.*

Archiepiscopo uel episcopo pontificalibus reuestito. predicti duo episcopi uidelicet dunelniensis et

— Musical notation above these words. W.[1] O.

[1] *om.* O. B. [2]—[2] *om.* O.

[3]—[3] *om.* W.[2] B.

[4] et nunc euoua: *add.* O. [5]—[5] *om.* O.

†—† *et cum aliis prelatis principem consecrandum honorifice per chori medium ducat usque ad magnum altare super quod tenetur offerre pallium unum et unam libram auri eius complendo preceptum qui dixit. Non appareas uacuus coram oculis domini dei tui. Continuoque super pauimentum tapetis stratum coram altari se prosternat:* O.

Bathoniensis uel alii duo episcopi in eorum absencia ut predictum est Regem hinc inde sustentantes ac ceteri[1] *episcopi una cum abbate westmonasterii uel alio* [2]*eiusdem monasterii monacho*[2] *ut prescriptum est ad hoc electo. qui semper lateri regis adherendo presens debet esse pro*[3] *dicti Regis informacione in hiis que dicte coronacionis concernunt sollepnitatem.*[4] *ut omnia modo debito peragantur de dicto pulpito usque ad magnum altare honorifice deducent. Super*[5] *quod princeps prefatus tenetur tunc offerre pallium unum et unam libram auri eius complendo preceptum qui dixit.*[6] Non appareas uacuus in conspectu domini dei tui. *Continuo que super pauimentum prius tapetis et quissinis per regios ministros stratum coram altari*[7] *dictus rex se prosternat*† *dicatque super illum metropolitanus uel episcopus hanc oracionem.*

DEus humilium uisitator qui nos sancti spiritus illustracione consolaris: pretende super hunc famulum tuum .N. graciam tuam.[8] ut per eum tuum in nobis adesse senciamus aduentum. Per.[9]

Oracione completa iniungat§

metropolitanus[1] *siue episcopus regem consecraturus. uni pontificum plebi dicere de presenti negocio*[2] *in loco eminenti congruum*[2] *breuiter sermonem.*[3] *metropolitano*[4] *interim in*[5] *cathedra sua residente ante altare more episcopali. Coram*[6] *ipso uero*[7] *residebit princeps coronandus in cathedra decenti sibi*[8] *preparata exaduerso. Finito quidem sermone ad plebem. metropolitanus uel episcopus eundem mediocri distinctaque uoce*[9] *interroget.*§

Si[10] leges et consuetudines ab antiquis iustis et deo deuotis regibus plebi anglorum concessas cum sacramenti confirmacione eidem plebi concedere et seruare uoluerit et presertim leges consuetudines et libertates a glorioso Rege Ed/wardo clero [fo. 208. b. populoque concessas.

[11]*Dicto autem principe se promittente omnia premissa concessurum* [12]*et seruaturum.*[12] *Tunc exponat ei metropolitanus*[11] *de quibus iurabit ita dicendo.*[13]

Seruabis ecclesie dei cleroque

[1] *cetere:* B. ceteri: *in m.* B.

[2]—[2] *monacho eiusdem monasterii:* W.[2] B.

[3] *om.* W.[2] B. *added in m.* W.[2] B.

[4] *solempnitatem:* W.[2] B.

[5] oblacio principis: W.[2] *in m.*

[6] *dixi:* B. dixit *added in m.*

[7] Prostracio Regis prima. W.[2] *in m.*

[8] *om.* O.

[9] dominum: *add.* W.[2] B.

§—§ *metropolitanus uel episcopus cui uoluerit pontificum plebi dicere presenti negocio congruum breuiter sermonem. Postea metropolitanus uel episcopus eundem mediocri distinctaque interroget uoce:* O. Sciscitarique ab eis ut palam dicant si hunc cuncti sibi in Regem eligunt et ut illis Rex consecretur ueraciter et unanimes poscunt. Quod postquam se uelle acclamauerint interrogati. *add.* O. *in m.*

[1] *metropolitalus:* B. metropolitanus *in m.* B.

[2]—[2] *om.* B.

[3] breuis sermo: W.[2] *in m.*

[4] *metropolitanus:* B.

[5] *om.* B.

[6] sessio regis ante altare: W.[2] *in m.*

[7] *om.* W.[2] B.

[8] *soli:* B. *in m.* sibi.

[9] Interrogacio metropolitani: W.[2] *in m.*

[10] *se:* B. si: *in m.* W.[2] B. and O. have this demand in red.

[11]—[11] *Si autem omnibus hiis assentire se uelle promiserit exponat et metropolitanus:* O.

[12]—[12] *om.* B.

[13] *dicent:* B. dicendo: *in m.*

et populo pacem ex integro et concordiam in deo secundum uires tuas. *Respondebit.* Seruabo.[1] Facies fieri in omnibus iudiciis tuis equam et rectam iusticiam. et discrecionem in misericordia et ueritate secundum uires tuas. *Respondebit.*[2] Faciam.[1] Concedis iustas leges et consuetudines esse tenendas. et promittis[3] eas per te esse[3] protegendas. et ad honorem dei roborandas[4] quas uulgus elegerit secundum uires tuas. *Respondebit.* [5]Concedo et promitto.[5]

†*Sequitur admonicio episcoporum ad Regem et legatur ab uno episcopo coram omnibus clara uoce sic dicendo.*

Domine rex a uobis perdonari petimus ut unicuique de nobis et ecclesiis nobis commissis canonicum priuilegium ac debitam legem atque iusticiam conseruetis. et defensionem exhibeatis. sicut rex in suo regno debet unicuique[7] episcopo. abbatibus et ecclesiis sibi commissis.

Respondebit. Animo libenti et deuoto promitto uobis et perdono quia unicuique de uobis. et ecclesiis uobis commissis canonicum priuilegium et[8] debitam legem atque iusticiam seruabo. et defensionem quantum potuero adiuuante domino exhibebo sicut rex in suo regno unicuique episcopo. abbatibus. et ecclesiis sibi commissis per rectum exhibere debet.†

Adiciantur predictis interrogacionibus que iusta [1]*fuerint prenunciatis omnibus supradictis dictus princeps confirmet se omnia predicta esse seruaturum sacramento super altare coram cunctis protinus prestito.*[2]

Hiis ita[3] *peractis metropolitanus uel episcopus genuflectendo*[4] *cum deuocione incipiat excelsa uoce ympnum.* *Ueni creator[5] spiritus* *Dicto rege interim ante altare super tapetis et quissinis per regios ministros decenter ibidem locatis humiliter prostrato.*[6] *Finito uero ympno.*[7] *sequatur hec oracio.*[1]

TE inuocamus domine sancte pater omnipotens eterne deus ut hunc famulum tuum .N./ quem tue diuine dispen- [fo. 209. sacionis prouidencia in primordio plasmatum usque hunc presentem diem iuuenili flore letantem crescere concessisti : eum tue pietatis dono ditatum. plenum que [8]gracia et ueritate[8] de die in

[1] Blue and red letters in W.[1] Red in W.[2] B.

[2] *Rospondebit :* B. Respondebat. *in m.* B.

[3]—[3] per te eas esse : O.

[4] coroborandas : O.

[5] Written in blue letters : W.[1] Red in W.[2] and B.

†—† *omit.* O.

[7] uniquque : W.[2] *altered into* unicuique.

[8] et : *add.* W.[2] B.

[1]—[1] *fuerunt. Prenunciatis omnibus confirmet se omnia esse seruaturum sacramento super altare protinus coram cunctis.* [*prestito* in m.] *Hiisque peractis metropolitanus uel episcopus incipiat excelsa uoce.* Ueni creator. *Prostrato eo ante altare sequatur hec oratio tam a metropolitano uel episcopo quam ab omnibus prelatis dicenda.* O.

[2] Sacramentum super altare prestandum : W.[1] *in m.* Regis sacramentum prestitum : W.[2] *in m.*

[3] *itaque :* W.[2] B.

[4] Genua flectenda ab episcopo : W.[1] *in m.*

[5] *om.* B. *but added in m.*

[6] prostracio secunda : W.[2] *in m.*

[7] Cant. (*sic.*) W.[1] *in m.*

[8]—[8] gracia ueritatis : O.

– Musical notation above these words. W.[1]

diem coram deo et hominibus ad meliora semper proficere facias. ut summi regiminis[1] solium gracie superne largitate gaudens suscipiat. et[2] misericordie tue muro ab hostium aduersitate undique munitus plebem sibi commissam cum pace propiciacionis. et uirtute uictorie feliciter regere mereatur. Per.

Post oracionem incipiant[3] duo episcopi uel duo cantores letaniam. metropolitano uel episcopo et[4] ceteris episcopis[5] cum eo prostratis et septem psalmos[6] penitenciales ex corde cantantibus infra letaniam hec adiungant.[6]

Ut presentem famulum tuum in tua pietate. iusticia. et sanctitate confirmare. et conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

Postea sequantur hec oraciones.

Dominus uobiscum. Oremus.

Oracio.[7]

OMnipotens sempiterne deus creator omnium. imperator angelorum. rex regnancium. dominusque dominancium. qui abraham fidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti. moysi et iosue populo prelatis multiplicem uictoriam tribuisti. humilemque dauid puerum tuum regni fastigio sublimasti.[8] et salamonem sapiencie. pacisque ineffabili munere ditasti. respice quesumus ad preces humilitatis nostre. et super hunc famulum tuum quem supplici deuocione in regem consecramus. benediccionum tuarum dona multiplica. eumque dextere tue potencia semper et ubique circumda: quatinus predicti abrahe fidelitate firmatus. moysi mansuetudine fretus. iosue fortitudine munitus. Dauid humilitate exaltatus. salamonis sapiencia decoratus. tibi in omnibus placeat. et per tramitem iusticie inoffenso gressu semper incedat. ecclesiamque tuam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriat. ac doceat. muniat et instruat contraque omnes uisibiles et inuisibiles hostes eidem potenter regaliterque tue uirtutis regimen administret./ et ad uere fidei [fo. 209. b. pacis que concordiam eorum animos[1] te opitulante reformet. ut horum populorum debita subieccione fultus. cum[2] digno amore glorificatus. ad paternum decenter solium tua miseracione conscendere mereatur. tue quoque proteccionis galea munitus. et scuto insuperabili iugiter protectus. armis que celestibus circumdatus. optabilis uictorie triumphum feliciter capiat. terroremque sue potencie infidelibus inferat. et pacem tibi militantibus letanter reportet. Per dominum nostrum qui uirtute crucis tartara destruxit. regnoque dyaboli superato ad celos uictor ascendit. in quo potestas omnis. regnum consistit et uictoria. qui est gloria

[1] regimini: B. regiminis *added in m.*
[2] *om.* B. et *added in m.*
[3] letania et septem psalmi: W.[2] *in m.*
[4] cum: O.
[5] episcopi prostrati dicant septem psalmos interim: W.[1] *in m.*
[6]—[6] *ex corde cantantes. Infra letaniam hec adiungat:* O.
[7] *om.* W.[2] B. Cant. *in m.* W.[1]
[8] et sa lamast: *add.* W.[2] *struck out with red line.*

[1] animo: W.[2] B. *with* s *added in m.*
[2] *om.* O.

humilium. et uita salusque populorum. Qui tecum. uiuit.[1] et.[2]

Alia oracio.[1]

BEnedic domine hunc regem nostrum. qui regna omnium moderaris a seculo. et tali eum benediccione glorifica. ut dauitice teneat sublimitatis sceptrum. et glorificatus in eius te propicio reperiatur merito. Da ei tuo inspiranine[3] cum mansuetudine ita regere populum. sicut salomonem fecisti regnum optinere pacificum. Tibi cum timore semper sit subditus. tibique militet cum quiete. sit tuo clipeo protectus : cum proceribus et ubique tua gracia uictor existat. Honorifica eum pre cunctis regibus gencium : felix populis dominetur. et feliciter eum naciones adorent. Uiuat inter gencium cateruas magnanimus. sit in iudiciis equitatis singularis. locupletet eum tua prediues dextera. frugiferam optineat patriam. et eius liberis tribuas[4] profutura. Presta ei prolixitatem uite per tempora. ut in diebus eius oriatur iusticia. A te robustum teneat regiminis solium et[5] cum iocunditate et iusticia. eterno glorietur in regno. Per.

Alia[1] *oracio.*

DEus ineffabilis auctor mundi. conditor generis humani gubernator imperii. confirmator

[1]—[1] *omit.* O.
[2] regnat : *add.* W.[2] *om.* B.
[3] inspiramine : W.[2] B. O.
[4] tribuis : O.
[5] *om.* W.[2] B. *but mark for omission, and* et *supplied in m. of* B.

regni. qui ex utero fidelis amici tui. patriarche nostri abrahe preelegisti regem seculis profuturum. tu presentem regem hunc cum/ exercitu [fo. 210. suo per intercessionem omnium sanctorum uberi benediccione locupleta. et in solium regni firma stabilitate connecte. Uisita eum sicut moysen in rubo[1] [2]ihesum naue[2] in prelio. Gedeon in agro. samuelem in templo. et illa eum benediccione syderea ac sapiencie tue rore perfunde quam beatus dauid[3] in psalterio. salamon filius eius te remunerante percepit e[4] celo. Sis ei contra acies inimicorum lorica. in aduersis galea. in prosperis paciencia. in proteccione clipeus sempiternus. et presta ut gentes illi teneant fidem. proceres sui habeant pacem. diligant caritatem. abstineant se a cupiditate. loquantur iusticiam. custodiant ueritatem. et ita populus iste pullulet[5] coalitus benediccione eternitatis. ut semper maneant tripudiantes in pace uictores. Per christum dominum nostrum.[6]

[7]Dominus uobiscum.[7]

Oracio.[8]

DEus qui populis tuis uirtute consulis. et amore dominaris. da huic famulo tuo N spiritum

[1] rubro : O.
[2]—[2] *om.* W.[2] B. *but added in marg.* W.[2] *in contemporary and* 17*th century hands.* Iosue : *add.* B. *in m.*
[3] Daniel : altered to Dauid : O.
[4] de : B.
[5] *om.* O.
[6] *om.* W.[2] Amen : *add.* B.
[7]—[7] *in m.* B. hic incipe : *in m.* O.
[8] *om.* W.[2] *but added in m.*

sapiencie cum regimine discipline. ut tibi toto corde deuotus in regni regimine maneat semper ydoneus. tuoque munere ipsius temporibus securitas ecclesie dirigatur. et in tranquillitate deuocio christiana permaneat. ut in bonis operibus perseuerans ad eternum regnum te duce ualeat peruenire. Per dominum nostrum [1]ihesum christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate.[1]

Hic mutet domnus metropolitanus [2]uel episcopus[2] uocem suam.

*PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gracias agamus domino/ deo nostro. Dignum et [fo. 210. b. iustum est.

UEre dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gracias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Electorum fortitudo et humilium celsitudo. Qui in primordio per effusionem diluuii crimina mundi castigare uoluisti. et per columbam ramum oliue portantem pacem terris redditam demonstrasti. Iterumque aaron famulum tuum per unccionem olei sacerdotem sanxisti. et postea per huius unguenti infusionem ad regendum populum israeliticum sacerdotes ac reges et prophetas perfecisti uultumque ecclesie in oleo exhilarandum per propheticam famuli tui uocem dauid esse predixisti.[1] ita quesumus omnipotens/ pater ut per [fo. 211. huius creature pinguedinem hunc seruum tuum N. sanctifi✠care[2] tua benediccione[3] digneris. eumque in similitudinem columbe pacem simplicitatis populo sibi subdito prestare et exempla aaron in dei seruicio diligenter imitari. regnique fastigia in consiliis sciencie. et equitate iudicii semper assequi uultumque hyllaritatis per hanc olei unccionem. tuamque benediccionem[4] te adiuuante toti plebi paratam[5] habere facias. Per christum dominum nostrum.[6]*

Finitis oracionibus istis †surgat princeps[7] et resideat in predicta cathedra coram metropolitano uel episcopo modo quo prelibatum est. In qua cathedra princeps paulum[8] quiescens iterato resurgat et uadat ad altare deponatque ibi uestes suas preter

[1]—[1] *om.* W.[2] B. spiritus sancti deus per : *add.* O.

[2]—[2] *om.* W.[2] B.

— Musical notes above these words in W.[1] O.

[1] prodixisti : B.

[2] sanc✠tificare : W.[2] B. *cross over* n : O.

[3] *cross over* n *of* bene : O.

✠ *in m.* W.[1] bene✠diccionem : W.[2] B.

[5] paratum : O. [6] *om.* B.

†—† *assedeat* [*Ascendat :* in m.] *princeps in cathedra coram metropolitano uel episcopo apposita.* [*cuius :* in m.] *Qui uero cum accesserit metropolitanus uel episcopus uestem qua indutus fuerit princeps pallio super eum interim extenso scindat propriis usque ad cingulum manibus. Deinde manus principis sancto inunguantur oleo hec.* O.

[7] surreccio regis : W.[2] *in m.*

[8] paululum : W.[2] B.

tunicam sericam et camisiam[1] *apertas profundius usque subter pectus et inter scapulas. et in scapulis. et eciam apertas in compagibus brachiorum. aperturis tunice et camisie sibi inuicem connexis ansulis argenteis.*

Tunc uero a metropolitano uel episcopo dissutis[2] *ansulis in apertura tunice et camisie supradicte| pallio supradictum prin-*[fo. 211. b. *cipem*[3] *extenso manus principis oleo inungantur*† *dicente metropolitano uel episcopo oracionem.*

UNgantur manus iste de oleo sanctificato unde uncti fuerunt reges et prophete. et sicut unxit[4] samuel dauid in regem ut sis benedic✠tus[5] et constitutus Rex in regno isto super populum istum quem dominus deus tuus dedit tibi ad[6] regendum ac gubernandum. Quod ipse prestare dignetur. qui cum patre et spiritu sancto.[7]

[8]*Choro interim concinnente antiphonam.*[8]

*UNxerunt salamonem sadoc sacerdos et nathan propheta regem. et accedentes leti dixerunt. uiuat rex. uiuat rex. uiuat rex in-

[1] deposicio uestium preter etc.: W.[2] *in m.*

[2] *dissictis*: W.[2] B.

[3] pallium. inunccio manuum cum olo (*sic*): W.[2] *in m.*

[4] unxit: *added above line and in m.* W.[1] *om.* W.[2] B. O. *but added in m.* W.[2] *in 17th century hand.*

[5] *cross above* n: O.

[6] *om.* O.

[7] uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum. amen. *add.* W.[2] B.

[8]—[8] *Antiphona*: O.

eternum. *Ps.* Domine in uirtute tua.[1]*

Oracio.

PRospice omnipotens deus serenis obtutibus hunc gloriosum regem .N. et sicut benedixisti abraham. ysaac. et Iacob. sic illum largis[2] bene✠[3]diccionibus spiritualis[4] gracie cum omni plenitudine tua potencia irrigare atque perfundere[5] dignare. Tribue ei de rore celi et de pinguedine terre habundanciam. frumenti uini. et olei et omnium frugum opulenciam ex largitate diuini muneris longa per tempora. ut illo regnante sit sanitas[6] in patria. et pax inuiolata sit in regno. et dignitas gloriosa regalis palacii maximo splendore regie potestatis oculis omnium fulgeat. luce clarissima choruscare atque splendescere. quasi splendidissima fulgura. maximo perfusa lumine uideatur. Tribue ei omnipotens deus. ut sit fortissimus protector patrie et consolator ecclesiarum ac cenobiorum sanctorum. maxima cum pietate regalis munificencie. atque ut sit fortissimus regum triumphator hostium ad opprimendas[7] rebelles et paganas naciones. Sitque suis inimicis satis terribilis premaxima fortitudine regalis potencie. Optimatibus quoque

— Musical notes above these words W.[1] O.

[1] letabitur rex: *add.* W.[2] B. tua: *om.* O.

[2] largiris: W.[2] B. *but altered in* W.[2] *into* largis.

[3] *om. cross.* O.

[4] spiritualibus: O.

[5] profundere: W.[2] perfundere: *written in red in m.* W.[2]

[6] corporum: *add.* O.

[7] opprimandus *altered into* opprimendas W.[2]

atque precelsis proceribus ac fidelibus sui[1] regni/ mu- [fo. 212. nificus[2] et amabilis. et pius ut ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis eius per successiones temporum futurorum egrediantur. regnum hoc regere totum. et post gloriosa tempora atque felicia presentis uite gaudia sempiterna in perpetua beatitudine habere mereatur. Per.[3]

Postea[4] uero pectus[5] et †inter scapulas et scapule ambeque compagines[6] brachiorum ipsius ungantur de oleo supradicto[7] et de eodem fiat crux super capud eius et postea de crismate.[8] Et[9] preuideatur a sacrista quod ampullue[10] tam de oleo quam de crismate. quarum una deaurata[11] est et in se continens sanctum crisma.[12] Altera uero solum argentea. et in se continens oleum sanctum sint ad altare preparate. Rege igitur[13] sic uncto. connectantur ansule[14] aperturarum propter unccionem ab abbate westmonasterii uel uicem eius gerente. Et dicantur a metropolitano uel episcopo sequentes† oraciones.

DEus dei filius ihesus christus dominus noster qui a patre oleo exultacionis unctus est pre participibus suis[1] ipse per presentem sacri unguenti[2] infusionem. spiritus paracliti super capud tuum infundat bene✠diccionem eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat quatinus hoc uisibili et tractabili dono inuisibilia percipere. et temporali regno iustis moderaminibus executo. eternaliter cum eo regnare merearis. qui solus sine peccato rex regum uiuit. et gloriatur cum deo patre et spiritu sancto.[3]

[4]*Alia oracio.*[4]

DEus qui es iustorum gloria. et misericordia peccatorum. qui misisti filium[5] tuum precioso sanguine suo genus humanum redimere. qui conteris bella. et propugnator es in te sperancium. et sub cuius arbitrio omnium regnorum continetur potestas te humiliter deprecamur. ut presentem famulum tuum .N. in tua misericordia confidentem in presenti sede regali benedicas.[6] eique propicius adesse digneris.

[1] cui: B. sui *in margin.*
[2] munificiis *altered to* munificus: O.
[3] christum: *add.* W.[2] B.
[4] forma ac modus inquirendus ab alio episcopo experto. ne etc. W.[1] *in m.*
[5] Inunccio pectoris regis: W.[2] *in m.*
†—† *scapule ambeque compages brachiorum ipsius unguantur de supradicto oleo et de eodem crux fiat super capud eius et postea de chrismate et dicantur sequentes:* O.
[6] compages: W.[2] B. *altered into* compagines *in* W.[2] [17th century].
[7] crux super caput principis: W.[2] *in m.*
[8] Crux super caput gemina et cum oleo et cum crismate: W.[1] *in m.*
[9] Nota sacrista Westmonasterii: W.[2] *in m.*
[10] *ampulle:* W.[2] B.
[11] *deaurate* altered to *deaurata:* B.
[12] *crismate* altered to *crisma:* B.
[13] Nota de cirotecis: *in m.* W.[2] 17*th century hand.*
[14] connexio ansularum per abbatem: W.[2] *in m.*

[1] eius: W.[2] B.
[2] unguinis: O.
[3] in secula seculorum. Amen: *add.* W.[2] B.
[4]—[4] *om.* W.[2] B. *Alia:* O. Alia oratio. W.[2] *in m.* Hec Oratio non est in veteri libro pontificali: W.[1] W.[2] *in m. written in a* 17*th century hand in* W.[2]
[5] *om.* B. *but added in margin.*
[6] ✠ *add.* W.[2] B.

ut qui tua expetit proteccione defendi. omnibus sit hostibus forcior. Fac eum domine beatum esse et uictorem de inimicis suis. Corona eum corona iusticie et pietatis. ut ex toto corde. et/ tota mente in te credens [fo. 212. b. tibi deseruiat. sanctam tuam ecclesiam defendat et sublimet. populumque sibi commissum iuste regat. nullus[1] insidiantibus malis eum in iniusticiam conuertat. Accende domine cor eius ad amorem tue gracie per hoc unccionis oleum. unde unxisti sacerdotes reges et prophetas. quatinus diligens iusticiam per tramitem similiter iusticie populum ducens. post peracta a te disposita in regali excellencia annorum curricula peruenire ad eterna gaudia mereatur. Per.[2]

Post[3] hec †induatur sindonis colobio[4] ad modum dalmatice formato capite amictu[5] operto propter unccionem.[6]

Qui amictus per septem dies continuos circa regium capud indesinenter permanebit. Octaua uero die post dicti regis consecracionem unus episcoporum dicto rege[7] in ecclesia. siue in[8] capella

[1] nullis: W.[2] B. *altered into* nullius *in* W.[2] nullis: O.

[2] dominum: *add.* W.[2] B.

[3] Surgant metropolitanus et rex: W.[2] *in lower m. in later hand.*

†—† *uero induatur sindonis colobio capite amictu propter unctionem operto. Eo quidem per septem dies in albis ita existente pedibus eius sandaria coaptentur et calcaria. Postea induatur regalibus. Benedictio cuiuscunque regalis ornamenti:* O.

[4] Colobium ad modum dalmatice: W.[2] *in m.*

[5] vitta linea: W.[1] *in m.*

[6] opercio capidis per 7 dies: W.[2] *in m.*

[7] *regi*: W.[2].

[8] *om.* W.[2] B. *but added in m.* W.[2] B.

sua presente missam de trinitate celebrabit. Missaque finita idem episcopus amictum prefatum auferet de capite regali. dictumque capud regium aqua calida cum omni diligencia[1] lauabit. quo loto et exsiccato. crines regios reuerenter componet. Deinde circulum aureum capiti dicti regis imponet honorifice. Quem quidem circulum memoratus princeps ob reuerenciam sue dealbacionis ipso die feret contimue[2] capite denudato. Hiis taliter peractis. a metropolitano uel episcopo benedicantur regalia ornamenta.†

Oracio.[3]

DEus rex regum et dominus dominancium. per quem reges regnant et legum conditores iura decernunt. dignare propicius bene✠dicere[4] hoc regale ornamentum. et presta ut famulus tuus rex noster qui illud portaturus est. ornamento bonorum morum et sanctarum accionum in conspectu tuo fulgeat. et post temporalem uitam. eternam gloriam que tempus non habet. sine fine possideat. Per.

§*Dictis itaque ornamentis benedictis prefatus rex a Westmonasteriensi abbate uel alio loco ipsius ut prehabitum est induetur uestimentis.[5] Et prius induetur super predictum colobium tunica*

[1] Nota: W.[2] *in m.*

[2] continue: W.[2] B.

[3] *om.* W.[2] B. benediccio regalium ornamentorum: W.[2] *in. m.*

[4] *cross above* n: O.

§—§ *omit.* O.

[5] *tis:* B. Vestimentis: *in m.* B.

longa et talari[1] *intexta magnis ymaginibus aureis ante et retro. simul caligis sandariis et calcaribus tibiis eius et pedibus coaptatis.*

Tunc| *sequetur*§ *benediccio ensis.* [fo. 213.

Oracio.

EXaudi quesumus[2] domine preces nostras. et hunc ensem quo hic famulus tuus .N. se circumcingi desiderat. maiestatis tue dextera bene✠dicere.[3] et sancti✠ficare[3] dignare. quatinus defensio atque proteccio possit [4]esse ecclesiarum.[4] uiduarum. orphanorum. omniumque deo seruiencium. contra seuiciam paganorum aliis que insidiantibus. sit pauor. terror et formido. Per.

Postea ab episcopis[5] *ensem accipiat.*[6] *et cum ense totum regnum sibi fideliter ad regendum secundum* [7]*uerba subscripta*[7] *sciat esse comendatum. dicente metropolitano uel episcopo.*[8]

ACcipe gladium per manus episcoporum. licet indignas. uice tamen et auctoritate sanctorum apostolorum consecratas tibi regaliter impositum. nostreque bene✠diccionis[9] officio in defensionem sancte dei ecclesie diuinitus ordinatum et esto

[1] tunica talaris cum ymaginibus cum caligis sandariis et calcaribus : W.[2] *in m.*
[2] *om.* W.[2] B. quesumus : *in m.* W.[2]
[3] *cross above* n : O.
[4]—[4] ecclesiarum esse : O.
[5] caret ij : W.[2] *in m. in later hand.*
[6] Ensis deliberacio : W.[2] *in m.*
[7]—[7] supradicta uerba : O.
[8] *Oratio : add.* O.
[9] W.[2] B. *place the cross at end of* benediccionis : *no cross* O.

memor de quo psalmista prophetauit dicens. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. ut per eundem uim equitatis exerceas. molem iniquitatis potenter destruas. et sanctam dei ecclesiam. eiusque fideles propugnando protegas. nec minus sub fide falsos quam christiani nominis hostes execreris ac destruas. uiduas et pupillos clementer adiuues ac defendas. desolata restaures restaurata conserues. ulciscaris iniusta. confirmes bene disposita. quatinus hec in agendo uirtutum triumpho gloriosus. [1]iusticieque cultor egregius.[1] cum mundi saluatore cuius typum geris in nomine. sine fine merearis regnare. Qui cum patre et spiritu sancto [2]uiuis et regnas deus. Per.[2]

Accinctus autem ense[3] *similiter armillas accipiat dicente metropolitano uel episcopo.*

ACcipe armillas sinceritatis et sapiencie. diuineque circumdacionis indicium. quibus intelligas omnes operaciones tuas contra hostes uisibiles et inuisibiles posse esse munitas. Per.

†*Iue*[4] *quidem armille in modum stole circa collum. et ab utraque scapula usque ad compages brachiorum erunt dependentes. in ipsis brachiorum compagibus laqueis sericis connexe prout*| [fo. 213. b.

[1]—[1] *om.* W.[2] B. *but added in marg.* W.[2] *in 17th century hand.* egregius *in m.* B.
[2]—[2] *om.* O. omnia : *add.* W.[2] B.
[3] accepcio armillarum : W.[2] *in m.*
†—† *Cum datur pallium :* O.
[4] *Iste :* W[1] *in m.* W.[2] B.

plenius per ipsarum poterit discerni composicionem. Deinde pallio[1] *regali induetur. quod quidem pallium quadrum est et aquilis aureis per totum contextum. Et dicat metropolitanus siue*[2] *episcopus.*†

ACcipe pallium quatuor iniciis formatum. per quod intelligas quatuor mundi partes diuine potestati esse subiectas. nec quemquam posse feliciter regnare in terris. nisi cui potestas regnandi fuerit collata de celis.

§*Postea benenedicetur*[3] *corona a metropolitano uel episcopo* [4]*dicente oracionem.*[4]§

DEus tuorum corona fidelium. qui in capitibus eorum ponis coronam de lapide precioso. bene✠dic et sanctifi✠ca coronam istam. quatinus sicut ipsa diuersis preciosisque lapidibus adornatur. sic [6]famulus tuus gestator[6] ipsius multiplici preciosarum uirtutum munere tua largiente gracia repleatur. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum regem eternum. qui tecum.[7]

Tunc[8] *aspergatur aqua benedicta minutatim super coronam atque a metropolitano*[9] *uel episcopo incensetur.*[10] ||*deinde imponatur corona*[11]

[1] pallium Regale quadratum cum aquilis aureis: W.[2] *in m.* [2] *uel:* W.[2] B.

§—§ *Benedictio corone regis uel regine:* O.

[3] *corrected in* W.[1] benediccio corone: W.[2] *in m.*

[4]—[4] *Oracio:* W.[2] B. *altered in* W.[2] *to dicente oracionem, in 17th century hand.*

[6]—[6] famula tua gestatrix: *above line* O.

[7] uiuit: *add.* W.[2] B.

[8] *Hic:* O. [9] *metropolitato:* B.

[10] *insencetur:* W.[2] B. Corona aspergenda et thurificanda: W.[1] *in m.*

||—|| *Cum capiti corona imponitur:* O.

[11] Imposicio corone: W.[2] *in m.*

capiti dicti regis a metropolitano siue episcopo dicente.||

COronet te deus corona glorie atque iusticie. honore. et opere fortitudinis. ut per officium nostre benedic✠cionis[1] cum fide recta. et multiplici bonorum operum[2] fructu ad coronam peruenias regni perpetui ipso largiente cuius regnum permanet in secula seculorum.

Alia[3] *oracio.*

DEus perpetuitatis. dux uirtutum cunctorum hostium uictor bene✠dic.[4] hunc famulum tuum .N. tibi capud suum inclinantem. et prolixa sanitate. et prospera felicitate eum conserua. et ubicumque auxilium tuum inuocauerit cito assis. et protegas ac defendas. Tribue [5]ei quesumus[5] domine diuicias gracie tue. comple in bonis desiderium eius. corona eum in misericordia tua. tibique domino pia deuocione iugiter famuletur. Per dominum nostrum[6] ihesum christum filium tuum. Qui tecum.[6]

[5]*Postea cantetur hec*[5] *antiphona.*

*Confortare et esto[7] uir et obserua mandata domini/ dei [fo. 214. tui ut ambules in uiis eius. et custodias ceremonias eius. et precepta eius. et testimonia. et iudicia. et

[1] *omit* ✠: B. O. *added in* W.[2]

[2] *om.* O.

[3]—[3] *om.* W.[2] B. O. alia: *added in m.* W.[2] *in 17th century hand. Oratio post coronam:* O.

[4] *om.* ✠: O.

[5]—[5] *om.* O.

[6]—[6] *om.* W.[2] B.

[7] est: B. fortis: *added in m.* W.[1]

— Musical notes above these words in W.[1] and O.

quocumque te uerteris confirmet te deus.* *Ps.*[1] *Dominus regit me.*

Benediccio anuli.[3] *Oracio.*[4]

DEus celestium terrestriumque conditor creaturarum. atque humani generis benignissimus[5] reparator. dator spiritualis[6] gracie. omniumque benediccionum largitor qui iusticiam tue legis in cordibus credencium digito tuo id est unigenito tuo scribis cui magi in egypto[7] resistere non ualentes concinnabant dicentes digitus dei est hic. inmitte spiritum sanctum tuum paraclitum[8] de celis super hunc anulum arte fabrili decoratum. et sublimitatis tue potencia ita eum emundare digneris. ut omni nequicia liuidi uenenosi que serpentis procul expulsa. metallum a te bono conditore creatum. immune a cunctis sordibus inimici maneat.[9]

[10]*Alia oracio.*[10]

BEne✠dic domine et sancti✠fica anulum istum. et mitte super eum septiformem spiritum tuum. quo famulus tuus eo fruens. anulo fidei subarratus uirtute altissimi sine peccato

custodiatur. et omnes benedicciones que in scripturis diuinis reperiuntur super eum copiose descendant. ut quecumque sanctificauerit[1] sanctificata permaneant et quecumque benedixerit spirituali benediccione benedicantur.

[2]*Deinde detur ei anulus a metropolitano uel episcopo dicente.*[2]

ACcipe[3] regie dignitatis anulum. et per hunc in te catholice fidei signaculum. quatinus ut hodie ornaris capud et princeps regni ac populi. ita perseueres auctor ac stabilitor christianitatis. et christiane fidei. ut felix in opere. locuples in fide. cum rege regum glorieris cui est honor et gloria per eterna secula seculorum amen.

Oracio.[4]

DEus cuius est omnis /[fo. 214.b. potestas et dignitas da famulo tuo [5]sue proprie[5] dignitatis effectum. in qua te remunerante permaneat. semperque te timeat. tibique iugiter placere[6] contendat. Per dominum.

Deinde accipiat[7] *ensem unde accinctus fuerat. et eum super altare deo offerat. Quem comes aliis superior*[8] *redimet. et redemptum ante*[6] [9]*dictum regem*[9] *deferet*

[1] *add.* W.[2] *in m.* *om.* B.
— Musical notes above in W.[1] lines prepared for notes in O. over *Dominus regit.* but *me* is omitted in O. et nichil michi deerit: *add.* W.[2] B.
[3] Benediccio anuli: W.[2] *in m.*
[4] *om.* B. *in m.* W.[2]
[5] benignissime: O.
[6] spirituales: B. *but* e *dotted.*
[7] *Two last letters added in m.* W.[2]
[8] paraclitus: B. *altered in margin to* paraclitum.
[9] manet: B. *altered in margin to* maneat.
[10]—[10] *om.* W.[2] B. *added in later hand* W.[2] *Alia Benedictio:* O.

[1] *om.* B.
[2]—[2] *Cum datur anulus:* O.
[3] Anuli dacio: W.[2] *in m.*
[4] *om.* B. *added in later hand in m.* W.[2]
[5]—[5] proprie sue: O.
[6] *om.* B. *but added in m.*
[7] oblacio ensis: W.[2] *in m.*
[8] *superius:* W.[2] B. *altered in* W.[2] B. *to* superior.
[9]—[9] *eum:* O.

†*nudum. Cuius*[1] *ensis precium dicto altari pertinet. Deinde*[2] *dabitur ei sceptrum in manu dextra. quod quidem sceptrum aureum est in cuius summitate crux parua collocatur prius cirothecis de regalibus manibus*[3] *eius applicatis a metropolitano uel episcopo dicente.*[4]†

ACcipe sceptrum regie potestatis insigne. uirgam scilicet regni rectam. uirgam uirtutis. qua teipsum bene regas. sanctam ecclesiam populumque uidelicet christianum tibi a deo commissum regia uirtute ab improbis defendas. prauos corrigas. rectos pacifices. et ut uiam rectam tenere possint tuo iuuamine dirigas. quatinus de temporali regno. ad eternum regnum peruenias. ipso adiuuante cuius regnum permanet in secula seculorum ameN.

[5]*Oracio post sceptrum.*[5]

OMnium domine fons bonorum. cunctorumque deus. institutor profectuum. tribue quesumus famulo tuo N. adeptam bene regere dignitatem. et a te sibi prestitum honorem dignare coroborare.[6] Honorifica eum pre cunctis regibus. uberi eum bene ✠[7]diccione locupleta. et in solio regni firma stabilitate consolida.

†—† *Cum datur ei sceptrum :* O.
[1] oblato prius ense. mox sceptrum accipiat : W.[1] *in m.*
[2] sceptrum dacio : W.[2] *in m.*
[3] cirothece : W.[2] *in m.*
[4] *om.* B. *but added in m.*
[5]—[5] *added in m.* W.[2] 17*th century hand.* *oracio : in m.* B.
[6] roborare : W.[2] B. *altered to* corroborare *in* W.[2]
[7] no cross O.

Uisita eum in sobole presta ei prolixitatem uite. In diebus eius semper oriatur iusticia ut cum iocunditate et leticia eterno glorietur in regno.

[1]*Postmodum*[2] *tradatur ei uirga in manu sinistra. Que quidem uirga aurea est habens in summitate columbam auream a metropolitano uel episcopo dicente.*[1]

ACcipe uirgam uirtutis atque equitatis qua intelligas te mulcere pios et terrere reprobos. Errantes uiam doce. lapsis que manum porrige. disperdasque superbos. et releues[3] humiles. ut aperiat tibi ostium ihesus christus dominus noster qui de seipso ait. Ego sum ostium per me siquis introierit salua/-bitur. Et ipse qui est [fo. 215. clauis dauid et sceptrum domus israel. qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit. sit tibi adiutor. qui educit uinctum de domo carceris. sedentem in tenebris et umbra mortis. ut in omnibus sequi merearis eum de quo propheta dauid cecinit. sedes tua deus in seculum seculi. uirga recta est uirga regni tui. Et imitare ipsum qui dicit. Diligas iusticiam. et odio[4] habeas iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. ad exemplum illius quem ante secula unxerat pre participibus suis ihesum christum dominum nostrum.

[1]—[1] *Tunc detur ei uirga :* O.
[2] tradicio virge auree cum columba aurea : W.[2] *in m.*
[3] reueles : B. releues : *in m.* B.
[4] odeo : O.

Tunc dicatur super eum benediccio.

BEne✠dicat[1] tibi dominus. custodiatque te et sicut te uoluit super populum suum esse regem. ita in presenti seculo felicem. et eterne felicitatis tribuat esse consortem. Amen. Clerum ac populum quem sua uoluit opitulacione tua sanccione congregari. sua dispensacione. et tua administracione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen. Quatinus diuinis monitis parentes. aduersantibus omnibus carentes. bonis omnibus exuberantes. tuo imperio fideli amore obsequentes. et in presenti seculo pacis tranquillitate fruantur. et tecum eternorum ciuium consorcio potiri mereantur. Amen. Quod ipse prestare dignetur. [2]cuius regnum et imperium.[2]

†*Et preuideatur*[3] *a sacrista westmonasterii quod ornamenta regalia cum magna corona prius sint super magnum altare honorifice collocata. ut omnia fiant sine impedimento propter maximam plebis confluenciam que in huiusmodi coronacionibus indubitanter solet euenire.*

Coronatus autem rex. et regalibus prius indutus per abbatem westmonasterii[6] *caligis sandariis. et calcaribus coaptatis osculabitur*[6] *episcopos. a quibus uero et eciam*

[1] *omit* ✠: O.
[2]—[2] *om.* O. *et cetera:* W.[2] B.
[3] nota sacrista: W.[2] *in m.*
†—† *Coronatus autem osculetur episcopos a quibus post ducatur honorifice ad regale solium choro cantante.* Te deum laudamus. *Quo ad finem perducto dicat metropolitanus uel episcopus.*
[5] *In m.* W.[1] *a hand points to this line*
[6] osculacio episcoporum: W.[2] *in m.*

aliis regni proceribus ducetur honorifice ad regale solium. choro cantante. Te deum laudamus. *Quo ympno ad finem perducto*[1] *dicat consecrans regem.*†

STa et retine amodo locum quem hucusque paterna/ successione tenuisti heredi-[fo. 215.b. tario iudicio tibi delegatun per auctoritatem dei[2] omnipotentis et presentem tradicionem nostram. et omnium episcoporum ceterorumque dei seruorum. et quanto clerum sacris altaribus propinquiorem perspicis. tanto ei pociorem in locis congruis honorem impendere memineris. quatinus mediator dei et hominum te mediatorem cleri et plebis in hoc regni solio confirmet. et in regnum eternum regnare faciat ihesus christus dominus noster rex regum et dominus dominancium. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. amen.[3]

Rege itaque in solio suo taliter collocato pares regni dictum regem undique circumstantes manibus palam extensis in signum fidelitatis offerent se ad dicti regis et dicte corone sustentacionem. Et illi precipue qui stirpe regali sunt propinquiores in sustentacione[4] *corone sceptri*[5] *et uirge regios labores alleuiabunt. facto prius dicto regi ab omnibus proceribus regni tunc presentibus publice super dictum pulpitum*[6] *homagio.*

[1] *preducto:* B. [2] patris: *add.* O. *in m.*
[3] *Missa pro Rege officium.* O. Here follows immediately in O. the mass for the King without the office for the Coronation of the Queen as in the other MSS.
[4] sustentacionem: W.[2] B.
[5] *corrected from* sceptre. *septre:* W.[2] B.
[6] homagium: W.[2] *in m.*

UErum si regina eodem die inungenda fuerit et coronanda cum rege. preparetur ei similiter solium a sinistra parte solii regii solio regis aliquantulum eminenciore existente.

Dicta uero regina induta erit tunica et ciclade cum fymbria longa et defluenti. Que quidem tunica et ciclas unius erunt coloris uidelicet purpurei. et unius texture sine aliquo alio opere artificiali desuper intexto. capite nudato. laxatos circa humeros decenter habens crines. Gestabitque circulum aureum gemmis ornatum ut honestius crines capiti eius constringantur. processione itaque modo prelibato infra palacium ordinata.[1]

Dicta regina[2] *sic adornata*[3] *regem subsequetur. quam precedent tres magnates.*[4] *quorum primus precedens portabit uirgam eburneam in cuius summitate est aurea columba. Secundus*[5] *iuxta eum incedet ferens paruum sceptrum*[6] *deauratum in cuius summitate est columba deaurata.*

Tercius uero subsequens coronam[7] *gestabit. quem subsequetur regina quam reuerenter sustentabunt hinc inde duo episcopi ad hoc per regem assignati.|* [fo. 216.

Et erunt ibi barones quinque portuum[8] *sicut predictum est ultra reginam pannum sericum por-*

[1] *regem : add.* B.
[2] *underlined with black :* W.[2]
[3] *ordinata :* W.[2] B. adornata : W.[2] *in m.*
[4] *Magnetes :* W.[2] B. *altered into* magnates *in* W.[2] *In m. of* W.[2]: 3[es] magnates virga avrea : *in 17th century hand.*
[5] *underlined in* W.[2]
[6] Sceptrum : W.[2] *in m. 17th century hand.*
[7] Corona : W.[2] *in m. 17th century hand.*
[8] v. bar. port. W.[2] *in m. 17th century hand.*

tantes cum totidem hastis et campanellis aliis consimilibus. Et in introitu ecclesie super reginam coronandam dicetur a metropolitano uel episcopo hec oracio Omnipotens sempiterne deus fons. *Require hanc oracionem cum aliis sequentibus post missam coronacionis regis. Oracione ista completa procedant rex et regina per ecclesiam modo quo supradictum est usque ad pulpitum et ad solia eis preparata. ac rege pro sua sacrosancta*[1] *unccione et coronacione usque ad altare descendente prefata regina dictis proceribus cum sceptro uirga. et corona ipsam precedentibus. prefatis episcopis illam ut predictum est hincinde sustentantibus usque ad dictum altare regem subsequetur. Cui fandestolium*[2] *a parte sinistra dicti altaris erit preparata*[2] *in quo ipsa residebit. dum de legibus et* [3]*regni consuetudinibus*[3] *conseruandis et aliis ut supradictum est.*[4] *per metropolitanum siue episcopum dictos regem et reginam consecraturum fuerit requisitum. Dictis requisicionibus peractis. sacramentoque ut supradictum est super altare prestito. et rege coram altari*[5] *prostrato regina genuflectet pro rege domino suo et pro seipsa humiles deo effundens preces. Incipiente metropolitano uel episcopo ympnum.*

Ueni creator spiritus.

Rege itaque inuncto et coronato atque coronacionis sue sollempniis

[1] *sacrosanctam :* B. altered in margin to *sacrosancta.*
[2] *sic et* W.[2] B.
[3]—[3] *consuetudinibus regni :* W.[2] B.
[4] *om.* W.[2] B. [5] *altare :* W.[2] P.
– Musical notes above these words in W.[1]

celebratis modo et forma quibus predictum est atque regalibus indumentis redimito in solio suo residente. Regina procedet[1] *ad gradus magni altaris predictis duobus episcopis ipsam interim sustentantibus. Que cum ante gradus dicti altaris peruenerit prosternet se super tapetam et quissinos prius per regios ministros modo quo predictum est honeste preparatos. Super quam ita solo prostratam dicetur ab archiepiscopo siue episcopo ipsam consecraturo.*

Oracio.

Deus qui solus habes inmortatem.[2]

Terminata autem hac oracione eriget se regina et genuflectet super cuius uerticem effundetur[3] *o'eum sanctum in modum crucis. Postea de eodem oleo ungetur in pectore modo consimili in modum crucis. Ad utramque unccionem tam capitis quam| pec-* [fo. 216. b. *toris*[4] *dicetur a pontifice consecrante.* In nomine patris. etc.[5] Prosit tibi hec unccio. *Circulo quem in capite gestauerat prius deposito. Tunc subiungetur oracio.* Omnipotens sempiterne deus.[6] *Hoc prouiso*[7] *quod tunica regine sic fiat quod per consecrantem ante sanctam pectoris unccionem facile possit aperiri. et a nobiliori domina que dicte regine semper adherebit post dictam*

[1] *precedet :* W.[2] *altered into* procedet.

[2] immortalitatem : W.[2] B.

[3] Regina ungitur : W.[2] *in m. in 17th century hand.*

[4] *peccatores :* B.

[5] et filii et spiritus sancti. Amen : W.[2] B.

[6] affluentem : *add.* W.[2] B.

[7] *prouisia :* B. altered to *prouiso* in m.

unccionem recludi. Deinde detur ei anulus a consecrante dicente. Accipe anulum. *subinferetur*[1] *ista oracio.* Deus cuius est omnis[2] potestas. *Postea benedicetur corona ab eodem presule dicente.* Deus tuorum. corona. etc.[3] *Quam postea debet archiepiscopus uel episcopus capiti regine apponere dicens.* Accipe coronam. *Primitus pileo lineo capiti regine ob sacre unccionis conseruacionem apposito. quod postea comburetur. Tunc subinferet pontifex hanc oracionem.* Officio nostre indignitatis. *Et tradendo ei sceptrum in dextera. et uirgam in sinistra dicat*[4] *hanc oracionem.* Omnium domine fons bonorum.

Coronata autem regina. a predictis duobus episcopis honorifice ducetur ad solium suum sibi ex parte regis sinistra preparatum. quo solio ut predictum est regia sedes paululum erit superior. Regina uero ad predictum solium ueniens ante eius ascensum modicum regi inclinabit eius magestatem ut decet adorando. Et matronis regni nobilioribus ipsam in dictum pulpitum subsequentibus. quarum una erit que inter ceteras uidetur esse nobilior dicte regine semper adherens ut antedictum est. ad regine consolacionem et leuamen. ympnus uero silicet.[5] Te deum laudamus *tunc non debet a choro cantari. quia prius in eleuacione regis in solium suum a dicto choro sollempniter decantabitur.*

[1] *Subinferatur :* W.[2] B.

[2] omnibus : B.

[3] *om.* W.[2] B.

[4] *dat :* B. dicat *in m.*

[5] *scilicet :* W.[2] B.

Tunc omnibus hiis ita peractis inchoetur officium misse a cantatoribus[1] *de sollempnitate diei. si contigerit dictam fieri coronacionem in festo solempni.*

Si[2] *uero euenerit quod dicta coronacio fiat in simplici die dominico. missa de dominica prius a conuentu debito more celebrata. Incipiatur missa specialis*[3] *pro rege. uidelicet*[4] *officium.*[5]

*PRotector noster aspice deus/ et respice in faciem [fo. 217. christi tui quia melior est dies una in atriis tuis super milia. *Ps.* Quam dilecta tabernacula.[7] Gloria.[6]*

[7]*Et quocumque tempore anni dicta coronacio fuerit facta. dicetur ad missam.* Gloria in excelsis.[7]

Oracio.

QUesumus omnipotens deus ut famulus tuus[8] rex noster qui tua miseracione suscepit regni gubernacula. uirtutum eciam omnium percipiat incrementa : quibus decenter ornatus. et uiciorum uoraginem deuitare. et hostes superare. et ad te qui uia. ueritas. et uita es graciosus ualeat peruenire. Per dominum.

†*Et si regina eodem die fuerit coronata dicetur ad missam tam pro rege quam pro regina ista oracio.*

DEus in cuius manu corda sunt regum qui es humilium consolator. et fidelium fortitudo. et protector omnium in te sperancium : da regi nostro.[1] et regine nostre.[1] populoque christiano triumphum uirtutis tue scienter excolere. ut per te semper reparentur ad ueniam. Per dominum.†[2]

Leccio epistole beati petri apostoli.[3]

KArissimi : Subiecti estote omni humani[4] creature : propter deum. Siue regi : quasi precellenti. Siue ducibus tanquam ab eo missis :[5] ad uindictam malefactorum : laudem uero bonorum. Quia sic est uoluntas dei : ut benefacientes ommutescere faciatis inprudencium hominum ignoranciam. Quasi liberi. et non quasi uelamen habentes malicie libertatem : sed sicut serui dei. Omnes honorate : fraternitatem diligite. Deum timete : regem honorificate. Serui : subditi estote in omni timore dominis. Non tantum bonis et modestis : sed eciam discolis. Hec est enim gracia. In christo ihesu : domino nostro.

[6] *DIrigatur oracio mea sicut incensum in/ con- [fo. 217. b. spectu tuo[7] domine ℣. Eleuacio

— Musical notation above these words in W.[1] O. Officium *in m.* W.[2]

[1] *cantoribus :* W.[2] B.

[2] *In m.* W.[2] a hand pointing to this line.

[3] *om.* W.[2] B. specialis *in m.* W.[2] 17*th century hand. Collation of* O. *begins again here.*

[4] *om.* W.[2] B. Videlicet *in* W.[2] *written over line in* 17*th century hand.*

[5] missa : W.[2] *in m.*

[6] patri : *add.* W.[2] B. Seculorum amen : *add.* O.

[7]—[7] *omit.* O. Gloria in excelsis : *in m.* W.[2]

[8] A space left here in W.[1] N. *add.* W.[2] B. O.

†—† *omit.* O.

[1] Space in W.[1] N. *add.* W.[2] B.

[2] nostrum ihesum christum filium tuum qui : *add.* W.[2] B.

[3] ante epistolam cantetur solempniter christus uincit : W.[1] *in m.*

[4] *sic et* W.[2] B. humane : O.

[5] missi : B.

[6] *Gradale* : *pref.* W.[2] B. O.

[7] *om.* B.

— Musical notation above these words in W.[1] O.

manuum mearum sacrificium uespertinum.[1] Alleluya. ℣. Domine in uirtute tua letabitur rex. et super salutare tuum exultabit uehementer.*

[3]*Si dicta coronacio fiat inter septuagesimam et pascha dicetur*[2] *tractus.*

*DEsiderium anime eius tribuisti ei et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benediccione[4] dulcedinis. ℣. Posuisti super capud eius coronam de lapide precioso.[3] *

Secundum matheum.

IN illo tempore: Abeuntes pharisei consilium/ [fo. 218. inierunt: ut caperent ihesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister: scimus quia[5] uerax es. et uiam dei in ueritate doces. et non est tibi[6] cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis: quid tibi uidetur. Licet censum dari cesari annon? Cognita autem ihesus nequicia eorum ait. Quid me temptatis ypocrite? Ostendite michi nummisma census. At illi optulerunt ei denarium. Et ait illis ihesus. Cuius est ymago hec et superscripcio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo.

— Musical notation above these words in W.[1]
[1] uespertini: B.
[2] *om.* W.[2] B. *add. in m.* W.[2] *in later hand.*
[3]—[3] *omit.* O.
[4] benediccionibus: W.[2] B.
[5] quod: O. [6] *written above line:* O.]

[1]*Lecto euuangelio dum cymbolum a choro decantatur. maior inter archiepiscopos siue episcopos tunc assistentes librum euuangelii accipiet et tam ad regem quam ad reginam deportabit ad osculandum. Deinde referet ad archiepiscopum siue episcopum qui missam celebrat. Quo uero euuangelistario a dicto pontifice deosculato. cymbalo que a choro decantato incipiatur*[2] [1]*offertorium.*[3]

INtende uoci oracionis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine.

†*Dum canitur offertorium procedent rex et regina de soliis suis coronati ad altare. dictusque rex manibus metropolitani uel episcopi missam celebrantis oblacionem*[5] *panis et uini imitando melchisedech imponet. Deinde offeret*[6] *marcam auri. et postea regina offeret oblacionem suam. et capite regis ante altare paululum in-*

— Musical notation above these words in W.[1] O.
[1]—[1] *omit.* O.
[2] *incipatur:* W[2]. B. altered to *incipiatur:* W.[2]
[3] offertorium: *in m.* W.[2]
†—† *Euangelio rite perlecto accedat rex ad altare manibusque metropolitani uel episcopi oblationem panis et uini imitando melchisedech imponat* [added above line: *in calice lapideo et eius patena.* in lower margin. *Et nota quod archiepiscopus qui missam celebrat non cum predicto calice et eius patena celebrat sed cum alio de auro.*] *postque offerat marcam auri et capite ante altare inclinato dicat archiepiscopus super eum has orationes.* Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. *Oremus.* O.
[5] oblacio panis et uini Et marce unius: W.[2] *in m.*
[6] *uidelicet x. li. xiij. s. iiij. d. monete auri. in lower margin of* W.[1] *and in m. of* W.[2] *in 17th century hand.*

clinato dicat pontifex qui celebrat missam oraciones subsequentes.[1]

[2]Dominus uobiscum. Et cum spiritu.[2]†

OMnipotens[3] deus det tibi de rore celi et de pinguedine terre habundanciam. frumenti et uini. et seruiant tibi populi et et[4] adorent te tribus. et qui benedixerit tibi benediccionibus repleatur. et deus erit adiutor/ tuus. Omnipotens dominus[5] [fo. 218. b. bene✠[6]dicat tibi benediccionibus celi desuper in montibus et in coliibus. benediccionibus abyssi iacentis deorsum. benediccionibus uberum frumentorum et uuarum. pomorumque. benedicciones patrum antiquorum. Abraham. et[7] ysaac et iacob. confortate sint super te. Per dominum.[8]

Alia oracio.[9]

BEne✠dic[6] domine fortitudinem istius principis. et opera manuum illius suscipe et de bene✠diccione[10] tua terra eius de pomis repleatur de fructu celi et[11] rore atque abyssi subiacentis. de fructu solis et lune. de uertice antiquorum moncium de pomis eternorum collium et de frugibus terre et de pinguedine eius.

[1] *sequentes:* W.[2] B. *In* W.[2] *altered in 17th century hand into:* subsequentes.
[2]—[2] *om.* W.[2] B. *added in margin* W.[2] *in 17th century hand.* Dominus vobiscum : *in margin.* B.
[3] sempiterne : *add.* O. *written over line.*
[4] *om.* W.[2] B. O.
[5] deus : B.
[7] *om.* W.[2] B.
[6] cross above *n* : O.
[8] nostrum ihesum christum : *add.* W.[2] B. *om.* O.
[9] *om.* B. O.
[10] *omit* ✠ : O.
[11] de : *add.* W.[2] B.

Bene✠diccio illius qui apparuit in rubo[1] ueniat super capud istius : et plena sit benediccio domini in filiis eius. et tingat in oleo pedem suum. Cornua rinocerontis[2] cornua illius in ipsis uentilabit gentes usque ad terminos terre. quia ascensor celi auxiliator suus in sempiternum fiat. Per dominum.[3]

[4]*Hiis oracionibus finitis*[5] *reducantur ad sedes suas.*[4]

Secretum.

MUnera domine quesumus oblata sanctifica. ut et nobis unigeniti tui corpus et sanguis fiant. et famulo tuo regi nostro N. ad optinendam anime corporisque salutem. et ad peragendum iniunctum officium te largiente usquequaque proficiant. Per eundem.[6]

†*Aliud secretum pro rege et regina.*

Suscipe domine preces et hostias ecclesie tue pro salute famuli tui regis nostri .N. et regine nostre .N. et proteccione fidelium populorum supplicantis. ut antiqua brachii tui te operante miracula superatis inimicis : secura tibi seruiat christianorum libertas. Per dominum.

Prefacio.†

*Eterne deus. Qui es fons

[1] rubro : O.
[2] rinocerotis : O.
[3] nostrum ihesum christum filium : *add.* O.
[4]—[4] *omit.* O.
[5] *om.:* B. *added in m.* regressus regis etc. ad sedem : W.[2] *in m.*
[6] dominum : *add.* W.[2] B. dominum nostrum iesum christum filium tuum : *add.* O.
†—† *omit.* O.
— Musical notation above these words in W.[1] O.

inmarcessibilis lucis. et origo perpetue bonitatis. regum consecrator. bonorum omnium/ attributor. dignitatum- [fo. 219. que[1] largitor. Cuius ineffabilem clemenciam uotis omnibus exoramus ut famulum[2] tuum[3] .N.[4] quem[5] regalis dignitatis[6] fastigio uoluisti sublimari. sapiencie ceterarumque uirtutum ornamentis facias decorari. Et quia tui est muneris quod regnat tue sit pietatis quo id feliciter[7] agat quatinus in fundamento spei. fidei. caritatisque fundatus[8] peccatorum labe abstersus[9] de uisibilibus et inuisibilibus hostibus triumphator[10] effectus[11] subiecti populi augmento prosperitate et securitate exhilaratus.[12] Cum eis mutua dileccione connexus[13] et transitorii regni gubernacula inculpabiliter teneat. et ad eterni[14] infinita gaudia te miserante perueniat.[15] Per christum dominum nostrum.*/ [fo. 219. b.

[1] dignitatemque : B.

[2] famulam : *written above line in* W.[1]

[3] tuam : *written above line in* W.[1]

[4] The musical notes here are in red. O. has them in black. The letters indicating the feminine gender in W.[1] are in handwriting of the time of Henry VIII. W.[2] and B. and O. have them not.

[5] quam : *written above line in* W.[1]

[6] dignitas : W.[2] B. *altered into* dignitatis : *in* W.[2] *in* 17*th century hand.*

[7] fideliter : W.[2] B. *altered in margin to* feliciter *in* B. : *underlined with black and altered in* W.[2] *in* 17*th century hand.*

[8] fundata : *written above line in* W.[1]

[9] abstersa : *written above line in* W.[1]

[10] triumphatrix : *written above line in* W.[1]

[11] effecta : *written above line in* W.[1]

[12] exhilarata : *written above line in* W.[1]

[13] connexa : *written above line in* W.[1]

[14] et : *inserted above line* : O.

[15] ~~peruenita~~ : B. *Altered to* perueniat *in margin.* O.

[1]*Sequetur ante* Agnus dei[2] *benediccio super regem et populum.*[1]

OMnipotens deus karismatum suorum uos locupletet iocunditate. et regem nostrum ecclesiastice pacis perfrui faciat tranquillitate. Amen.

Angelum sanctum suum ubique ei custodem tribuat et defensorem. tamque uobis quam et sibi uirtutum sanctarum conferat uigorem. Amen.

Ambitum regni sui in diebus eius[3] pax circumdet honesta. et quocunque se uertetur aduersariorum uis eneruetur infesta. omnisque in uobis religio habundet modesta. Amen.

Quod ipse prestare. †*Dum*[4] *canitur* Agnus dei *accepto osculo pacis a pontifice missam celebrante is qui librum euuangelii ante detulerat deferet pacem regi et regine in soliis*[5] *suis residentibus. Osculo autem pacis a rege et regina accepto. decendentes rex et regina de soliis suis. et accedentes humiliter ad altare percipient*[6] *corpus et sanguinem domini de manu archiepiscopi uel episcopi missam celebrantis. Corpore uero domini a rege recepto. ministrabit ei uinum ad utendum post percepcionem sacramenti abbas westmonasterii. uel is qui uicem eius pro tempore gerit prout dictum*

[1]—[1] *Sequitur benedictio sollennis super regem et populum ante* Agnus dei. O.

[2] benediccio super Regem et populum : W.[2] *in m.*

[3] suis : W.[2] B. *underlined and altered in margin* W.[2] *to* eius. *in* 17*th century hand.*

†—† *omit.* O.

[4] Agnus dei : W.[2] *in m.*

[5] Delacio pacis Regi et regine : W.[2] *in m.*

[6] communicacio regis ante altare : W.[2] *in m.*

OF MEDIAEVAL ST
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

est de calice lapideo de regalibus[1] *ac eciam regine post regem de eodem calice predictus abbas ministrabit in signum uidelicet unitatis. Quia sicut in christo sunt una caro federe coniugali. sic eciam de uno calice participare debent. Perceptis tam a rege quam a regina corpore et sanguine christi ad dicta solia redibunt inmediate. Quibus in sedibus suis residentibus incipiatur a cantoribus.*†

Communio.

INtellige clamorem meum intende uoci oracionis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine.

Postcommunio.[2]

HEc nos domine communio purget a crimine. et famulum tuum .N. regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis. quatinus. et ecclesiastice pacis optineat tranquillitatem./ [fo. 220. et post istius temporis decursum ad eternam perueniat hereditatem. Per.[3]

[4]*Alia postcommunio* [5]*pro rege et regina.*[5]

PResta quesumus omnipotens deus. ut per hec misteria que sumpsimus rex noster .N. et regina nostra .N. et populus christianus semper racionabilia meditantes. que tibi sunt placita.

[1] de calice lapideo : W.[2] *in m.*

— Musical notes above these words in W.[1] O. *Communio : add.* W.[2] *in m.*

[2] postcommunio : W.[2] *in m.*

[3] dominum : *add.* W.[2]

[4] *Finit consecratio regis.* O. This is the end of the Coronation of the King in O. The Coronation of the Queen : *Die quo regina,* etc., on fo. 1 of O. is added in another hand. *Ad benedictionem regine* begins on fo. 80. b. of O.

[5]—[5] *om.* W.[2] B.

et dictis exequantur et factis. Per dominum.

Expleta[1] *missa descendet rex et regina de soliis suis et procedent ad magnum altare. pontificibus. et magnatibus ipsos concomitantibus. Qui mox ad altare cum peruenerint. dictus pontifex qui missam celebrauit in eisdem uestimentis quibus fuerat pontificaliter prius indutus. altaris ministris ut prius indutis cum ceroferariis et thuriferariis reuerenter ipsum precedentibus usque ad feretrum sancti edwardi*[2] *est deuote incessurus. rege et regina suis indutis regalibus cum dictis pontificibus et proceribus dictum episcopum subsequentibus. Quo cum peruenerint ante altare dicti feretri*[3] *dictus episcopus deponet coronas de capitibus eorum. ponetque eas super altare prefatum.*

Deinde magnus camerarius[4] *anglie exuet regem regalibus antedictis que per dictum camerarium singillatim sicut a rege auferuntur tradentur abbati westmonasterii uel*[5] *uicem eius agenti ut sepius prescriptum est super dictum altare reponenda. Eritque ibi locus clausus*[6] *iuxta altare cum curtinis per regios ministros preparatis*[7] *in quo rex de suis ut predictum est exutus regalibus usque ad tunicam sericam et camisiam. ac caligas re-*

[1] Descensus Regis etc. usque magnum altare : W.[2] *in m.*

[2] Incessus Regis ad feretrum sancti Eadwardi : W.[2] *in m.*

[3] deposicio coronarum : W.[2] *in m.*

[4] Camerarius magnus Anglie exuit Regem etc. : W.[2] *in m.*

[5] *om.* B.

[6] locus clausus iuxta altare : W.[2] *in m.*

[7] *preparat.s.* sic W.[2] B. *altered in* B. *to* preparatus.

gales et sandaria a dicto magno camerario aliis uestibus[1] *de nouo erit reindutus. Regina interim coram dicto altari*[2] *regem expectante. deponet eciam rex dictas caligas et sandaria que a dicto camerario predicto abbati westmonasterii uel locum eius tenenti integre restituantur. et aliis caligis et sandariis induetur a camerario prefato.*

Rex igitur ut predictum est aliis uestibus honorifice reindutus procedet humiliter[3] *ad altare feretri antedicti. Quo cum aduenerit dictus archiepiscopus siue episcopus reuestitus eodem modo quo fuerat quando missam celebrauit alias coronas capitibus regis et regine*[4] *reuerenter imponet. Qui sic a dicto pontifice coronati. et sceptra*[5] *tantum de regalibus in manibus portantes a dicto feretro| per magnum altare et* [fo. 220. b. *dictum pulpitum ascendentes per medium chori eadem uia qua uenerant in ecclesiam prenominatis comitibus predictos*[6] *gladios coram rege deferentibus cum magna gloria sunt reuersuri. Et sciendum quod exterius indumentum quo dictus rex illo die ante coronacionem fuerat indutus. pertinet ad monachum qui habet protunc custodiam uestibuli dicti monasterii. Et prouidebitur illo die conuentui westmonasterii per regios ministros quod dictus conuentus*[1] *percipiet die eodem de rege centum similas et*[2] *modium uini aceciam de piscibus quantum conuenit dignacioni regali. Quid uero sit modius uini et que mensura ex uerbis papie in suo elementario in M. littera hac diccione. modius et in s. littera hac diccione. sextarium. manifeste declaratur. Dicta uero sceptra*[3] *liberabuntur statim finito prandio. et rege thalamum ingresso abbati westmonasterii siue alio monacho ad hoc assignato per manus dictorum regis et regine ut una cum aliis regalibus in dicto monasterio prout per* [*bullas papales*[4]] *et regum cartas ac antiqua et semper obseruata consuetudine plenius habetur quod sit locus regie institucionis et coronacionis. aceciam repositorium regalium insignium inperpetuum. Sub hac enim racione in rescriptis* [*papalium*][5] *priuilegiorum*[6] [*et*][7] *regalium cartarum ecclesia prefata*[8] *silicet ecclesia beati petri westmonasterii dyadema regni nominatur. capud pariter et corona tanquam ea que sola inter ceteras anglie ecclesias speciali prerogatiua prefulget.*[8]

Seruit[9] *ea die de senescallia*

[1] Camerarius reinduit Regem : W.[2] *in m.*

[2] altare : W.[2] B.

[3] processus Regis ad altare feretri etc. : W.[2] *in m.*

[4] Imposicio alterius corone capiti Regis : W.[2] *in m.*

[5] Sceptrum : W.[2] *in m.*

[6] comites ut prius : W.[2] *in m.*

[1] Conuentus habet illo die de Rege : W.[2] *in m.*

[2] *uidelicet iiij. viii. lagenas uini. added in lower margin of* W.[1] *added in m. of* W.[2] *in 17th century hand.*

[3] deliberacio sceptrorum : W.[2] *in m.*

[4] *erased in* W.[1] W.[2] *but rewritten in* W.[2] *untouched in* B.

[5] *erased in* W.[1] W.[2] *rewritten in* W.[2] *untouched in* B.

[6] *erased in* W.[2] and *rewritten.*

[7] erased in W.[1] untouched in W.[2] B.

[8]—[8] *uncia auri est xl. s. In lower margin of* W.[1] *Follows in smaller hand: quam habebit precentor quocies rex in ecclesia coronam extiterit.*

[9] domini seruientes in die etc. W.[2] *in m.*

comes leycestrie licet comes Norfolchie illud sibi uendicauerit obsequium.

De mappario seruiet N. de hastyng qui extractas post prandium mappas tanquam suas recipiet.

Salarium et cultellos apponet N. de bello campo de dumelye cuius est officium panetrie. De officio pincernarie seruiet comes de Arundel.| [fo. 221.

[The following form for crowning the queen is given twice in O. On fo. 1. are the rubrics in full, but only the first few words of the prayers. On fo. 80 b. *et seqq.* the prayers are given in full with a shortened form of the rubrics]

[1] *DIe quo regina sola coronanda est conueniant in palacio regali apud westmonasterium prelati et nobiles regni. et ordinetur processio per archiepiscopos*[2] *episcopos. prelatos abbatem*[3] *et conuentum westmonasterii in capis sericis et aliis que processionis requirunt honorificenciam. et sic induti processionaliter regine coronande occurrant in palacio antedicto.*

Que quidem regina induta erit tunica et ciclade cum fimbria longa et defluenti. que quidem tunica et ciclas unius erunt coloris uidelicet purpurei et unius texture sine aliquo opere alio arteficiali desuper intexto. capite nudato. laxatos circa humeros decenter habens crines. gestabitque circulum[4] *aureum gemmis ornatum. ut honestius crines capiti eius constringantur.*

Hanc sic ornatam precedet rex regalibus suis indutus [5] *si presens esse placuerit.*[5] *Tunc subsequentur duo magnates. quorum primus precedens portabit sceptrum regine. alius uero regine gestabit coronam quos subsequetur*[6] *regina. quam reuerenter hinc inde sustentabunt duo episcopi ad hoc per regem assignati. Et erunt ibi barones quinque portuum qui pannum sericum quadratum ac purpureum qui alias umbraculum nominatur quatuor hastis deargentatis sus-*

[1] *Modus et forma coronacionis Regine.* O.
[2] *archiepiscopus:* B. *altered in m. to: archiepiscopos.*
[3] *abbate:* W.[2] B. *in* B. *altered in m. to: abbates.*
[4] *circu*: B. *altered in margin to: circuium.*
[5]—[5] *omit.* O.
[6] *subsequitur:* B.

tentatum cum quatuor campanellis[1] *argenteis et deauratis ultra regem incedentem quocumque ierit gestabunt ad quamlibet hastam quatuor assignati pro diuersitate portuum ne uideatur portus portui preferri. Eodem modo ultra reginam coronandam a totidem baronibus portabitur pannus consimilis cum totidem hastis et campanellis aliis consimilibus.*

Pannum uero stragulatum prosternendum sub uestiis[2] *regis et regine incedencium ab aula uel camera sua usque in pulpitum infra ecclesiam westmonasterii sterni faciet qui habet officium elemosinarie regie in regum et reginarum coronacionibus ab antiquo. Pars*/ *autem* [fo. 221. b. *panni illius que est in ecclesia semper cedet in usus sacriste loci et reliqua pars tota extra ecclesiam distribuetur pauperibus per manus dicti elemosinarii.*

Hiis sic ordinatis et dispositis regem et reginam processionaliter ad ecclesiam ducant. Ad cuius ecclesie introitum ab archiepiscopo siue episcopo reginam coronaturo dicetur[3] *super eandem reginam coronandam hec oracio.*[4]

OMnipotens sempiterne deus fons et origo tocius bonitatis qui feminei sexus fragilitatem nequaquam reprobando auertis. sed dignanter comprobando pocius eligis. et qui infirma mundi eligendo forcia queque confundere decreuisti. quique eciam glorie uirtutisque tue triumphum in manu iudith femine olim iudaice plebi de hoste seuissimo designare uoluisti: respice quesumus ad preces humilitatis nostre. et super hanc famulam tuam .N. quam supplici deuocione in reginam eligimus benedic✠[1] cionum tuarum dona multiplica. eamque dextera tue potencie semper et ubique circumda. sitque umbone[2] tui numinis undique firmiter protecta. quatinus uisibilis seu inuisibilis hostis nequicias triumphaliter expugnare ualeat. et una cum sara atque rebecca. lya.[3] rachel. beatisque reuerendis feminabus fructu uteri sui fecundari. seu gratulari mereatur ad decorem tocius regni. statumque sancte dei[4] dei ecclesie regendum per christum dominum nostrum. qui ex intemerate marie beate uirginis aluo nasci. uisitare ac renouare hunc dignatus est mundum. Qui tecum uiuit et gloriatur deus in unitate spiritus sancti per inmortalia secula seculorum amen.

Oracione hac finita procedent rex et[5] *regina ut primitus incedebant processionaliter per medium chori usque in pulpitum. quo cum ascenderint residebit rex regalibus amictus in sede regali sibi preparata.*

Regina uero procedet ad gradus magni altaris predictis duobus

[1] campanulis: O.

[2] *sic* W.[1] *altered above line to: vestigiis. uestigiis:* W.[2] B. O.

[3] *dicitur:* W.[2] B. *altered in* W.[2] *in* 17*th century hand to:* dicetur.

[4] *Ad benedictionem siue consecrationem regine dicetur ab episcopo ad ingressum ecclesie. Oratio.* O. fo. 80.b.

[1] ✠ *om.* O.

[2] vmbo.nis. est medium scuti sicut vmbilicus est corporis et ponitur hic pro scuto: *added in lower margin* O.

[3] lira: W.[2] B. *underlined in* W.[2] and *altered in m. in* 17*th century hand to:* Lya.

[4] *dotted underneath. om.* W.[2] B. O.

[5] *om.* B.

episcopis ipsam interim sustentantibus. que cum ante gradus magni[1] *altaris peruenerit. prosternet se super tapeta et quissinos prius ibidem per regios ministros honeste preparatos. super quam ita| solo prostratam dice-* [fo. 222. *tur ab archiepiscopo siue episcopo* [2]*reginam coronaturo*[2] *hec oracio.*

[3] DEus qui[4] solus habes inmortalitatem. lucemque inhabitas inaccessibilem. cuius prouidencia in sua disposicione non fallitur. qui fecesti[5] que futura sunt. et uocas ea que non sunt.[6] qui superbos equo moderamine de principatu deicis. atque humiles dignanter in sublime prouehis ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus. ut sicut[7] reginam hester causa iudaice salutis de captiuitatis sue compede solutam. ad regis assueri thalamum. regnique sui consorcium transire fecisti. ita hanc famulam tuam .N. humilitatis nostre benedic✠[8]cione christiane plebis gracia salutis ad dignam. sublimemque regis nostri copulam misericorditer transi[9] concedas. ut in regalis federe coniugii semper manens pudica. proximam uirginitati palmam continere queat. tibique deo uiuo et uero in omnibus et super omnia iugiter placere desideret. et te inspirante que tibi placita sunt. toto corde perficiat. Per dominum.[1]

[2]*Terminata autem hac oracione eriget se regina et genuflectet. super cuius uerticem effundetur sanctum crisma in modum crucis* [3]*dicente episcopo.*[3]

In nomine patris.[4] ✠ et filii ✠ et spiritus sanc✠ti.[4] Prosit tibi hec unccio olei in honorem et confirmacionem eternam in secula seculorum. amen.

Tunc subsequetur[5] *oracio.*

OMnipotens sempiterne deus affluentem spiritum tue bene✠[6]diccionis super famulam tuam nobis orantibus propiciatus infunde: ut que per manus nostre imposicionem hodie regina instituitur sanctificacione tua digna et electa permaneat ut numquam postmodum de tua gracia separetur indigna. Per dominum.[7]

[8]*Tunc detur ei anulus* [9]*ab eodem episcopo*[9] *dicente.*

ACcipe anulum fidei. signaculum sinceritatis. quo possis omnes hereticas[10] prauitates de-

[1] *magnus:* B.
[2]—[2] ipsam consecraturo: O.
[3] *Item alia benedictio eiusdem coram optimatibus ante altare dicenda.* Dominus uobiscum. *Oratio: add.* O. (at fo. 81. b.).
[4] qui: *inserted above* O.
[5] fecisti: W.[2] B. O.
[6] tanquam ea que sunt: *add.* O.
[7] sicut: *inserted above:* O.
[8] *cross above n:* O.
[9] *sic*: in W.[1] *originally* transre, *the* e *has been erased and the* r *changed to* i. transire: W.[2] B. O.

[1] nostrum: *add.* W.[2] B.
[2] *Hic effundatur oleum sanctum super uerticem eius in modum crucis dicente episcopo.* O. (at fo. 82).
[3]—[3] *episcopo dicente:* O. (at fo. 1.)
[4]—[4] et cetera: W.[2] B. Three crosses added above line in 17th century hand. W.[2] *om. crosses:* O.
[5] *subiungetur:* O.
[6] *omit cross:* O.
[7] nostrum: *add.* B.
[8]—[8] *Hic detur anulus dicente episcopo.* O. (at fo. 82.)
[9]—[9] *eodem ab episcopo:* O. (at fo. 1.)
[10] hereditas: B. *altered in margin to* hereticas.

uitare. et barbaras gentes uirtute dei premere. et ad agnicionem ueritatis aduocare.[1]

Sequatur oracio.

Dominus uobiscum.[2]

[3]DEus cuius est omnis potestas. et dignitas da famule tue .N. signo/ tue[4] [fo. 222. b. fidei prosperum sue dignitatis effectum. in qua tibi semper firma maneat[5] tibique iugiter placere contendat. Per dominum.[6]

[7]*Sequetur*[7] *benediccio corone* [7]*ab eodem presule.*[7]

Oracio.

DEus tuorum corona fidelium. qui in capitibus eorum ponis coronam de lapide precioso. bene✠dic et sancti✠fica coronam istam. quatinus sicut ipsa diuersis preciosisque lapidibus adornatur. sic famula tua gestatrix ipsius multiplici preciosarum uirtutum munere [8]tua largiente[8] gracia repleatur. Per.[9]

†*Deinde imponatur*[11] *corona capiti regine*[12] *ab eodem episcopo dicente.*[12] †

[1] *hic est :* W.[2] *in m.* peruenire : O. *in m.*
[2] *Deinde subsequetur ista oratio :* add. O. at fo. 1.
[3] *Oratio : add.* O. at fo. 82. b. [4] tuo : O.
[5] manet : W.[2] B. *altered in margin to* maneat. W.[2] B.
[6] *om.* O. nostrum : *add.* B.
[7]—[7] *om.* O. at fo. 82. b.
[8]—[8] largitate : W.[2] B. *altered in 17th century hand in* W.[2] *to* largiente : *altered in margin* of B. to : tua largiente.
[9] *om.* B. dominum : *add.* O.
†—† *Cum corona capiti eius imponitur : dicatur.* O. at fo. 83. *Postmodum benedicetur corona ab eodem presule dicente.* O. at fo. 1.
[11] *ponatur :* W.[2] B.
[12]—[12] *dicente episcopo :* W.[2] B. *In margin of* W.[2] *is* ab eodem episcopo dicente *in 17th century hand.*

ACcipe coronam glorie. honorem iocunditatis ut splendida fulgeas. et eterna exultacione coroneris.

[1]*Tunc subinferet*[2] *pontifex hanc oracionem.*[1]

OFficio nostre indignitatis in reginam sollempniter benedicta accipe coronam regalis excellencie. que licet ab indignis. episcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur unde sicut exterius auro et gemmis [3]redimita enites. ita et interius auro sapiencie. uirtutumque gemmis[3] decorari contendas. quatinus post occasum huius seculi cum prudentibus uirginibus sponso perhenni domino nostro ihesu christo digne et laudabiliter occurrens regiam celestis aule merearis ingredi ianuam. Auxiliante domino nostro ihesu christo qui cum deo patre et spiritu sancto uiuit et regnat per infinita [4]secula seculorum.[4] Amen.

[5]*Et tradendo ei sceptrum dicat hanc oracionem.*[5]

OMnium domine. fons bonorum et cuntorum[6] dator profectuum[7] tribue famule tue. N. adeptam bene regere dignitatem. et a te sibi prestitam bonis operibus coroborare gloriam. Per dominum.[8]

[1]—[1] *Item alia oratio.* O. at fo. 83.
[2] *subinferat :* W.[2] B.
[3]—[3] *om.* O.
[4]—[4] seculorum secula : W.[2] B.
[5]—[5] *Sequatur oratio.* O. at fo. 83.
[6] cunctorum : W.[2] B. O.
[7] perfectuum : W.[2] B. *altered in 17th century hand in* W.[2] *to* profectuum.
[8] nostrum : *add.* B. *Finit consecratio regine. add.* O. at fo 83. b.

Coronata autem regina sceptrumque in dextra ferens a predictis duobus episcopis honorifice ducetur ad solium sibi ex parte regis sinistra preparatum choro interim hunc ympnum Te deum.[1] *sollempniter concinnente.*

Statim ympno finito incipiatur officium misse. et post offertorium eiusdem misse procedent rex et regina coronati ad offerendum deinde ad sedes suas reuertentur. ibique continue usque ad[2] *finem misse residebunt.*

Completa tandem missa. et omnibus rite peractis/ [fo. 223. *prefati duo episcopi unus a dextris et alius a sinistris reducent reginam coronatam. et sceptrum in manu dextra ferentem ab ecclesia usque in thalamum siue aulam*[3] *precedente regem et reginam ordinata processione si comode fieri poterit.* [fo. 223. b.

[1] laudamus : *add.* W.[2] B. O.
[2] in : O.
[3] *aula :* W.[2] *altered in* 17*th century hand to : aulam. aule :* B. *altered in margin to : aulam.*

De exequiis regalibus cum ipsos ex hoc seculo migrare contigerit.

CUm rex inunctus migrauerit ex hoc seculo. Primo a suis cubiculariis corpus eiusdem aqua calida siue tepida lauari debet. Deinde balsamo. et aromatibus unguetur per totum. Et postea in panno lineo cerato inuoluetur. Ita tamen quod facies et barba illius tantum pateant. Et circa manus et digitos ipsius dictus pannus ceratus ita erit dispositus ut quilibet digitus cum pollice utriusque manus singillatim insuatur per se acsi manus eius cirotecis[1] *lineis essent operte.* [2]*De cerebro tamen et uisceribus caueant cubicularii predicti.*[2] *Deinde corpus induetur tunica usque ad talos longa et desuper pallio regali adornabitur. Barba uero ipsius decenter componetur super pectus illius. Et postmodum capud cum facie ipsius sudario serico cooperietur ac deinde corona regia aut dyadema capiti eiusdem apponetur. Postea induentur manus eius cirotecis*[3] *cum aurofragiis ornatis. et in medio digito dextre manus imponetur anulus aureus aut deauratus. Et in dextra manu*[4] *sua ponetur pila rotunda deaurata in qua uirga deaurata erit fixa a manu ipsius usque ad pectus protensa in cuius uirge summitate erit signum dominice crucis quod super pectus eiusdem principis honeste debet collocari. In sinistra uero manu sceptrum deauratum habebit usque ad*

[1] ceroticis : O. (at fo. 194 b.).
[2]—[2] *added in margin* O.
[3] ceroticis : O.
[4] *manus :* B.

aurem sinistram decenter protensum. ac postremo tibie et pedes ipsius caligis sericis et sandaliis induentur.

Tali uero modo[1] *dictus princeps adornatus cum regni sui pontificibus et magnatibus ad locum quem pro sua sepultura*[2] *eligerit cum omni reuerencia deferetur. et cum exequiis regalibus honestissime tradetur sepulture.*/ [fo. 224.

[1] *modi:* B.
[2] prius: *add.* O.

In natali sancti siluestri [pape][1] *officium.*

SAcerdotes tui.

Oracio.

DA quesumus omnipotens deus ut beati siluestri confessoris tui atque pontificis uenerand a sollempnitas et deuocionem nobis augeat et salutem. Per.

Epistola.

PLures facti sunt.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

Euuangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

INueni dauid seruum.

Secretum.

SAncti siluestri confessoris tui atque pontificis quesumus domine pia supplicacione munus oblatum fiat nobis salutare. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

SUmptum domine celestis remedii sacramentum. ad perpetuam nobis prouenire graciam intercessio beati siluestri confessoris tui atque pontificis optineat. Per.

In octauis sancti stephani officium.

ETenim sederunt.

[1] erased.

Cetera omnia fiant sicut in die preter euuangelium quod erit.

DIcebat ihesus. *Require in communi plurimorum martirum.*

In commemoracione eiusdem. oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui primicias martirum in beati leuite stephani sanguine dedicasti : tribue quesumus ut pro nobis intercessor existat qui pro suis eciam persecutoribus exorauit. dominum nostrum ihesum christum.

In octauis sancti Iohannis et sanctorum innocencium. omnia fiant sicut in die.

In uigilia sancti Regis Eduuardi et confessoris officium.

OS iusti.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui donasti beatissimo regi eduuardo gloriam terrene potestatis in diuinum conuertere amorem : tribue nobis quesumus ex eius inuitacione pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

IUstus ut palma. Alleluya. ℣. Posuisti domine.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SAcrificii presentis oblacionem quesumus domine beati regis Eduuardi pia commendet intercessio. ut in cuius ueneracione suscipitur ipso interueniente ad gaudia eterna suscipi mereamur. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

PIgnus perpetue salutis sumentes. clemenciam tuam omnipotens deus humiliter/ imploramus ut beato [fo. 225. rege edwardo confessore tuo interueniente celestis uite premia consequi mereamur. Per dominum.

In natali sancti Eduuardi Regis et confessoris officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore eduuardi regis de cuius sollempnitate gaudent angeli. et collaudant filium dei. *Ps.* Domine in uirtute.

Oracio.

DEus qui hodierna die beatissimum regem eduuardum eternitatis gloria et honore coronasti : fac nos quesumus ita eum uenerari in terris. ut cum eo semper regnare possimus in celis. Per.

Epistola.

BEnediccio domini. *Require in communi unius confessoris*

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Sequencia.

LEtetur ecclesia recolens magnalia sancti regis eduuardi. Precinctis[1] hec curia eius in memoria psallat melo concordi. Ecce presens nos inuitat qui nos regit qui nos ditat tot bonorum copia. Cuius uita nobis formam et uiuendi monstrat normam uirtutum per opera. De regali stirpe satus deo gratus ei datus est ab annis teneris. Regno pollens regum heres ad hoc uiuit ut coheres christi sit in superis. Sponsam ducit nec deflorat christum uidet et adorat in figura hominis. Dormientes septem uiri latus mutant signum diri rex prophetat ominis. Hic dacorum regem mersum. et ad sua mox reuersum prospicit excercitum. Excusare dum se querit comes offe gustu perit sceleris ob meritum. Nullum uides nullum legis qui sit in persona regis ut edwardus humilis. Qui contractum non abiecit sed portando sanum fecit pauperem rex nobilis. Mirum est de baculo mirum et de anulo regi reportato. Mira sunt et alia que narrat hystoria de rege beato. Lege lata pace data uergens rex in senium. Uirgo mansit sicque transit ad celi palacium. Ergo noster aduocate rex in astris coronate audi preces supplicum. Ad te clamat hec caterua tu nos rege tu hoc serua tuum habitaculum. AmeN.

Euuangelium.

FActa est contencio. *Require in serie unius apostoli.*

CRedo in unum.

[1] *sic. for* precunctis.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

SAcris altaribus assistentes nos domine quesumus spiritus sancti luce perfunde. ut quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus nobis/ ipso interueniente fiat reme- [fo. 225. b. dium salutare. Per.

Communio.

MAgna est. *Require in uigilia unius apostoli.*

Postcommunio.

UItalis alimonie conuiuio saginati quesumus domine deus noster : ut beati regis eduuardi confessoris tui suffragantibus meritis celestis conuiuii mereamur esse participes. Per.

Sancti wlsini episcopi et confessoris oracio.

OMmnipotens[1] sempiterne deus. qui nos hodierna sollempnitate sancti pontificis tui wlsini festiue exhillaras : da quesumus ut tanti patroni presidiis foueamur in terris. de cuius societate celestes ciues exultant in celis. Per dominum. *Require secretum et postcommunionem in serie unius pontificis.*

Sancti hillarii episcopi et confessoris officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui uenerabilem beati hillarii confessoris tui atque

[1] *sic.*

pontificis festiuitatem sollempniter recurrentem populo tuo dedicasti: concede nobis ut quod in eius honore deposcimus. eo suffragante consequi mereamur. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

HOstias tibi domine pro festiuitate sancti hillarii confessoris tui atque pontificis offerimus suppliciter deprecantes ut sicut illi prebuisti sacre fidei claritatem. sic nobis indulgenciam largiaris et pacem. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SUmptum domine pignus redempcionis eterne. sit nobis quesumus interueniente beato confessore tuo hillario atque pontifice. uite presentis auxilium pariter et future.

Sancti felicis in pincis. officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

COncede quesumus omnipotens deus: ut ad meliorem

uitam sancti felicis confessoris tui exempla nos prouocent. quatinus cuius sollempnia celebramus eciam actus imitemur et intercessione adiuuemur. Per.

Epistola.

IUstus cor suum.

Gradale.

IUrauit dominus. Alleluya. ℣. Disposui testamentum.

Euuangelium.

QUi nos audit.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

HOstias tibi domine beati felicis dicatas meritis benignus assume. et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Communio.

POsuisti domine.

Postcommunio.

TUa sancta sumentes domine suppliciter deprecamur ut cuius celebramus sollempnitatem/ senciamus protec- [fo. 226. cionem. Per.

Sancti Mauri abbatis officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem beati mauri confessoris tui atque abbatis sacro transitu consecrasti: concede nobis propicius: in offensis per eius instituta gressibus pergere. ut eiusdem in

regione uiuencium mereamur gaudiis admisceri. Per.

Epistola.

IUstus cor.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SUper hec sacrosancta libamina assit quesumus omnipotens pater tue benediccionis copia. et beati mauri interuenientibus meritis sint ad remedium fidelibus cunctis.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

ASsit clementissime deus tue familie tue miseracionis propiciacio. et beati mauri confessoris tui atque abbatis intercessione hec sancta que indigni sumpsimus ad salutem esse concede. Per.

Sancti Marcelli Martiris. Officium.

STatuit.

Oracio.

PReces populi tui quesumus domine clementer exaudi et beati marcelli martiris tui atque pontificis meritis adiuuemur. cuius passione letamur. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Elegit te dominus.

Euuangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

UT nostre saluti munera oblata proficiant sancti marcelli martiris tui atque pontificis quesumus domine intercessio salutaris optineat. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut sacramenti tui participacione uegetati sancti quoque marcelli martiris tui atque pontificis precibus adiuuemur. Per.

De sancto Furseo confessore. Oracio.

DEus qui beatum confessorem tuum furseum tui nominis sanctissimi predicatorem effecisti deuotum : concede propicius. ut eius interuencione preclara. in celestibus mereamur ascribi cum sanctis. Per.

Secretum.

MUnera tibi quesumus domine oblata sanctifica. et intercedente pro nobis beato furseo confessore tuo per hec omnes scelerum nostrorum placatus maculas absterge. Per.

Postcommunio.

SUmpsimus domine doni celestis sacramenta uotiua. presta patroni nostri interuentu fursei ut nobis prosint et contra inimicorum iacula et ad uitam capescendam eternam. Per./[fo. 226. b.

Sancte Prisce uirginis et martiris. Officium.

LOquebar de testimoniis.

Oracio.

DA quesumus omnipotens deus ut qui beate prisce martiris tue natalicia colimus. et annua sollempnitate letemur. et tante fidei proficiamus exemplo. Per.

Epistola.

DOmine deus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum. decem.

Offertorium.

FIlie regum.

Secretum.

MUnera nostra quesumus domine gratanter assume et per interuencionem beatissime prisce martiris tue. omnium corda ad cultum uere religionis conuerte. Per.

Communio.

FEci iudicium.

Postcommunio.

ADiuuent nos quesumus domine et hec misteria sancta que sumpsimus et beate prisce martiris tue intercessio ueneranda. Per.

Sancti wlstani episcopi et confessoris officium.

STatuit ei.

Oracio.

SPiritum in nobis domine tue caritatis infunde. ut intercedente beato wlstano confessore tuo atque pontifice. tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdo.[1] Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

SUscipe quesumus domine simplicis familie tue munus oblatum et quod rea sperare non audet consciencia intercedente beato wlstano tua nobis largiatur indulgencia. Per.

Communio.

BEatus seruus.

[1] *Sic.*

Postcommunio.

SAlutaris tui domine misterio saciati. supplices exoramus clemenciam tuam: ut pro nobis eius non desit oracio. cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per.

Sanctorum martirum fabiani et sebastiani officium.

INtret in conspectu.

Oracio.

DEus qui beatos martires tuos fabianum et sebastianum uirtute constancie in passione roborasti: ex eorum nobis imitacione tribue. pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per.

Epistola.

SAncti per fidem.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. ℣. Uox exultacionis.

uel Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium.

DEscendens ihesus.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

ACcepta sit in conspectu tuo domine nostre deuocionis oblacio. et eorum nobis fiat supplicacio salutaris pro quorum passione defertur. Per.

Communio.

MUltitudo languencium.

Postcommunio.

SAcramentorum tuorum domine benediccione saciati et beatorum martirum tuorum fabia/ni et sebastiani gloriosa [fo. 227. confessione muniti: te suppliciter exposcimus ut per hec a cunctis uiciis emundemur. Per.

Sancte Agnetis uirginis et martiris officium.

ME expectauerunt.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut forcia queque confundas: concede propicius: ut qui beate agnetis martiris tue sollempnia colimus. eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

DIffusa est. Alleluya. ℣. Emulor.

Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

INteueniente quesumus domine beata agnete uirgine tua et martire hostiam quam tibi offerimus placatus suscipe et ipsius precibus celesti conuiuio nos dignos potenter effice. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

REfecti cibo potuque celesti deus noster te supplices exoramus ut in cuius hec ueneracione percepimus eius muniamur et precibus. Per.

Sancti Uincencii martiris officium.

LEtabitur iustus.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati uincencii martiris tui intercessione liberemur. Per.

Epistola.

BEatus uir qui in sapiencia.

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. ℣. Letabitur iustus.

Tractus.

BEatus uir.

Sequencia.

CHristo canamus diei huius pangendo gaudia. Martiris almi colendo uincencii preconia. Ortus ab yspania nobilitatis conspicue linea. Claruit sciencia claruit et facundioris gracia.

Sacre fidei edocendo misteria. Quam inmania tulit uite dispendia. Rimantur ungule costarum eius intima. Discerpunt uiscera membrorum soluunt uincula. Scissa cutis fusus sanguis os elisum. caro omnis lacera. Stat fidei perorator conualescit forcior ad singula. Confundatur daciani iudicis perfidia. Debachatur efferatus inmani seuicia. Captum iubet martirem mox applicari ad incendia. Crepitanti sale consperguntur prunis usta uiscera. Ille pia leuans ad deum lumina. Prestat in tormentis firma constancia. Deportatur denuo martir ad lectorum mollia. Set mox resoluta celos illius petit anima. Laus sit tibi deus martirum tuorum uictoria. Cuius ope tanta euicerunt et tot luctamina./ Aue martir predicande [fo. 227. b. nobis celi gaudia. supplicando impetra.

Euuangelium.

AMen amen dico uobis nisi granum.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

HOdiernum domine sacrificium letantes offerimus quo beati uincencii celestem uictoriam recensentes et tua magnalia predicamus. et nos adquisisse gaudemus suffragia gloriosa. Per.

Communio.

QUi michi ministrat.

Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus. ut qui celestia alimenta percepimus. intercedente beato uincencio martire tuo per hec contra omnia aduersa muniamur. Per.

Sancte Emerenciane uirginis officium.

LOquebar de testimoniis.

Oracio.

DEus qui sancte Emerenciane uirginis tue animam in celestibus collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui. et ab omni semper aduersitate defendi. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum. thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SAcrificium quod tue offerimus magestati clementissime deus placatus suscipe et per merita beate emerenciane gloriose uirginis tue presentis et future uite felicitatem nobis concede. Per.

Communio.

SImile est regnum.

Postcommunio.

QUos celesti cibo domine saciasti dyabolicis non sinas insidiis lacerari. set intercedente beata emerenciana uirgine tua in regione uiuencium semper tribuas gratulari. Per.

In conuersione sancti Pauli apostoli. Officium.

LEtemur omnes in domino hodiernum diem sollempniter celebrantes qua beatus paulus conuersione sua presentem mundum decorauit. ℣. De illustracione sancte predicacionis et de conuersione beati pauli. ℣. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui uniuersum mundum beati pauli apostoli tui predicacione docuisti: da nobis quesumus ut cuius hodie conuersionem colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum. et peciit ab eo epistolas in damascum ad synagogas ut siquos inuenisset huius uie uiros ac mulieres uinctos perduceret iherusalem. Et cum iter faceret:/ [fo. 228. contigit ut appropinquaret damasco. Et subito circumfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit uocem dicentem sibi. Saule saule: quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego sum ihesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Domine: quid me uis facere. Et dominus ad eum. Surge et ingredere ciuitatem: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Uiri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti audientes

quidem uocem: neminem autem uidentes. Surrexit autem saulus de terra: apertisque oculis nichil uidebat. Ad manus autem illum trahentes: introduxerunt damascum: et erat ibi tribus diebus non uidens: et non manducauit neque bibit. Erat autem quidam discipulus damasci: nomine ananias. Et dixit ad illum in uisu dominus. Anania. At ille respondit. Ecce ego domine. Et dominus ad illum. Surgens uade in uicum qui uocatur rectus et quere in domum inde saulum nomine tharsensem. Ecce enim orat. Et uidit uirum ananiam nomine introeuntem et imponentem sibi manus ut uisum recipiat. Respondit autem ananias. Domine: audiui a multis de uiro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in iherusalem et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem dominus ad eum. Uade quoniam uas eleccionis est michi ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel. Ego enim ostendam illi: quanta oporteat eum pro nomine meo pati: Abiit ananias et introiuit in domum: et imponens ei manus dixit. Saule frater: dominus misit me ihesus qui apparuit tibi in uia: qua ueniebas: ut uideas et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squame: et uisum recepit. Et surgens. baptizatus est. Et cum accepisset cibum: confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant damasci: per dies

aliquot. Et continuo ingressus in synagogas: predicabat ihesum iudeis. quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant et dicebant. Nonne hic est/ qui [fo. 228. b. expugnabat in iherusalem omnes qui inuocant nomen istud. et huc ad hoc uenit ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmans: quia hic est christus.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Magnus sanctus paulus uas eleccionis uere digne est glorificandus.

Tractus.

DEsiderium anime. *Require in communi i.ius martiris.*

Sequencia.

DIxit dominus ex basan conuertam conuertam in profundum maris. Quod dixit et fecit saulum ut[1] strauit. paulum et statuit. Per uerbum suum incarnatum per quod fecit et seculum. Quod dum impugnat audiuit saule saule quid me persequeris. Ego sum ihesus durum est tibi ut recalcitres stimulo. A facie domini mota est terra contremuit que mox et quieuit. Dum cognito credidit domino paulus persequi cessat moxque[1] christianos. Hic lingua tuorum est canum ex inimicis rediens ad te deus. Dum paulus in ore omnium secretorum iura dat preceptorum. Docens crucifixum nec esse alium preter christum deum. Cum patre qui

[1] *Sic.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

regnat et sancto spiritu cuius testis paulus. Sic lingua sacerdotum more canis dum perlinxit legis et euuangelii duos molares in hiis contriuit. Corrosit uniuersas species medicinarum quibus curentur saucii reficiantur enutriendi. Quo docente deum. mare uidit et fugit iordanis conuersus est retrorsum. Quia turba gencium uiciorum rediens de profundo og rege basan confuso. Te solum adorat christe creatorem quem et cognoscit in terra uenisse redemptorem.

Euuangelium.

HOmo quidam erat diues qui habebat uillicum. *Require in dominica ix[a] post octauas pentecostes.*

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

APostoli tui pauli precibus quesumus domine plebis tue dona sanctifica. ut que tibi grata sunt tuo instituto. graciora fiant supplicantis patrocinio. Per.

Communio.

AMen dico uobis.

Postcommunio.

SAlutari refecti misterio quesumus omnipotens deus: ut qui hunc diem in beati pauli apostoli tui conuersione honorabilem haberi uoluisti nos quoque conuersos a uiciis in tua facias semper seruitute famulari. Per.

Eodem die sancti proiecti martiris. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

BEati martiris tui proiecti nos domine quesumus interuencio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur eius precibus assequamur. Per

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

ECce sacerdos./ Alle- [fo. 229. b luya. ℣. Disposui testamentum.

Euuangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SUuscipe[1] domine propicius oracionem nostram cum oblacionibus hostiarum superimpositis et beati proiecti martiris tui et episcopi deprecacione pietati tue perfice benignus acceptas. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

DA quesumus domine deus noster ut sicut beati proiecti martiris tui et episcopi sollempnitate presenti gratulamur misterio. ita perpetuo letemur aspectu. Per.

In natali sancti Iuliani episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

[1] *sic.*

757

Oracio.

DEus qui per ineffabile celestis misterii sacramentum sanctum iulianum confessorem tuum ad superna surrogasti presta fidelibus tuis ut qui eius laudamus meritum. senciamus supplementum. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Elegit te dominus.

Euuangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

ALtaria tua domine quesumus donis celestibus firmentur sanctique iuliani pontificis meritis. suffragantibus hec sancta commercia sanctificentur et diuina inspiracione ditentur ac sancti spiritus innouacione ad nostram salutem animarum uegetentur. Per dominum. In unitate.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

SAncte inmortalitatis alimonia recreati quesumus domine deus noster: ut sancti iuliani confessoris tui atque pontificis interuenientibus meritis transferamur ad uitam sine fine mansuram patrie celestis. Per.

758

In octauis sancte Agnetis officium.

UUltum tuum.

Oracio.

DEus. qui nos annua beate agnetis martiris tue sollempnitate letificas: da. propicius:[1] ut quam ueneramur officio eciam pie conuersacionis sequamur exemplo. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

DIffusa est. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

GRata tibi sint quesumus domine munera nostra quibus sancte agnetis martiris tue magnifica sollempnitas recensetur. Per.

Communio.

SImile est.

Postcommunio.

SUmpta domine sancta misteria nos interius exteriusque conseruent et intercedente beata agnete martire tua. presentem nobis comferant clemenciam et eternam. Per dominum.

[1] struck through with red line.

In natali sancte brigide uirginis officium.

DIlexisti.

Oracio./ [fo. 229. b.

CElorum atque terrarum conditor et gubernator opem[1] deus precanti populo tua succurre pietate et presta ut qui in honorem sancte brigide presentem diei huius gerimus sollempnitatem per ipsius suffragia perhenni misericordia tua pociamur. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti iusticiam. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum. decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

ECclesie tue quesumus domine preces et hostias beate brigide commendet oracio ut qui pro illius meritis magestatem tuam indefessam atque exorabilem humiliter imploramus eius precibus adiuti misericordiam tuam senciamus. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

SAlutis nostre leti libantes misteria concede nobis quesumus omnipotens deus ut per hec

[1] *sic, for* omnipotens.

sancta merita beate brigide uirginis tue. mereamur habere subsidium uite presentis. et gaudia celestis paradisi possidere. Per dominum.

In purificacione beate marie. Officium.

SUscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. *Ps.* Magnus dominus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus tuus hodierna die cum nostre carnis substancia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

Leccio malachie prophete.

HEc dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum et preparabit uiam ante faciam tuam. Et statim ueniet ad templum sanctum[1] suum dominator quem uos queritis: et angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit dicit dominus excercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios leui. Et conflabit eos quasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificium iuda et ieru-

[1] struck out with red line.

761

alem : sicut dies seculi et sicut nni antiqui./ Dicit do- [fo. 230. ninus : omnipotens.

Gradale.

SUscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secunum nomen tuum domine ita et laus ıa in fines terre. ℣. Sicut audiuiıus ita et uidimus in ciuitate dei ostri. Alleluya. ℣. Adorabo ad emplum sanctum tuum et confiteor nomini tuo.

Tractus.

NUnc dimittis seruum tuum domine. secundum uerbum tuum in ace. Quia uiderunt oculi mei. alutare tuum. ℣. Quod parasti. nte faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelacionem gencium t gloriam plebis tue israel.

Sequencia.

CLaris uocibus inclita cane turma sacra melodimata. Uox et mens ene conscia sonent nobis neupmata oncordia. Diuina robusto tetracorda lectro manus perite feriat. Resultet irtutum lira deo nunc dragmate lulcissona. Est armonia hec diuia sonore uirtutum liquidissimum. Iixta castitas est quas[1] intra homiıum coniugans[2] deo federa. Cuius ite consistoria sunt inmutabilia. Que mater es inuiolata uirgo que uerpera. Iccirco tua deum fuere igna ferre uiscera. Quem non elica neque terrea cuncta claudunt pacia. Uirginum o regina te caniıus maria per quam fulsere clara nundi lumina. Tu salus orbis alma. u celi porta facta per te seculo uita mni dedita. Celicis terrea tu iuncis diuinis humana. Paradisiaca per e nobis patet ianua. Adesto famu-

[1] *sic :* quasi *added in m.*
[2] *sic :* coniungens *added in m.*

762

lis piissima influa[1] iam suspende prece pericula. Audi fidelia precamina impetratam deferens celitus ueniam. Et quiete nobis temporum inclita. Hac in uita nostra dirige opera. Post. funera uranica nos duc ad habitacula. Quo letemur omnes una tecum per cuncta secula. Exclament nunc omnigena amen redempta.

Sanctum Lucam.

IN illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgacionis marie secundum legem moysi tulerunt ihesum in iherusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omnem masculinum adaperiens uuluam sanctum domino uocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus : expectans consolacionem israel. Et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto. non uisurum se mortem nisi prius uideret christum domini. Et uenit in spiritu in templum./ Et cum inducerent [fo. 230. b. puerum ihesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo : et ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei : salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelacionem gencium : et gloriam plebis tue israel.

[1] *sic :* in tua *added in m.*

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

PResta quesumus domine ut sicut hodierna munera uenerᐨanda filii tui oblacione consecrantur. sic ipsius gloriose genetricis precibus sempiterni luminis nobis claritas conferatur. Per eundem.

Prefacio.

QUia per incarnati.

Communio.

REsponsum accepit symeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi uideret christum domini.

Postcommunio.

PErfice in nobis quesumus domine graciam tuam qui iusti symeonis expectacionem implesti: ut sicut ille mortem non uidit priusquam christum dominum uidere mereretur: ita et nos uitam optineamus eternam. Per eundem.

In natali sancti Blasii episcopi et martiris.

Officium.

STatuit ei.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui sanctum blasium martirem tuum atque pontificem in agone certaminis tuo amore roborasti: assis ecclesie tue precibus et da ut cuius triumphum recolimus in terris. eius precibus adiuuemur in celis. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Elegit te dominus.

Euuangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SAcrificiis quesumus domine placare oblatis: et supplicante pro nobis beato blasio martire tuo atque pontifice per hec ab omnium inimicorum nostrorum liberemur insidiis. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

SUmpta quesumus domine sacramenta ab omni nos nequiciarum labe purificent et intercedente beato blasio martire tuo atque pontifice. sua uirtute contra omnes semper dyabolicos tueantur[1] incursus. Per.

Sancte Agathe uirginis et martiris. Officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore agathe martiris. de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei/ *Ps.* [1]Inmacu- [fo. 231. latus dominus inmaculatam sibi famulam in hoc fragili corpore positam misericorditer consecrauit.

[1] *sic.*

Oracio.

DEus qui inter cetera potencie tue miracula eciam in sexu ragili uictoriam martirii contuisti : concede propicius : ut qui eate agathe uirginis et martiris ue natalicia colimus. per eius d te exempla gradiamur. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

ADiuuabit eam. Alleluya. ℣. Emulor enim.

Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SUscipe domine munera que in beate agathe uirginis tue et martiris tibi sollempnitate deerimus. cuius nos confidimus atrocinio liberari. Per.

Communio.

QUi me dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco eum uiuum.

Postcommunio.

AUxilientur nobis domine sumpta misteria et intercedente beata agatha uirgine et martire tua sempiterna nos proteccione confirment. Per.

Sanctorum episcoporum Uedasti et amandi. Officium.

SAcerdotes eius.

Oracio.

DEus qui nos deuota beatorum confessorum tuorum atque pontificum uedasti et amandi instancia ad agnicionem tui nominis uocare dignatus es : concede propicius. ut quorum sollempnia colimus. eorum patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

PLures facti sunt.

Gradale.

SAcerdotes eius. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti.

Euangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

EXultabunt sancti.

Secretum.

HOstias domine laudis tuis altaribus adhibemus. quas eorum tibi patrociniis commendandas suppliciter exoramus in quorum ueneracione pietati tue hec sacrificia offerimus. Per.

Communio.

EGo uos.

Postcommunio.

SUmpta munera domine quesumus ut sanctorum confessorum tuorum Uedasti et amandi precibus sanctificacionem nobis semper operentur. Per.

Sancte Scolastice uirginis.
Officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

DEus qui beate uirginis tue scolastice animam ad ostendendam innocencie uiam in columbe specie celum penetrare fecisti : da nobis quesumus eius meritis ita innocenter uiuere. ut ad eadem mereamur/ [fo. 231. b. gaudia peruenire. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Adducentur.

Tractus.

IN columbe specie uidit beatus benedictus. ℣. Celsa omnipotentis ethera ire animam sancte ℣. scolastice mox nuncians illud fratribus deo gracias egit.

Euangelium.

LOquente ihesu.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SUscipe domine quesumus supplicancia desideria fidelium cum oblacionibus hostiarum : ut intercedente beata scolastica uirgineque te sincero dilexit amore. nec fides in nobis torpeat nec caritas tepescat. Per.

Communio.

QUicumque fecerit.

Postcommunio.

FAmiliam tuam quesumus domine spirituali cibo saciatam beate scolastice uirginis tue meritis propicius respice : ut ipsius precibus ariditatem cordis nostri superne gracie digneris rore perfundere. Per.

Eodem die sancte Austreberte uirginis. Officium.

UUltum tuum.

Oracio.

DEus qui inuisibili rore celesti ad beate austreberte uirginis obedienciam ardentem clibanum extinxisti : presta quesumus ut eius meritis gloriosis. uiciorum incendia non dominentur in nobis. Per.

Epistola.

SApiencia uincit.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Diffusa.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SAnctifica quesumus domine per beate uirginis austreberte intercessionem hanc quam tibi supplices offerimus oblacionem et ut nobis christi filii corpus et sanguis fiant. tuam desuper infunde benediccionem. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

DEus cuius sponsa sanctimonialis austreberta de orto paradysi malum punicum misit infirme sorori: da ut hec eucharistia dulcis super omnia pomorum genera pro tante uirginis honore sanet omnes nostros languores. Per.

Sancti Ualentini martiris. Officium.

IN uirtute.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui beati ualentini martiris tui natalicia colimus. a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

BEatus uir qui timet. Alleluya. ℣. Gloria et honore.

Euangelium.

NIchil opertum.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

SAcrificium domine quod offerimus gratum tibi beatus martir ualentinus./ suf- [fo. 232. fragator efficiat. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

QUos celesti domine substancia recreasti. beati quesumus ualentini martiris tui meritis a cunctis exime propiciatus aduersis. Per.

In cathedra sancti petri.
Officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede propicius ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui uiuis.

Leccio epistole beati petri apostoli.

PEtrus apostolus ihesu christi electis aduenis dispersionis ponti galacie capadocie asye et bytinie secundum prescienciam dei patris in sanctificacionem spiritus in obedienciam et aspersionem sanguinis ihesu christi. Gracia uobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uite per resurreccionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem. et incontaminatam et inmarcessibilem conseruatam in uobis in celis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouis-

simo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in uariis tribulacionibus. ut probacio fidei uestre multo preciosior auro quod per ignem probatur. inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelacionem domini nostri ihesu christi.

Gradale.

EXaltent eum in ecclesia populi et in cathedra seniorum laudent eum. ℣. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum.

Tractus.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. et tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. ℣. Et quodcumque solueris super terram erit solutum et in celis.

Sequencia.

SEnatores celestis curie congaudete pastoris glorie die ista. Qui ut esset piscator hominum nauem liquid secutus dominum et recia. Confessio petri promeruit quod fidei petram optinuit ecclesia. Princeps gregis hic apostolici. ouilis que custos dominici celum donat. Quos uult soluit. et quos uult alligat. laurea quos uult./ glorificat et [fo. 232. b. coronat. Quo christiani nominis gloria. Ad dignitatis tendit exordia. Antiochenam fundat ecclesiam. Et quam federat fraterno sanguine. Romulus urbi collato nomine. Intulit rome crucis uictoriam. Et

quo erroris capud excreuerat. Sic ueritatis lumine liberat. Et senatum et capitolia. Uictricis urbis uictrices aquilas. Cum sceptris regum uires cesareas. Ad factoris curuat imperia. Et que mundum ferro totum domuerat. Inferos pulsat et celos reserat. O roma insignis potestate tanta. Quam tibi ingessit lingua petri sancta. Licet regnorum habeas imperia. Et capud orbis et urbium domina. Minus tamen subdidit uis cesariana. Quam uirtus restituit et pax christiana. Regna petro cedunt lauinia. Templa christo patent saturnia. Sancte crucis regnat potencia. Que celi aperit fastigia. Et quem ancilla una exterruit uulgo nota. Hunc exterrere nero non potuit nec urbs tota. In hac petrus deum clarificat. Sicut christus petro significat. Qui nos inducat aperta ianua. Semper uirentis ad uite pascua. Archisenator et ierarcha.

Mattheum.

IN illo tempore : Uenit ihesus in partes cesaree philippi : et interrogabat discipulos suos dicens. Quam dicunt homines esse filium hominis ? At illi dixerunt. Alii Iohannem baptistam alii autem helyam. alii uero ieremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis ihesus. Uos autem : quem me esse dicitis ? Respondens symon petrus dixit. Tu es christus filius dei uiui. Respondens autem ihesus : dixit ei. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi : set pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus : et super hanc petram edificabo

773

ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumque solueris super terram: erit solutum et in celis.

Offertorium.

COnstitues eos.

Secretum.

ECclesie tue domine quesumus preces et munera. beati apostoli tui petri commendet oracio. ut quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad ueniam. Per.

Communio.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Postcommunio.

LEtificet nos quesumus domine munus oblatum ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue su-/senciamus[1] in- [fo. 233. dulgencie largitatem. Per.

In natali sancte Milburge uirginis. Officium.

DIlexisti.

Oracio.

DEus qui fideles tuos gloriosa beate uirginis tue milburge festiuitate letificas: fac nos per

[1] *Sic.*

774

ipsius merita uite utriusque gaudia promereri. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti.

Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

UT nos et hec munera domine tua suscipiat magestas adoranda. sancte milburge intercessio exoret gloriosa. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

PErcepta domine mense tue munera. ut sancte milburge suffragia. et eterna nobis pariant remedia. Per.

In natali sancti Mathie apostoli. Officium.

MIchi autem.

Oracio.

DEus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus. ut

eius interuencione tue circa nos pietatis semper uiscera senciamus. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Uiri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit sanctus per os dauid de iuda: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt. ihesum qui connumeratus erat in nobis. et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis. et suspensus crepuit medius et diffusa sunt omnia uiscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus iherusalem. ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach. hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim: in libro psalmorum. Fiat habitacio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea. et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex hiis uiris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus ihesus incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis testem resurreccionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos Iosep qui cognominabatur barsabas. qui cognominatus est iustus. et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex hiis duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: ut abiret in locum suum. Et dederunt./ sortes. Et sors cecidit [fo. 233. b.

super mathiam. Et annunciatus est: cum undecim apostolis.

Gradale.

NImis honorati.

Tractus.

DEsiderium anime eius.

Euangelium.

MIsit ihesus duodecim.

Offertorium.

IN omnem terram.

Secretum.

DEus qui proditoris apostate ruinam ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfeccione careret beati mathie eleccione supplesti: presencia munera sanctifica: et per ea nos gracie tue uirtute confirma. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

EGo uos elegi.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens et misericors deus ut per hec sancta que sumpsimus interueniente beato mahia[1] apostolo tuo ueniam consequamur et pacem. Per.

In natali sanctarum perpetue et felicitatis officium.

UUltum tuum.

[1] *Sic.*

Oracio.

DA nobis quesumus domine deus noster sanctarum martirum perpetue et felicitatis palmas incessabili deuocione uenerari : ut quas digne non possumus imitari. humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per.

Epistola.

AUdite me diuini.

Gradale.

ANima nostra.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

INtende quesumus domine munera altaribus tuis per sanctarum uirginum perpetue et felicitatis sollempnitate proposita : ut sicut per hec beata misteria illis gloriam contulisti. ita nobis indulgenciam largiaris. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

SAnctarum uirginum tuarum perpetue et felicitatis festiuitate. et sacramenti diuini munere uegetati quesumus domine ut sicut bonis tuis per graciam tuam temporaliter fouemur. ita perfruamur eternis. Per.

In natali sancti Gregorii [pape[1]] officium.

SAcerdos dei.

Oracio.

DEus qui anime famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti. concede propicius ut qui peccatorum pondere premimur : eius apud te precibus subleuemur. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

IUrauit dominus.

Tractus.

BEatus uir.

Euangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

INtercessio quesumus domine beatissimi gregorii misericordie tue munera nostra conciliet ut. quod merita non ualent nostra. eius deprecacio nobis optineat. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PIetatem tuam domine subnixis precibus imploramus ut per beati gregorii merita. et per

[1] Erased.

huius misterii sacramenta nos protegas scuto potencie tue. temptacionum/ spicula [fo. 234. retundas et ab omni prauitate correctos: uiam iusticie tenere nos doceas. Per dominum.

In natali sancti Cyriaci martiris sociorumque eius officium.

TImete dominum.

Oracio.

DEus qui nos annua beati Cyriaci martiris tui sociorumque eius sollempnitate letificas: concede propicius. ut quorum natalicia colimus. uirtutem quoque passionis imitemur. Per dominum.

Epistola.

MEtuentes dominum.

Gradale.

TImete dominum.

Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium.

UIdens turbas ihesus.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum Cyriaci sociorumque eius martirio uenerando hostias tibi domine immolamus tua mirabilia pertractantes. per que talis est perfecta uictoria. Per.

Communio.

SIgna eos.

Postcommunio.

SAnctorum martirum tuorum precibus confidentes quesumus domine. ut per ea que sumpsimus. eterna remedia capiamus. Per.

In natali sancti Edwardi regis et martiris. Officium.

LEtabitur iustus.

Oracio.

DEus cuius misericordia anima regis et martiris Edwardi ad requiem peruenit sempiternam: presta quesumus ut cuius festa recolimus eius in tuo conspectu meritis adiuuemur et precibus. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

POsuisti domine.

Tractus.

DEsiderium.

Euuangelium.

SIquis uenit ad me.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

HOstias quas tibi domine offerimus propicius respice. et interueniente beato martire tuo eduuardo. a cunctis pecca-

minum nos nexibus clementer absolue. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

PErceptis quesumus domine corporis et sanguinis tui sacramentis intercedente beato martire tuo eduuardo ab omni purgemur macula delictorum. Per dominum.

In natali sancti Cuthberti episcopi et confessoris. officium.

STatuit ei.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui in meritis sancti Cuthberti pontificis tui semper es et ubique mirabilis. quesumus clemenciam tuam ut sicut ei eminentem gloriam contulisti. sic ad consequendam misericordiam tuam eius nos facias precibus adiuuari. Per.

Leccio malachie prophete.

HEc dicit dominus. Scitis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum leui dicit dominus excercituum. Pactum meum/ [fo. 234. b. fuit eum eo: uite et pacis. Et dedi ei timorem et timuit me: et a facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius. et iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace et in equitate ambulauit mecum: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scienciam et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini excercituum est.

Gradale.

ECce sacerdos.

Tractus.

BEatus uir.

Euuangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

HEc tibi quesumus domine beati Cuthberti pontificis tui intercessione nunc grata reddatur oblacio. et per eam magestati tue nostrum famulatum perfice mundum. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PRotege quesumus domine familiam tuam munera sacra libantem ut beati cuthberti confessoris tui atque pontificis gaudenter sollempnia recensentes. quod nostris impedimur meritis eius apud te iustum iudicem suffragemur patrociniis. Per.

In natali sancti benedicti abbatis officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui hodierna die carnis educ-

tum ergastulo beatissimum benedictum confessorem tuum subleuasti ad celum. concede quesumus hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorum ueniam delictorum : ut qui exultantibus animis eius claritati congaudent. ipso apud te interueniente consocientur et meritis. Per dominum.

Leccio libri sapiencie.[1]

IN diebus illis : Dixi. Rigabo ortum meum plantacionum : et inebriabo partus[2] mei fructum. Et ecce factus est michi trames abundans et fluuius meus propinquauit ad mare. Quoniam doctrinam quasi lucanum illumino ab omnibus : et enarrabo illam usque in longinquo. Penetrabo inferiores partes terre : et inspiciam omnes dormientes. et illuminabo sperantes in domino. Adhuc doctrinam quasi propheciam effundam. et relinquam illam querentibus sapienciam : et non desinet progenies illorum usque in euum sanctum. Uidete quoniam nonsolum michi laboraui : set et omnibus exquirentibus ueritatem. In hiis[2] placitum est spiritui meo. que sunt probata coram deo et hominibus. Concordia fratrum : et amor proximorum.

Gradale.

DOmine preuenisti.

Tractus./ [fo. 235.

DOmine non aspicias peccata mea set fidem huius hominis qui rogat resuscitari filium suum. Et redde in hoc corpusculo animam

[1] *sic.* [Ecclesiastic. xxiv. 42—xxv. 2.]
[2] *sic.*

pueri quam tulisti. *Ps.*[1] Et completa oracione reuixit et sanum reddidit patri suo.

Euuangelium.

DIxit symon petrus.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

OBlatis domine ad honorem beati benedicti confessoris tui placare muneribus : et ipsius interuentu cunctorum nobis indulgenciam tribue peccatorum. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

PRestet nobis domine tui percepcio sacramenti intercedente beato benedicto confessore tuo. ut et conuersacionis eius imitemur exempla. et pertingamus ad premia. Per.

In annunciacione sancte marie uirginis. Officium.

ROrate celi desuper. et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul ego dominus creaui eum.

Quando hoc festum in xl. euenerit ad magnam missam in conuentu. et ad missam sancte marie tantum dicetur. Gloria in excelsis deo.

Oracio.

DEus qui de beate marie uirginis utero uerbum tuum ange-

[1] *sic.*

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S

lo nunciante carnem suscipere uoluisti presta supplicibus tuis ut qui uere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

LOcutus est dominus. *Require iiii*[a] *feria in aduentu domini.*

Gradale.

TOllite portas principes uestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manibus et mundo corde. Alleluya. ℣. Aue maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.

Tractus.

AUe maria gracia plena dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. ℣. Ideo que et quod nascetur ex te sanctum. uocabitur filius dei.

Sequencia.

MIssus gabriel de celis uerbi baiulus fidelis sacris disserit loquelis cum beata uirgine. Uerbum bonum et suaue pandit intus in conclaue et ex eua format aue eue uerso nomine. Consequenter iuxta pactum adest uerbum caro factum semper tamen est intactum puellare gremium. Parem pariens ignorat et quam homo non deflorat non torquetur nec laborat quando parit filium. Signum audis noui-/tatis. crede solum et est [fo. 235. b. satis non est tue facultatis soluere corrigiam. Grande signum et insigne est in rubo et in igne ne

appropiet indigne calciatus quispiam. Uirga sicca sine rore nouo ritu nouo more fructum protulit cum flore. sic et uirgo peperit. Benedictus talis fructus fructus gaudii non luctus non erit adam seductus si de hoc gustauerit. Ihesus noster ihesus bonus pie matris pium onus cuius est in celo thronus nascitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus nostros deleat reatus quia noster incolatus hic est in periculo.

Euuangelium.

MIssus est gabriel. *Require ut supra.*

Offertorium.

AUe maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

Secretum.

IN mentibus nostris quesumus domine uere fidei sacramenta confirma. ut qui conceptum de uirgine deum uerum et hominem confitemur. per eius salutifere resurreccionis potenciam ad eternam mereamur peruenire leticiam. Per eundem.

Prefacio.

ET te in annunciacione.

Communio.

ECce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel.

Postcommunio.

GRaciam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde : ut qui angelo nunciante christi filii incarnacionem cog-

nouimus per passionem eius et crucem ad resurreccionis gloriam perducamur. Per eundem.

In natali sancte marie egypciace. Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui beate marie egypciace quam a peccatorum uoragine reuocasti sollempnitatem agimus: eius interuenientibus meritis ab omnibus liberemur aduersis. Per.

Secretum.

SUper hanc hostiam nostram quesumus domine benediccio tua descendat. et ut ipsi tibi hostia placabilis efficiamur. meritis sancte marie egypciace apud te efficiat. Per.

Postcommunio.

AUxilientur nobis domine sacrosancta misteria beate marie egipciace ueneracione celebrata. que spretis mundane uanitatis illecebris. te solum diligere tibique deo et sacro elegit iugiter adherere. Per.

In natali sancti Ricardi episcopi et confessoris. Oracio.

DEus qui ecclesiam tuam meritis beati ricardi confessoris tui atque pontificis fecisti miraculis choruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessione ad eterne beatitudinis gloriam peruenire. Per./ [fo. 236.

Secretum.

COncede quesumus misericors deus ut intercedente beato Ricardo confessore tuo atque

pontifice oculis tue magestatis munus oblatum et graciam nobis bene uiuendi optineat et gloriam sempiternam post hanc uitam adquirat. Per.

Postcommunio.

HEc sacrosancta sumpta misteria nobis effectum domine conferant salutarem: quorum beatus ricardus confessor tuus atque pontifex deuotus existit dispensator. Per.

In natali sancti Ambrosii episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

DEus qui per beati ambrosii confessoris tui atque antistitis documenta agnicionem nobis ueritatis reserasti: fac nos quesumus huius intercessione doctoris et a peccatis omnibus exui. et eterne uite gaudiis admisceri. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Tractus.

DEsiderium. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

PResentis oblacionis nostre munera quesumus omnipotens deus serena sancti spiritus benediccione perfunde: et beato ambrosio pontifice interueniente ad perhennem tribue nobis prouenire sanctificacionis effectum. Per. In unitate. eiusdem.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

HUius domine percepcione sacramenti ab omni uiciorum contagione purifica. et beati ambrosii confessoris tui atque pontificis. tribue consociari meritis. cuius nos doctrinis erudis et exemplis. Per.

In natali sancti cuthlaci confessoris officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui nos beati cuthlaci confessoris tui annua sollempnitate letificas: concede propicius: ut sicut ille per ardua solitarie uite instituta ad tue uisionis gaudia peruenit. ita ipsius intercessione ad eadem peruenire mereamur. Per.

Epistola.

IUstus cor suum.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Disposui.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

BEati confessoris tui cutlaci quesumus domine interuencio gloriosa commendet hanc oblacionem nostram tue clemencie ut quod nostris actibus non meremur. eius precibus consequamur. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

PArticipacionem sancti corporis tui domine sumen-/tes tuam suppliciter [fo. 236. b. deprecamur clemenciam ut pro sancti Cuthlaci meritis cuius hodie uenerabilem commemoracionem celebramus ueram indulgenciam a te semper assequamur. Per.

In natali sanctorum martirum tyburcii. Ualeriani et maximi officium.

SAncti tui domine.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut qui sanctorum martirum tuorum Tyburcii et ualeriani sollempnia colimus. eorum eciam uirtutes imitemur. Per.

Epistola.

LIngua sapiencium.

791

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Sancti tui.

Euangelium.

CUm audieritis.

In tempore pascali euuangelium.

EGo sum uitis uera.

Offertorium.

LEtamini.

Secretum.

HOstia hec quesumus domine quam sanctorum tuorum[1] tuorum tyburcii ualeriani et maximi natalicia recensentes offerimus. et uincula nostre prauitatis absoluat. et tue nobis misericordie dona conciliet. Per.

Communio.

GAudete.

Postcommunio.

SAcramenti tui domine quesumus sumpta benediccio corpora nostra mentes que sanctificet: et sanctorum martirum tuorum Tyburcii ualeriani et maximi sempiterne glorie ascribendos nos preparet. Per.

In natali sancti elphegi martiris officium.

PRotexisti.

Oracio.

DEus qui elphegum summum presulem populo prefecisti anglorum. ut celestis sanctuarii minister fieret et

[1] *Sic*, but struck through with red line.

792

martir: presta quesumus ut illius auxilio. et a peccatis liberi et ab hoste securi. tua pace perfruamur eterna. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

ALleluya. ℣. Beatus uir qui suffert. Alleluya. ℣. Letabitur iustus.

Euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

REpleti sumus.

Secretum.

EFfunde quesumus domine super hunc singularem nostre salutis medicinam tue benediccionis habundanciam. que illius participes ab omnibus peccatis absoluat et in ea que tibi uenerandus martir elphegus placuit caritate custodiat. Per.

Communio.

EGo sum uitis.

Postcommunio.

GRata sint tibi omnipotens deus nostre seruitutis obsequia. ut illius interuentu nobis salutaria reddantur pro cuius inmarcessibili gloria exhibemur. Per.

In natali sancti etheluuoldi episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

DEus tuorum gloria sacerdotum qui beatum presulem

ethelwoldum pontificali/ [fo. 237. decorasti merito et honore tribue ex tua gracia eius supplicibus. et tuam promereri clemenciam. et eius intercessionem assiduam. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

ALeluya. ℣. Inueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

Euuangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

HOstias tibi domine quesumus offerimus propicius suscipe. et intercedente beato ethelwoldo confessore tuo atque pontifice per hec pie placacionis officia uincula peccatorum nostrorum absolue. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SAncti ethelwoldi confessoris tui atque pontificis tribue nos quesumus precibus subleuari: ut cuius sacram deposicionis diem annua sollempnitate colimus. eius apud te intercessionibus et meritis adiuuemur. Per.

Sancti Georgii martiris officium.

PRotexisti.

Oracio.

DEus qui nos beati Georgii martiris tui meritis et intercessione letificas: concede propicius: ut qui eius beneficia poscimus dono tue gracie consequamur. Per.

Epistola.

OMne gaudium.

ALleluya. ℣. Beatus uir qui suffert.

Euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

COnfitebuntur.

Secretum.

MUnera domine oblata sanctifica. et intercedente beato georgio martire tuo. nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Communio.

LEtabitur iustus.

Postcommunio.

MEnse celestis dulcedine saciati humiliter te rogamus omnipotens pater. ut sancto Georgio martire intercedente. resurreccionis eius simus participes cuius sumus morte redempti. Qui tecum.

Sancti melliti episcopi et confessoris. Officium.

STatuit.

Oracio.

LEtificet nos quesumus domine mellita beati melliti pontificis oracio cuius festa celebrantes melliflua tue gracie repleat dulcedo. Per.

795

Epistola.

OMnis pontifex.

ALleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SUscipe quesumus domine hec salutaria libamina que tibi sancti confessoris tui melliti intercessio efficiat placabilia. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

SUmpta quesumus omnipotens deus uitalis mense sacramenta sint nobis per al-/ [fo. 237. b. miflui confessoris tui melliti suffragia super mel et fauum in sempiternum dulcia. Per.

In natali sancti marci euangeliste officium.

PRotexisti me.

Oracio.

DEus qui beatum marcum euuangelistam tuum euuangelice predicacionis gloria sublimasti: tribue quesumus eius nos semper et erudicione proficere. et oracione defendi. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

SApienciam omnium antiquorum exquiret sapiens: et in prophetis uacabit. Narra-

[1] *sic.* [Ecclesiastic. xxxix. 1.]

796

cionem uirorum nominatorum conseruabit et in uersucias parabolorum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret et conseruabit: in medio magnatorum ministrabit. Et in conspectu presidis apparebit alienarum gencium minas transibit. Bona enim et mala: in omnibus temptabit.

ALleluya. ℣. Beatus uir qui suffert. Alleluya. ℣. Primus ad syon dicet ecce assum. et iherusalem euuangelistam dabo.

Euangelium.

EGo sum uitis uera.

Offertorium.

REpleti sumus.

Secretum.

BEati marci euuangeliste tui sollempnitate tibi munera deferentes quesumus domine ut sicut illum predicacio euuangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessio. et uerbo et opere tibi reddat acceptos. Per.

Communio.

EGo sum uitis uitis[1] uera.

Postcommunio.

REfecti cibo spiritualis alimonie quesumus domine deus noster: ut quod misterio frequentamus. intercedente beato marco euuangelista plena uirtute consequamur. Per.

In natali sancti uitalis martiris officium.

PRotexisti me.

[1] *sic.*

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut intercedente beato uitale martire tuo et a cunctis aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitacionibus mundemur in mente. Per.

Ad philippenses.

FRatres: Uobis datum est pro christo non solum ut in eum credatis: set ut eciam pro illo paciamini. idem certamen habentes quale et uidistis in me. et nunc audistis de me. Si qua ergo consolacio in christo si quod solacium caritatis siqua societas spiritus. siqua uiscera miseracionis implete gaudium meum ut idipsum sapiatis. Eandem caritatem habentes unanimes/ idipsum sencientes. Ni- [fo. 238. chil per contencionem neque per inanem gloriam. set in humilitate mentis superiorem sibi inuicem arbitrantes. Non que sua sunt singuli considerantes: set ea que aliorum.

ALleluya. ℣. Beatus uir qui timet.

Euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

REpleti sumus.

Secretum.

SIt tibi domine nostre deuocionis oblacio acceptabilis ut beato uitale martire tuo intercedente. et tue placeat magestati. et nostre proficiat saluti. Per.

Communio.

EGo sum uitis.

Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus ut munus diuinum quod sumpsimus intercedente beato uitale martire tuo. salutari nobis prosit effectu. Per.

In translacione sancti edmundi Regis et martiris. Officium.

GAudeamus. *Ps.* Domine in uirtute.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui beatum regem edmundum sanctorum tuorum collegio sociasti: concede propicius ut qui gloriose translacionis eius recolimus insignia. ipsius apud te senciamus patrocinia. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

ALleluya. ℣. Beatus uir qui suffert. Alleluya. ℣. Letabitur.

Euangelium.

EGo sum uitis uera.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

QUos beati regis edmundi translacio sancta letificet tua nos domine gracia reddat lectiores et tribuat in hoc sacrificio presencie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui uiuis.

Communio.

LEtabitur iustus.

Postcommunio.

UT nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus beatissimus rex edmundus martir tuus domine pro nobis intercessor existat. de cuius ueneranda translacione tribuis nos annua deuocione letari. Per.

In natali sancti erkenwaldi episcopi et confessoris officium.

STatuit.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus apud quem est continua sanctorum festiuitas tuorum: presta quesumus: ut qui sollempnitatem beati erkenwaldi pontificis agimus. ab hostium nostrorum eruamur nequicia. et ad eternorum prouehi concedas beneficia premiorum. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

ALleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

HEc sancta domine que indignis manibus tractamus/ intercessione beati er- [fo. 238. b. kenwaldi presulis tue sint magestati accepta. ut ab omni nos muniant inimicorum molestia. et ad dona perducant celestia. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SAcri corporis domini nostri repleti libamine. et precioso debriati[1] sanguine quesumus domine deus noster: ut per intercessionem sancti presulis erkenwaldi. tribuas nobis nostrorum absolucionem peccaminum et eterne beatitudinis premium sempiternum. Per.

In natali apostolorum philippi et iacobi. Officium.

EXclamauerunt ad te domine in tempore affliccionis sue et tu de celo exaudisti eos alleluya. alleluya. *Ps.* Benedicam dominum.

Oracio.

DEus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate letificas: presta quesumus. ut quorum gaudemus meritis. instruamur exemplis. Per.

Leccio libri sapiencie.

STabunt iusti in magna constancia: aduersus eos qui se angustiauerunt. et qui abstulerunt labores eorum. Uidentes turbabuntur timore horribili: et mirabuntur in subitacione insperate salutis. dicentes intra se penitenciam agentes. et pre angustia spiritus gementes. Hii sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similitudinem improperii. Nos insensati uitam illorum estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos: sors illorum est.

ALleluya. ℣. Stabunt iusti in magna constancia aduersus eos

[1] *Sic. for* inebriati.

qui se angustiauerunt. Alleluya. ℣. Isti sunt due oliue candelebra lucencia ante dominum. habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius quia lingue eorum claues celi facte sunt.

Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Non turbetur cor uestrum: Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei: mansiones multe sunt. Si quominus dixissem uobis: quia uado parare uobis locum. Et si abiero et preperauero uobis locum: iterum ueniam et accipiam uos ad meipsum: ut ubi ego sum et uos sitis. Et quo ego uado scitis: et uiam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo uadis. Et quomodo possumus/ uiam [fo. 239. scire? Dicit ei ihesus: Ego sum uia: et ueritas et uita. Nemo uenit ad patrem: nisi per me. Si cognouissetis me. et patrem meum utique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et uidistis eum. Dicit ei philippus. Domine: ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore uobiscum sum. et non cognouistis me? Philippe. qui uidet me: uidet et patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre: et pater in me est? Uerba que ego loquor uobis: a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre: et pater in me est. Alioquin: propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis:[1] quia

[1] A space: some letters erased.

qui credit in me opera que ego facio. et ipse faciet. Et maiora horum faciet: quia ego ad patrem uado. Et quodcumque pecieritis patrem in nomine meo hoc faciam.

Offertorium.

COnfitebuntur celi mirabilia tua domine. etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya.

Secretum.

DEus ecclesie tue redemptor atque perfector: da ut apostolorum tuorum philippi et iacobi precibus paschalis sacramenti dona capiamus quorum nobis magisterio ea uoluisti predicari. Qui uiuis.

Communio.

TAnto tempore uobiscum sum et non cognouistis me philippe qui uidet me uidet et patrem alleluya. non credis quia ego in patre et pater in me est alleluya alleluya.

Postcommunio.

PAschale misterium recensentes beatorum apostolorum tuorum philippi et iacobi domine quesumus precibus foueamur. quorum magisterio cognouimus exequendum. Per dominum.

In natali sancti Athanasii episcopi et confessoris. Officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

DEus qui beatum athanasium confessorem tuum atque pontificem ecclesie tue tribuisti doctorem. presta quesumus: ut quod ille diuino afflatu inspiratus docuit. et sinceriter intelligere.

et efficaciter[1] excercere ualeamus. Per.

Epistola.

SCitis quia miserim.[2] *Require in festo sancti Cuthberti.*

ALleluya. ℣. Hic in oracione.

Euangelium.

UOs estis sal terre.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

MUnera populi tui quesumus domine placatus assume. ut beati athanasii confesso/ris tui atque pontificis in- [fo. 239. b. tercessione. a cunctis eum peccatis propiciatus absolue. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

REpleti muneribus sacris quesumus omnipotens deus ut beati athanasii confessoris tui atque pontificis semper adiuuemur meritis. in cuius hec ueneracione peregimus.

In inuencione sancte crucis.
Officium.

ECce lignum crucis in quo salus mundi pependit. uenite adoremus alleluya alleluya. *Ps.* Deus misereatur. ℣. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui in preclara salutifere crucis inuencione passionis tue miracula suscitasti: concede

[1] Space in MS.; some letters erased.
[2] *Sic.*

ut uitalis ligni precio. eterne uite suffragia consequamur. Qui uiuis.

Leccio epistole beati pauli apostoli ad galathas.

FRatres: Confido de uobis in domino: quod nichil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos: portabit iudicium quicumque est ille. Ego autem fratres si circumsisionem[1] predico: quod adhuc persecucionem pacior: Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscidantur: qui uos conturbant. Uos enim in libertatem uocati estis fratres. tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. set per caritatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis et comeditis: uidete ne abinuicem consummamini. Michi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Per quem michi mundus crucifixus est: et ergo mundo.

ALleluya. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. Alleluya. ℣. Christus resurgens.

Euangelium.

ERat homo ex phariseis. *Require in festo sancte trinitatis.*

Offertorium.

PRotege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutem et

[1] *Sic.*

acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluya alleluya.

Secretum.

SAcrificium domine quod immolamus placatus intende: ut ab omni nos exuat bellorum nequicia. et per uexillum sancte crucis filii tui ad conterendas potestatis aduerse insidias nos in tue proteccionis securitate constituas. Per eundem.

Prefacio.

QUi salutem.

Communio.

REdemptor mundi signo crucis ab omni nos aduersitate/ [fo. 240. custodi. qui saluasti petrum in mari miserere nobis alleluya.

Postcommunio.

REpleti alimonia celesti et spirituali poculo recreati quesumus omnipotens deus. ut ab hoste maligno defendas quos per lignum sancte crucis mundum triumphare iussisti. Per.

In natali sanctorum martirum. Alexandri euencii et theodoli.

Officium.

CLamauerunt.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus: ut qui sanctorum martirum tuorum alexandri euencii. et theodoli natalicia colimus a cunctis malis iminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.

Epistola.

SPectaculum.

ALleluya. ℣. Exultabunt

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

REpleti sumus.

Secretum.

SUper has quesumus domine hostias benediccio copiosa descendat. que et sanctificacionem nobis clementer operetur et de martirum tuorum nos festiuitate letificet. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

SUmptis domine muneribus sacris. tribue quesumus. ut ad eadem appetenda sanctorum tuorum precibus et exemplis prompcius incitemur. Per.

In translacione sancti aldelmi episcopi et confessoris.

Officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui nos fecisti gloriosi confessoris tui aldelmi translacionem spirituali gaudio celebrare: ipsius meritis fac nos cum sanctis angelis perpetue festiuitatis iocunditate remunerari. Per.

Epistola.

ECce sacerdos magnus qui in diebus.

Gradale.

ALleluya. Inueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit.

Euangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

SUscipiat pietas tua domine quesumus de manibus nostris hanc oblacionem. et per sancti aldelmi confessoris tui atque pontificis oraciones. ab omnibus nos emundet peccatis. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

REpleti alimonia celesti quesumus domine ut beati aldelmi confessoris tui atque pontificis in cuius translacione hec sollempnia sacro exhibuimus officio. muniamur meritis et oracionibus adiuuemur. Per.

In natali sancti Iohannis ante portam latinam. Officium.

IN medio ecclesie.

Oracio.

DEus qui conspicis quia nos undique mala nostra perturbant. presta quesumus ut beati iohannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per./

[fo. 240. b.

Epistola.

QUi timet deum. *Require in alia festiuitate eiusdem.*

ALleluya. ℣. Primus ad syon dicet ecce assum et iherusalem euuangelistam dabo. Alleluya. ℣. Hic est.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet. et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis[1] in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis: et fiet uobis.

Offertorium.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur alleluya.

Secretum.

SIc nos domine quesumus beati Iohannis euuangeliste sollempnia tuis fac celebrare misteriis ut que predicauit et credamus pariter et sequamur. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

EGo sum uitis uera et uos palmites qui manet in me et ego in eo

[1] *Sic.*

hic fert fructum multum alleluya alleluya.

Postcommunio.

REfecti domine pane celesti beato iohanne apostolo et euuangelista intercedente ad uitam quesumus nutriamur eternam. Per.

Sanctorum martirum Gordiani et epimachi officium.

SAncti tui domine.

Oracio.

DA quesumus omnipotens deus. ut qui beatorum martirum tuorum. Gordiani et Epimachi sollempnia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

REspondens unus.

ALleluya. ℣. Sancti tui domine florebunt.

Euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

MIrabilis deus.

Secretum.

PResta quesumus domine deus noster. ut sicut in conspectu tuo mors est preciosa sanctorum. ita eorum merita uenerancium accepta tibi reddatur oblacio. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

REfice quesumus domine populum tuum spiritualibus/ sacramentis. ut quorum [fo. 241. tribuis sollempnia celebrare. fac eorum gaudiis interesse. Per.

Sanctorum martirum. Nerei et achillei atque pancracii.

Officium.

ECce oculi domini.

Oracio.

SEmper nos domine martirum tuorum. Nerei et achillei atque pancracii foueat quesumus beata sollempnitas. et tuo dignos reddat obsequio. Per.

Epistola.

LIngua sapiencium.

ALleluya. ℣. Sancti tui domine. Alleluya. ℣. Confitebuntur.

Euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

COnfitebuntur.

Secretum.

SAnctorum tuorum tibi domine grata confessio. et munera nostra commendet. et tuam nobis indulgenciam semper imploret. Per.

Communio.

GAudete iusti.

Postcommunio.

QUesumus domine ut beatorum martirum tuorum Nerei et achillei atque pancracii de-

precacionibus sacramenta que supsimus.[1] ad tue nobis proficiant placacionis augmentum. Per.

In natali sancti Dunstani archiepiscopi. officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui hodierna die sanctum dunstanum archipresulem ac confessorem tuum ad eterna subleuasti gaudia: eius quesumus meritis illuc tua nos perducat misericordia.

Epistola.

ECce sacerdos magnus.

ALleluya. ℣. Iurauit dominus. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Sequencia.

HOdierna. Alleluya. Resonent gaudia. uirtutum preclara. Opera beato dunstano collata. A matris utero deitatis preuentus gracia. Extra mundum extra mundi mente transiuit omnia. Saluatoris monita audiens salubria eius ad uestigia cum beata sedebat maria. Inde ardentissimo flagrans desiderio patriam continua suspirabat amoris lacrima. Sacerdotis honore preditus angelicam. Egit uitam signis a puero consecratam. Lumen extinctum non natus reparat. Uirga. demonum effugat cateruas. Hic templi supprema.[1] Transcendit operta. Et angelico ducatu clausam intrat ecclesiam. Apostolica fultus presencia. Suscepit arma futuri presaga. Uergentem machinam. Prece leuat sola. Hostis et inuidos conatus uerbere dato uacuat. Cythara non arte percussa consonam. Reddit symphoniam in uiri gloriam.

[1] *Sic.*

Noui legis[1] prima. Alius[1] extrema. Uoce diua agnouit tempora. Supernos psallentes spiritus et uota. Factori soluentes audiuit talia Kyrieleyson Christeleyson. Cum quis iam sua/ miscet cantica. [fo. 241. b. Dunstane uiuens in secula pro seruis exora. Qui te collaudantes deuota persoluunt iubila. Ac pro uniuersa per orbem diffusa christi ecclesia.

Euangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

INtercessio quesumus domine beati dunstani pontificis hec tibi commendet munera. pro cuius tibi sunt commemoracione oblata. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SUmpta sacramenta domine quesumus nos a peccatis absoluant. et per beati dunstani pontificis suffragia ad celos perducant. Per.

Eodem die sancte potenciane uirginis officium.

DIlexisti.

Oracio.

DEus qui hodierna die beatam sancte potenciane uirginis tue animam celorum regna penetrare fecisti concede propicius: eius interuentu nos a peccatorum nostrorum nexibus solui. et ab

[1] *Sic.*

813

omni semper aduersitate defendi. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

ALleluya. ℣. Diffusa est.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

HOlocausta hec domine benediccione tua sanctifica. ut sancte potenciane tibi sint meritis accepta. in cuius ueneracione sunt oblata. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis eterne alimoniis. beata potenciana intercedente. ita nos tuis fac uti sacramentis: ut eternis mereamur interesse conuiuiis. Per.

In natali sancti ethelberti regis et martiris in tempore pascali officium.

PRotexisti me deus. *Aliud officium.* Letabitur iustus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui omnia nutu creasti uisibilia et inuisibilia da nobis in hac festiuitate beati ethelberti regis et martiris tui ab omnibus periculis inimicorum defendi. Per.

814

Epistola.

UObis datum est. *Require ut supra in festo sancti uitalis.*

ALleluya. ℣. Posuisti domine. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

COnfitebuntur.

Secretum.

EXorabilis domine intende oracionem nostram et suscipe hec munera que tibi offerimus in celebritate almi ethelberti regis et martiris tui. et presta ut eius auxilio adiuuemur. Per

Communio.

LEtabitur iustus.

Postcommunio.

PEctoribus insere nostris domine amorem tui nominis. benigneque suscipias sacramenta que sumpsimus intercedente beato ethelberto pro nobis ut a prauis mundemur in mente cogitacionibus. Per.

Item cum post/ pentecosten accciderit officium. [fo. 242.

LEtabitur.

Oracio et epistola ut supra.

Gradale.

POsuisti. Alleluya. ℣ Letabitur iustus.

Euangelium.

SIquis uult post me uenire.

Offertorium.

GLoria et honore.

Communio.

MAgna est.

In natali sancti aldelmi episcopi et confessoris officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui nos fecisti gloriosi confessoris tui aldelmi sollempnia spirituali gaudio celebrare: ipsius meritis fac nos cum sanctis angelis perpetue festiuitatis iocunditate remunerari. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Elegit te.

Euangelium.

UIgilate quia nescitis.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

SUscipe domine sacrificia ad honorem tui nominis oblata. et per intercessionem sancti confessoris tui atque pontificis aldelmi nos a peccatis omnibus emunda. et perduc feliciter ad gaudia sempiterna. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus ut per sacrosancti filii tui corporis et sanguinis percepcionem et sancti aldelmi confessoris tui atque pontificis gloriosam deprecacionem presentis uite nobis tribuas prosperitatem. et future beatitudinis porcionem. Per eundum.

Eodem die sancti urbani episcopi et martiris. Officium.

SAcerdotes tui.

Oracio.

DA quesumus omnipotens deus ut qui beati urbani martiris tui atque pontificis sollempnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

MEmor esto.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

Euangelium.

CIrcuibat ihesus.

Ante pentecosten euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

MUnera quesumus domine tibi dicata sanctifica. et intercedente beato urbano martire tuo. per hec eadem nos placatus intende. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

PEr hoc admirabile sacramentum tuam domine humiliter

inmensam exoramus pietatem. ut illam que in sancto urbano martire tuo flagrauit fortem dileccionem nobis benignus aspires. Per.

In natali sancti Augustini anglorum apostoli officium.

STatuit ei.

Oracio.

DEus qui beatum augustinum pontificem primum doctorem populo concessisti anglorum: ipsius interuentu nobis tribue ueniam peccatorum. et cum ipso celestium/ gaudia [fo. 242. b premiorum. Per.

Epistola.

IUstum deduxit.

ALleluya. ℣. Inueni dauid.

Post pentecosten. Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euangelium.

QUi uos audit.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

OBlacio hec tibi domine quesumus placeat. et intercessione sancti augustini anglorum doctoris. nos tibi dignos exhibeat. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

SAcramenta sumpta quesumus domine nostra detergant piacula. et per sancti augustini supplicacionem adiuuent nos recte incedere inter mundane conuersacionis pericula. Per.

Eodem die sancti Bede presbiteri et confessoris. Officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

BEati confessoris tui bede nos domine deus intercessione letifica. cuius nos pia tribuisti et doctrina proficere. et iocunda sollempnitate gaudere. Per.

Epistola.

SCitis quia. *Require in festiuitate sancti cuthberti.*

Gradale.

OS iusti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

HIis quesumus domine oblacionibus beati bede confessoris tui atque presbiteri complacatus oracionibus a peccatis omnibus emundatos nosmetipsos tibi sacrificium perficias. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

SAcrificii tui nos domine ab omni malo defendat percepcio: ut beati bede confessoris

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S

tui atque presbiteri. nos tibi iugiter commendet oracio. Per.

In natali sancti Germani episcopi officium.

SAcerdotes tui.

Oracio.

DEus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis. quique hunc diem in beati germani confessoris tui atque pontificis deposicione consecrasti : da ecclesie tue de eius natalicio semper gaudere : ut apud misericordiam tuam exemplis eius protegamur et meritis. Per.

Epistola.

OMnis pontifex.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Elegit te.

Euangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

HOstia quesumus domine deus noster : quam tibi ob honorem sancti confessoris tui atque pontificis germani immolandam deferimus. tuorum nobis tribuat societate gaudere sanctorum. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PRopiciare precibus nostris omnipotens deus: et interueniente beato germano confessore tuo atque pontifice munus/ quod ore sumpsimus [fo. 243. nobis proficiat ad salutem. Per.

In natali sancte petronelle uirginis officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

ANnue plebi tue uirtutum largitor omnipotens eterne deus: ut qui annua beate uirginis tue petronille sollempnia celebramus : eius semper et fidei integritate roboremur. et piis apud te precibus adiuuemur. Per.

Epistola.

SApiencia uincit.

Post pentecosten Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur regi.

Secretum.

SUscipe domine munera tue pietati humiliter immolata. ut eius nobis intercessione fiant salutaria. cuius nataliciis ea tibi speramus accepta. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

SAcri altaris participacione refecti tuam domine misericordiam suppliciter exoramus. ut qui hec in beate petronille uirginis tue ueneracione percepimus. eius nos confoueri suffragiis senciamus. Per.

Sanctorum martirum marcellini et petri officium.

CLamauerunt.

Oracio.

DEus qui nos annua beatorum martirum tuorum marcellini et petri sollepnitate[1] letificas: presta quesumus. ut quorum gaudemus meritis. prouocemur exemplis. Per.

Epistola.

REspondens unus.

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. ℣. Letamini.

Euangelium.

CUm audieritis.

Infra pentecosten euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

MIrabilis.

Secretum.

UOtiua domine dona deferentes in tuorum martirum marcellini et petri passione tuam magnificenciam ueneramur. et per eam imploramus tue pietatis auxilium. Per.

[1] *Sic.*

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

PRotegat domine quesumus populum tuum. et participacio celestis induta conuiuii. et deprecacio collata sanctorum. Per.

In natali sancti Herasmi martiris officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

BEatus martir tuus herasmus domine nobis misericordie tue imploret auxilium. ut cuius festa celebramus. eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

DOminus michi astitit.

Post pentecosten Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Elegit te.

Post pentecosten Euangelium.

CIrcuibat ihesus.

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

PResens hostia quam domine immolamus tibi quesumus. fiat acceptabilis. et gloriosi heras/mi martiris ac [fo. 243. b. pontificis tui meritis. fiat corporibus animabus que fidelium salutaris. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

HEc sancta que sumpsimus sacramenta quesumus domine magestati tue efficiantur gratuita. et interueniente beato herasmo martire tuo atque pontifice. uite in nobis eterne nutriant alimenta. Per.

In natali sancti Bonefacii. sociorumque eius martirum. Officium.

SAlus autem.

Oracio.

BEatus martir tuus domine Bonefacius cum sociis suis qui te in sua glorificauit passione: nos sua tueatur intercessione. Per.

Epistola.

REmemoramini.

Post pentecosten Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. ℣. Preciosa.

Post pentecosten Euangelium.

POnite in cordibus.

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

GLoriabuntur.

Secretum.

MUnera quesumus domine plebis tue sanctorum martirum tuorum. Bonefacii sociorumque eius fiant grata deprecacione: ut pro quorum triumphis

nomini tue offeruntur meritis digna efficiantur. Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

COnserua domine munus tuum in nobis ut quod te donante pro sollempnitate beatorum martirum tuorum Bonefacii sociorumque eius percepimus. et salutem nobis operetur et pacem. Per.

Sanctorum episcoporum medardi et gildardi. Officium.

SAcerdotes.

Oracio.

QUesumus omnipotens deus ut nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat que de beatorum confessorum tuorum Medardi et gildardi glorificacione procedit. quos eadem fides et dignitas. pontificalis. ueros fecit esse germanos. Per.

Epistola.

PLures facti sunt.

Gradale.

SAcerdotes. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti.

Euangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

SInt tibi domine quesumus nostre munera grata deuocionis. que in sanctorum confessorum

uorum medardi et gildardi pontificum digna sollempnitate deferimus. quesumus ut precibus illorum ueniam delictorum consequamur. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

GRacias agimus tibi domine deus noster. qui nos celesti medela reparare dignatus es. da quesumus peccatis nostris ueniam. sicut beatis confessoribus tuis medardo atque gildardo dedisti sedem pontificatus. Per.

Sanctorum martirum Primi et feliciani officium.

SApienciam.

Oracio.| [fo. 244.

FAc nos domine quesumus sanctorum martirum tuorum primi et feliciani semper facta sectari. quorum suffragiis proteccionis tue dona senciamus. Per.

Epistola.

SPectaculum facti. *Require in communi unius martiris.*

Post pentecosten Gradale.

EXultabunt. Alleluya. ℣ Preciosa.

Post pentecosten Euangelium.

CUm audieritis.

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

MIrabilis.

Secretum.

FIat domine quesumus hostia sacranda placabilis preciosorum celebritate martirum tuorum que per eorum merita gloriosa et peccata nostra purificet. et tuorum tibi uota conciliet famulorum. Per.

Communio.

EGo uos.

Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus. ut sanctorum martirum tuorum Primi et feliciani misteriis celestibus celebrata sollempnitas. indulgenciam nobis tue propiciacionis adquirat. Per dominum.

Translacio sancti yuonis episcopi officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui nos ueneranda festiuitatis hodierne sollempnia in beati confessoris tui atque pontificis yuonis translacione celebrare fecisti: concede propicius: eius nos apud te patrocinio semper adiuuari. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣ Inueni dauid.

Euangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

OMnipotens sempiterne deus qui piissimi confessoris tui yuonis membra beata demonstrasti populis anglorum: conconcede[1] familie tue ipso intercedente. ad gaudium pertingere angelorum. Per.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

LEti percepimus omnipotens deus diuinum altaris tui misterium. quesumus eximium tue diuinitatis presidium. ut beato yuone pro nobis interueniente mereamur promissum gratulanter percipere gaudium. Per.

In natali sancte[1] Barnabe apostoli officium.

MIchi autem.

Oracio.

DEus qui uniuersum orbem apostolis imbuendum commendasti. fac nos beati barnabe apostoli tui commendari suffragiis. et premiis sociari perpetuis. Per.

Epistola.

COnsenserunt.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Nimis honorati. Alleluya. ℣. Non uos.

[1] *sic.*

Euangelium.

FActa est contencio.

Euangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

IN omnem terram.

Secretum.

OBlacionis nostre munus tua domine et benedicat et suscipiat dextera. et supplicante sancto barnaba apostolo acceptabile/ holocaustum [fo. 244. b. nos tibi preparet. Per.

Prefacio.

ET te domine.

Communio.

UOs qui secuti.

Postcommunio.

QUod de altari tuo sumpsimus domine semper nobis proficiat et supplicante sancto apostolo Barnaba ante thronum glorie tue gaudere faciat. Per.

Sanctorum martirum Cyrini Basilidis naboris et nazarii.
Officium.

INtret oracio.

Oracio.

SAnctorum martirum tuorum basilidis. cyrini naboris et Nazarii quesumus domine natalicia nobis uotiua resplendeant et quod illis contulit excellencia sempiterna fructibus nostre deuocionis accrescat. Per.

829

Epistola.

EXpectacio iustorum.

Gradale.

UIndica. Alleluya. ℣. Te martirum.

Euangelium.

ATtendite a fermento.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

UT nobis domine hec dona salutaria semper existant. eorum merita quorum pro tuo nomine. sanguis effusus est optineant. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

DIuinis refecti sacramentis quesumus domine ut sanctorum martirum tuorum intercessionibus. gaudiis mereamur interesse celestibus. Per.

In natali sancti Basilii episcopi et confessoris. Officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui beatum basilium confessorem tuum doctorem precipuum catholiceque fidei predicatorem eligere dignatus es. presta quesumus. ut ipso pro nobis intercedente peccatorum nostrorum mereamur exui malis. et tibi domino sinceris mentibus deseruire.

830

Epistola.

DEdit dominus.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euangelium.

UOs estis sal.

Offertorium

UEritas mea.

Secretum.

SUscipe quesumus domine hostiam redempcionis humane. et intercedente beato basilio confessore tuo atque pontifice salutem nobis et mentis et corporis placatus operare. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus: ut cuius festiuitate uotiua sunt sacramenta eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per.

In natali sanctorum martirum. Uiti et modesti officium.

SAlus autem.

Oracio.

DA ecclesie tue domine quesumus intercedentibus sanctis martiribus tuis. Uito et modesto et crescencia. superba non sapere. set tibi placita humilitate proficere. ut proterua despiciens. quecumque matura sunt libera exerceat caritate. Per.

Epistola.

BEnedictus deus.

Gradale.

COnfitebuntur. Alleluya. ℣. Letamini in domino.

Euangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

ANima nostra.

Secretum./ [fo. 245.

SIcut gloriam diuine potencie munera pro sanctis oblata testantur. sic nobis effectum domine tue saluacionis impendant. Per dominum.

Communio.

AMen dico.

Postcommunio.

REfecti domine benediccione sollempni. quesumus ut intercessione sanctorum martirum tuorum medicina sacramenti. et corporibus nostris prosit et mentibus. Per.

Eodem die sancte edburge uirginis officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

DEus qui sanctis uirginibus palmam largiris in celestibus. presta quesumus ut precibus sancte edburge muniamur cuius merita sollempni recordacione ueneramur. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

MUnera tue pietati dicanda quesumus domine meritis beate edburge uirginis tue placatus intende. et eius salutaribus nos attolle suffragiis. et defende presidiis. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

SAncta tua domine percipientes. tuam deuote misericordiam exoramus. ut sancte edburge uirginis tue intercessione muniti sempiterna mereamur felicitate epulari. Per.

Sanctorum martirum Cyrici et iulitte matris eius officium.

SApienciam sanctorum.

Oracio.

EXaudi nos domine deus noster cum sanctorum martirum tuorum cirici et Iulitte matris eius tibi patrocinio supplicantes. ut quorum celebramus triumphos possimus retinere constanciam. Per.

Epistola.

REddet deus.

Gradale.

UIndica domine. Alleluya. ℣ Preciosa.

Euangelium

POnite in cordibus.

Offertorium

EXultabunt.

Secretum.

OFferimus tibi domine fidelium tuorum sollempnia. sanctorum martirum tuorum cirici. et Iulitte matris eius intercessionibus confidentes. ut quod nos exequimur munus ydonea seruitute. illorum pocius meritis efficiatur acceptum. Per.

Communio.

BEati mundo corde.

Postcommunio.

QUesumus domine ut salutaribus repleti misteriis sanctorum martirum tuorum Cirici. et iulitte matris eius quorum sollempnia celebramus. oracionibus adiuuemur. Per.

In natali sancti Botulphi abbatis officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus omnium regnorum gubernator et rector qui famulis tuis annua/ beati [fo. 245. b. botulphi abbatis largiris sollempniter celebrare festa: nostrorum quesumus dele clemencius peccaminum uulnera. ut a te mereamur percipere gaudia repromissa. Per.

Epistola.

IUstus cor suum.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea et.

Secretum.

GRacia spiritus sancti quesumus domine hec assumat sacrificia. que per merita beati botulphi abbatis uitam nostram irreprehensibilem custodiat et nos ad regna celestia quandoque perducat. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

COnserua quesumus domine plebem tuam per merita beati botulphi confessoris tui atque abbatis. ut quam sacramentorum tuorum admirabili dulcedine reficis perpetuis tribue gaudere remediis. Per.

In natali sanctorum martirum marci et marcelliani officium.

SAlus autem.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui beatorum martirum tuorum marci et marcelliani natalicia colimus. a cunctis malis

iminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.

Epistola.

IUstorum anime.

Gradale.

COnfitebuntur. Alleluya. ℣. Letamini.

Euangelium.

SEdente ihesu.

Offertorium.

ANima nostra.

Secretum.

SUscipe domine munera pro tuorum ueneracione sanctorum ut sicut illos passio gloriosos. ita nos deuocio reddat acceptos. Per.

Communio.

AMen dico.

Postcommunio.

TU[1] percepta nos domine sancta uiuificent sanctorum martirum tuorum marci et marcelliani merita gloriosa nos adiuuent. Per.

Sanctorum martirum Geruasii et prothasii officium.

LOquetur.

Oracio.

DEus qui nos annua sanctorum martirum tuorum Geruasii et prothasii sollempnitate letificas. concede propicius : ut quorum gaudemus meritis accendamur exemplis. Per.

[1] *Sic. for* Ut.

Epistola.

REmemoramini.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Te martirum.

Euangelium.

EGrediente ihesu.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

HOstias tibi domine laudis offerimus quam beatis martiribus tuis contulisti ut et pro tuo nomine mori non pauerent. et sempiterna gloria fulgerent interempti. Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

DA quesumus omnipotens deus ut misteriorum tuorum uirtute saciati. sanctorum Geruasii et prothasii oracionibus inter huius/ uite pro- [fo. 246. spera et aduersa in te firmemur. Per dominum.

In natali sancti albani martiris officium.

LEtabitur.

Oracio.

DEus qui hodierna die beatum albanum martirem tuum eterne claritatis candore dealbasti. presta quesumus : ut uenerandam eiusdem uictoriam celebrando. digni efficiamur adopcionis tue consorcio.

837

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

POsuisti. Alleluya. ℣. Letabitur.

Euangelium.

NOlite arbitrari.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

HEc domine munera in ueneracione sancti albani martiris :ui ad laudem tui nominis oblata pio respectu sanctifica. et eius neritis presta. ut per hec muniti. per huius uite momentanea nereamur transire ad gaudia sine fine mansura. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

UItali alimonia recreati quesumus omnipotens deus ut beati albani martiris tui precibus :uam nobis iusticiam placari senciamus cuius gloriosa certamina sollempni deuocione ueneramur. Per.

In natali sancte etheldrithe uirginis. officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus auctor uirtutis et amator uirginitatis qui beatam etheldritham hodierna die dignatus es ad celi gaudia deducere: suppliciter tuam imploramus clemenciam ut cuius sacram sollempnitatem celebramus in terris. de eiusdem patrociniis gaudeamus in celis Per.

838

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur regi.

Secretum.

SAnctifica quesumus omnipotens deus per tui sanctissimi nominis inuocacionem huius muneris oblacionem. et sancte etheldrithe uirginis tue interuenientibus meritis. ad nostre prosperitatis adminiculum peruenire concede sempiternum. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

GRegem tuum quesumus pastor eterne paterna benediccione sanctifica: et dilecte uirginis tue etheldrithe suffragantibus meritis per hec sancta que sumpsimus ab omni impugnatoris incursu defende. Per.

Eodem die uigilia sancti Iohannis baptiste. Officium.

NE timeas zacharia exaudita est oracio tua et elizabeth uxor tua

pariet tibi filium et uocabis nomen eius iohannem et erit magnus coram domino et spiritu sancto re/ plebitur adhuc ex utero matris [fo. 246. b. sue et multi in natiuitate eius gaudebunt. ℣. Apparuit autem angelus zacharie stans a dextris altaris incensi et ait illi. Gloria patri.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut familia tua per uiam salutis incedat et beati Iohannis precursoris hortamenta sectando ad eum quem predixit secura preueniat. dominum nostrum.

Leccio Ieremie prophete.

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad me dicens. Tu ergo fili hominis accinge lumbos tuos et surge : et loquere ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum : nec enim timere te faciam uultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam et in columpnam ferream. et in murum ereum super omnem terram regibus iuda. et principibus eius et sacerdotibus et populo terre. Et bellabunt aduersum te et non preualebunt : quia tecum ego sum dicit dominus : ut liberem te.

Gradale.

FUit homo missus a deo cui nomen erat iohannes hic uenit. ℣. Ut testimonium perhiberet de lumine et pararet domino plebem perfectam.

Si dominica fuerit.

ALleluya. ℣. Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis ante dominum parare uias eius.

Inicium sancti euuangelii secundum Lucam.

FUit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de uice abya. et uxor illius de filiabus aaron. et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificacionibus domini sine querela. Et non erat illis filius eo quod esset elizabeth sterilis et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdocio fungeretur zacharias in ordine uicis sue ante deum secundum consuetudinem sacerdocii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris : hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini : stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est uidens : et timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia : quoniam exaudita est deprecacio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filium : et uocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultacio. et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino :/ et uinum [fo. 247. et siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur: adhuc ex utero matris sue. Et multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helye : ut conuertat corda patrum in filios. et incredulos ad prudenciam iustorum. Parare domino : plebem perfectam.

Offertorium.

GLoria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Secretum.

MUnera domine oblata sanctifica et intercedente beato iohanne baptista. nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Communio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Postcommunio.

BEati iohannis baptiste nos domine preclara comitetur oracio: et per sanctum corpus et sanguinem filii tui quem uenturum esse predixit. poscat nobis fore placatum. Ihesum christum.

In die sancti iohannis baptiste.

Officium.

DE uentre matris mee uocauit me dominus nomine meo. et posuit os meum ut gladium acutum sub tegumento manus sue protexit me posuit me quasi sagittam electam. *Ps.*[1] Audite insule et attendite populi de longe dominus ab utero uocauit me.

Oracio.

DEus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium graciam gaudiorum. et omnium fidelium mentes dirige in uiam salutis eterne. Per.

[1] *Sic.*

Leccio ysaie prophete.

HEc dicit dominus deus. Audite insule: et attendite populi delonge. Dominus ab utero uocauit me: de uentre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum gladium acutum. in umbra manus sue protexit me. et posuit sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me: et dixit michi. Seruus meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit dominus: formans me ex utero seruu[1] sibi. Dedi te in lucem gencium: ut sis salus mea usque ad extremum terre. Reges uidebunt et consurgent principes: et adorabunt dominum deum tuum: et sanctum israel: qui elegit te.

Gradale.

PRiusquam te formarem in utero noui te et antequam exires de uentre sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum/ suam et [fo. 247. b. tetigit os meum et dixit michi. Alleluya. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista.

Sequencia.

EXulta celum letare terra. christi que turma. Alleluya. Precursoris alma sollempnizans hec festa. Uoce christi sancta est qui mundi lucerna. Cuius natiuitas est orta perspicua die ista. Ampla mundi regna luce magna radians uniuersa. Armonica melodia concrepa pallinodiam canta uoce letabunda. Et iubila clarissona proclama qualiter hac in die sit natus baptista. Astans ab aula angelus alta ait ne pertimescas

[1] Between *seruu* and *sibi* one or two letters have been erased.

zacharia. Anima sacra placens in ethera est proles ob hoc data tibi grata. Per quem maxima tibi gaudia. Uenient summo cum tripudio. Atque multa gaudebit iocunda populi turma christiana. Hinc gratuita dei gracia. Iohannem plenum certa nomina. Suum quia auctorem materna senciet intra clausus antra. Zacharia ad hec nuncia gestante pectora incredula. Fiunt muta statim labia organa clauduntur loquacia. Sed hec sancta splendente ymera celo magna et dante lumina. Mater alma per angelica uerba adest leta fecunda florida. O mira magna graciosa dei munera. Que lingua tanta ualet explicare gaudia. Mater infecunda nunc fecunda gerit uiscera. Patris ante muta nunc aperta pandunt labia. Iohannis natalicia. Adest ergo magna illa mundi lampas splendida. Que est ante secla christo preperata consona. Dauitica melodia. Familia unde maxima sumit ac iungit gaudiis gaudia. Propterea o ecclesia toto orbe terrarum posita. Offer preconia christo et munera. Dicens o iohannes premissa lucerna. Intercessor pro nobis omnibus sis in secula.

Lucam.

IN illo tempore: Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt uicini et cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in die octauo uenerunt circumcidere puerum: et uocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam: set uocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognacione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est illico os eius/ et lingua [fo.248. eius: et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum et super omnia montana iudee diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quisputas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia uisitauit et fecit: redempcionem plebis sue.

Offertorium.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Secretum.

TUa domine muneribus altaria cumulamus illius natiuitatem honore debito uenerantes. et opem nobis affore deprecantes: qui saluatorem mundi. et cecinit affuturum. et adesse monstrauit ihesum christum.

Communio.

TU puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Postcommunio.

SUmat ecclesia tua deus beati Iohannis baptiste generacione leticiam. per quem sue regeneracionis cognouit auctorem ihesum christum.

In natali sanctorum martirum Iohannis et pauli officium.

MUlte tribulaciones.

Oracio.

QUesumus omnipotens deus ut nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat. que de beatorum iohannis et pauli glorificacione[1] procedit quos eadem fides et passio ueros fecit esse germanos. Per.

Ad romanos.

FRatres: Quis nos seperabit a caritate christi? Tribulacio. an angustia. an persecucio. an fames. an nuditas. an periculum. an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te morte afficimur tota die. estimati sumus ut[2] oues occisionis. Set in hiis omnibus superamus: propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors neque uita neque angeli neque principatus. neque potestates. neque uirtutes. neque instancia. neque futura. neque fortitudo. neque altitudo. neque profundum. neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei. que est in christo ihesu: domino nostro.

Gradale.

ECce quam bonum. Alleluya. ℣. Iusti epulentur.

Euangelium.

SEdente ihesu.

Offertorium.

GLoriabuntur.

[1] *Sic.*
[2] Before this word a letter or two erased.

Secretum.

HOstias altaribus tuis domine placacionis imponimus potenciam tuam in sanctorum tuorum passionibus honorando et per eos nobis implorando et per eos ueniam peccatorum. Per.

Communio./ [fo. 248. b.

ET si coram.

Postcommunio.

SUmptis sacramentis plebs tua domine quesumus repleta proficiat: et eorum fulta presidiis quorum natalicia celebrat: quod temporaliter deuota sectatur: eternum consequi mereatur. Per.

Infra octauas sancti Iohannis baptiste. Officium et cetera fiant sicut in die.

In natali sancti Leonis officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propicius. ut qui commemoracionis eius festa recolimus: uite quoque imitemur exempla. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣ Hic in oracione.

Euangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

ANnue nobis domine ut intercessione beati leonis pontificis tui hec prosit oblacio quam immolando tocius mundi tribuisti relaxare delicta. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SUmentes domine diuina misteria sancti leonis confessoris atque pontificis pia nos quesumus intercessio prosequatur. ut cuius sollempnia recensemus senciamus optata presidia. Per.

Eodem die uigilia apostolorum petri et pauli. ad magnam missam officium.

DIcit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas. cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non uis. hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. *Ps.* Celi enarrant. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui nos beatorum apostolorum tuorum Petri et pauli natalicia gloriosa preire concedis: tribue quesumus eorum nos semper et beneficiis preueniri: et oracionibus adiuuari. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Petrus et Iohannes ascendebant in templum: ad horam oracionis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue baiulabatur: quem ponebant cotidie ad portam templi que dicitur speciosa. ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum uidisset petrum et Iohannem incipientes introire in templum: rogabat eos ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne: dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum/ non est michi: quod autem [fo. 249. habeo hoc tibi do. In nomine ihesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera: alleuauit eum et protinus consolidate sunt bases eius et plante: et exiliens stetit et ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens et laudans deum. Et uidit eum omnis populus ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et repleti sunt omnes stupore et exstasi: in eo quod contigerat illi.

Gradale.

IN omnem terram. *Require in communi apostolorum.* Alleluya. ℣. Tu es symon bariona cui caro et sanguis non reuelauit uerbum patris set ipse pater qui est in celis.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus petro. Symon iohannis diligis me plus hiis? Dicit ei. Eciam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis amas me? Ait illi. Eciam do-

mine : tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Symon iohannis amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tercio amas me : et dicit ei. Domine tu omnia scis : tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris extendes manus tuas. et alius te cinget et ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit : significans qua morte : clarificaturus esset deum.

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

MUnera domine tue propiciacioni deferimus que pro nostris grata ieiuniis eorum quesumus deprecacio. quorum sollempnia preuenimus efficiat. Per.

Communio.

SYmon iohannis diligis me plus hiis domine tu omnia nosti tu scis domine quia amo te.

Postcommunio.

SUmpsimus domine diuina misteria beatorum apostolorum tuorum petri et pauli desiderata sollempnia recolentes : presta quesumus ut eorum supplicacionibus muniamur : quorum regimur principatu. Per.

In die officium.

NUnc scio uere. quia misit dominusangelum suum et eripuit me de ma/nu herodis. et de [fo. 249. b. omni expectacione plebis iudeorum. *Ps.*[1] Et exeuntes processerunt ui-

[1] *Sic.*

cum unum : et continuo discessit angelus ab eo et petrus ad se reuersus dixit. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri et pauli martirio consecrasti : da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum : per quos religionis sumpsit exordium. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis. Misit herodes rex manus: ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum : fratrem iohannis gladio. Uidens autem quia placeret iudeis : apposuit ut apprehenderet et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem : tradiditque quatuor quaternionibus militum custodiendum. uolens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oracio autem fiebat : sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes : in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus. et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit : et lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoque latere petri : excitauit eum. dicens. Surge uelociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi uestimentum tuum : et sequere me. Et exiens sequebatur eum : et

nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum. Estimabat enim : se uisum uidere. Transeuntes autem primam et secundam custodiam : uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem. que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum : et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis : et de omni expectacione plebis iudeorum.

Gradale.

COnstitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. ℣. Tu es pastor ouium princeps apostolorum tibi tradite sunt claues regni celorum.

Sequencia.

LAude iocunda melos turma/ persona. Iungando[1] uerba [fo. 250. symphonie rithmica. Concrepans inclita armonia uera secli lumina. Luce qui aurea illustrauit regna mundi omnia. Uernant forcia iam quorum trophea in celi regia. Quorum merita dissoluunt crimina hac die fulgida. Nam alter crucis supplicio triumphans alter ensis iugulo uterque nitet. laurea. Et super sublmes[1] sydera insignes uictoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras claudis uerbo celi limina. Sume pius uota fidelia peccati cuncta resoluendi uincula. Sacra paule ingere dogmata illustrans plebis pectora. Et quousque det deus perfecta ultra fer mentes sydera. Dulcis qua resultat musica

[1] *Sic.*

uirtutum fidibus atque melis concinna. In qua symphonia miscetur et illa que uere dyatesseron prima. Constans uirtute et iusticia. Temperancia et prudencia. Quibus supera agmina rite decusata christo cantica psallunt enormanica.[1] Nostra sint quorum socia illa dent lumina quis preconia damus yperlirica. Sublime dicant nunc omnia. amen redempta.

Euangelium.

UEnit ihesus in partes. *Require in cathedra eiusdem.*

Offertorium.

COnstitues.

Secretum.

HOstias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oracio. per quam nos expiari tribuas et defendi. Per.

Communio.

TU es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Postcommunio.

QUos celesti domine alimento saciasti. apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per.

In commemoracione sancti pauli officium.

SCio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. *Ps.*[2] Nonsolum autem michi. set et omnibus qui diligunt aduentum eius.

[*Oracio.*]

DEus qui multitudinem gencium beati pauli apostoli tui predicacione docuisti : da nobis

[1] *Sic for* enharmonica. [2] *Sic.*

quesumus. ut cuius natalicia colimus. eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Ad galathas.

FRatres: Notum uobis facio euuangelium quod euuangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici: set per reuelacionem ihesu christi. Audistis enim conuersacionem meam aliquando in iudaismo. quoniam supramodum persequebar ecclesiam dei et expugnabam illam. et proficiebam in iudaismo/ supra multos coetaneos [fo. 250. b. meos in genere meo habundancius emulator existens paternarum mearum tradicionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et uocauit per graciam suam ut reuelaret filium suum in me ut euuangelizarem illum in gentibus continuo non adquieui carni et sanguini neque ueni iherosolimam ad antecessores meos apostolos: set abii in arabiam et iterum reuersus sum damascum. Deinde post annos tres ueni iherosolimam uidere petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem: nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo uobis ecce coram deo quia non mencior. Deinde ueni in partes syrie et cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee que erant in christo: tantummodo auditum habebant quoniam qui persequebatur nos aliquando. nunc euuangelizat fidem quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant deum.

Gradale.

QUi operatus est petro in apostolatum. operatus est et michi inter gentes et cognouerunt graciam dei que data est michi. ℣. Gracia dei in me uacua non fuit. set gracia eius semper in me manet. Alleluya. ℣. Magnus sanctus paulus uas eleccionis uere digne est glorificandus.

Sequencia.

PEtre summe christi pastor et paule gencium doctor. Alleluya. Ecclesiam uestris doctrinis illuminatam. Per circulum terre precatus adiuuetur. Nam dominus petre celorum tibi claues dono dedit. Armigerum beniamin christus te fecit suum uas electum. Mare planta te petre christus conculcare tue dedit caritati. Umbra tui corporis infirmis debilibus que fecit remedium. Doctilogos philosophos te paule christus dat uincere sua uoce. Multiplices uictorias tu paule christo[1] per populos adquisisti. Postremo uictis omnibus barbaris. Ad arcem summi pergitis culminis. Romanos discordes. sub iugo christi pacatos iam coartare.[2] Ubi neronis feritas principis. Apostolorum preliis plurimis. Uictores diuerse te petre et paule addixerat pene mortis. Te crux associat. te uero gladius cruentus mittit christo.

Euangelium.

DIxit symon petrus.

Offertorium.

MIchi autem nimis.

[1] written over erasure.
[2] *Sic.*

Secretum.

OBlacionem tibi domine uotiuam deferentes deprecamur. ut ad laudem tui nominis et apostolice reuerenciam dignitatis et ad nostrum proueniat sanctificata presi/dium. Per. [fo. 251.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

AMen dico uobis.

Postcommunio.

DA quesumus omnipotens deus ut ecclesia tua sacramentis refecta salutaribus. et beati pauli apostoli fulta supplicacionibus. sic presencia dona percipiat. ut capere mereatur eterna. Per.

Eodem die ad missam matutinalem que erit de sancto petro officium.

NUnc scio.

Oracio.

DEus qui beato petro apostolo tuo callatis[1] clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede propicius: ut intercessionis eius auxilio. a peccatorum nostrorum nexnexibus[1] liberemur. Qui uiuis et regnas.

Epistola.

MIsit herodes.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Tu es petrus.

[1] *Sic.*

Euangelium.

UEnit ihesus in.

Offertorium.

IN omnem.

Secretum.

ECclesie tue domine quesumus preces et munera beati apostoli tui petri commendet oracio. ut quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad ueniam.

Communio.

TU es petrus.

Postcommunio.

LEtificet nos quesumus domine munus oblatum ut sicut in apostolo tuo petro mirabilem te predicamus. sic per illum tue sumamus indulgencie largitatem. Per dominum.

Eodem die sancti marcialis episcopi.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus cui cuncta famulantur elementa intercedente pro nobis beato marciale confessore tuo atque pontifice exaudi quesumus oracionem nostram. et tribue nobis misericordiam tuam: ut quecumque precipis. ipso adiuuante implere ualeamus. Per.

Secretum.

PResta quesumus domine ut beati marcialis confessoris tui atque pontificis suffragiis tua in nobis munera tuearis pro cuius honoranda confessione hostias tibi laudis offerimus. Per.

Postcommunio.

SAncti nos domine confessoris tui atque pontificis marcialis precacio sancta per hec sacramenta que sumpsimus tueatur. et quod nostra consciencia non presumit. eius nobis qui tibi placuit oracione donetur. Per.

Infra octauas apostolorum per totam ebdomadam officium.

MIchi autem.

Oracio.

DEus qui hodie.

Epistola.

IAm non estis. *Alia.* Consenserunt. *Alia.* Exurgens princeps. *Dominica infra octauas epistola.* Scimus quoniam diligentibus. *Alia.* Per manus.

Gradale.

NImis honorati. *Gradale.* In omnem terram. Alleluya. ℣. Per manus. Alleluya. ℣. Non uos. Alleluya. ℣. In omnem terram. Alleluya. ℣. Nimis honorati.

Euangelium.

HOc est preceptum. *Aliud.* Hec man/do. *Eu-* [fo. 251. b. *angelium.* Facta est contencio. *Euangelium.* Ecce ego. *Euangelium.* Misit.

Offertorium.

IN omnem terram. *Offertorium.* Michi autem.

Communio.

EGo uos. *Communio.* Uos qui secuti.

In octaua sancti Iohannis officium.

DE uentre.

Oracio.

DEus qui presentem.

Epistola.

AUdite insule.

Gradale.

PRiusquam. Alleluya. ℣. Inter natos.

Euangelium.

ELizabeth.

Offertorium.

IUstus ut palma.

Communio.

TU puer.

De sancto swythuno episcopo.
Officium.

STatuit ei.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem sacratissimam nobis in beati swythuni confessoris tui atque pontificis deposicione celebrare concedis: adesto propicius ecclesie tue precibus: ut cuius gloriatur meritis. muniatur suffragiis. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

INueni dauid.

[Secretum.[1]]

SUscipe clementissime deus munus quod magestati tue offerimus. et interueniente beato swythuno confessore tuo atque pontifice. ad utriusque uite prosperitatem illud nobis prouenire concede. Per.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

DEus qui nos a delictorum contagiis tuorum expias percepcione sacramentorum: presta ut beati swythuni confessoris tui et episcopi meritis a cunctis eruamur aduersis. et celestis uite perfrui mereamur deliciis. Per.

Commemoracio de martiribus processo et martiniano.

Oracio.

DEus qui nos beatorum martirum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circumdas et protegis: da nobis et eorum imitacione profiscere[2] et intercessione gaudere. Per.

Secretum.

SUscipe domine preces et munera oblata. que ut tuo sint digna conspectui. sanctorum processi et martiniani precibus adiuuemur. Per.

Postcommunio.

EXultamus in te domine. et de percepcio[2] pane iusticie. et de tuorum festiuitate martirum. quia interuencionibus eorum confidimus nobis ad perpetuam uitam profutura que sumpsimus. Per.

In translacione sancti martini episcopi et confessoris officium.

STatuit.

[1] Omitted in MS. [2] *Sic.*

Oracio.

DEus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum tribuisti presta quesumus: ut quem doctorem uite habuimus in terris. intercessorem semper habere mereamur in celis. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. O martine presul contexisti ueste dominum christum iccirco poscimus nostri memor assis.

Euangelium.

NOlite timere.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum./ [fo. 252.

INtercessio domine sancti martini confessoris tui atque pontificis munera nostra tibi commendet. nosque magestati tue semper reddat acceptos. Per.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

PRestent nobis domine quesumus sumpta sacramenta presidium salutare. et interuenientibus beati martini confessoris tui atque pontificis meritis. ab omnibus nos absoluant peccatis. Per.

In octaua apostolorum petri et pauli officium.

SApienciam.

Oracio.

DEus cuius dextera beatum petrum ambulantem in

fluctibus ne mergeretur erexit. et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit. exaudi nos propicius et concede. ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Per.

Ad galathas.

FRatres: Deus personam hominis non accipit. Michi autem qui uidebantur esse aliquid: nichil contulerunt. Set econtra cum uidissent quod creditum est michi euuangelium prepucii: sicut petro circumcisionis. qui enim operatus est petro in apostolatu circumsicionis.[1] operatus est et michi inter gentes. et cum cognouissent graciam que data est michi. iacobus et cephas et iohannes qui uidebantur columpne esse: dextras dederunt michi et barnabe societatis. ut nos in gentes. ipsi autem in circumcisionem. tantum ut pauperum memores essemus. Quod autem sollicitus fui: idipsum facere. In christo ihesu: domino nostro.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Isti sunt due oliue candelebra lucencia ante dominum. habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius quia lingue eorum claues celi facte sunt.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Iussit ihesus discipulos suos ascendere in nauiculam: et precedere eum transfretum. donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto: erat solus ibi. Nauicula autem in medio mari: iactabatur fluctibus. Erat enim uentus contrarius. Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos: ambulans supra mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque ihesus: locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Domine:/ si tu es. iube [fo. 252. b. me uenire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquam. ut ueniret ad ihesum. Uidens uero uentum ualidum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo ihesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant: uenerunt et adorauerunt eum dicentes. Uere: filius dei es.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

INtende precamur altissime uota que reddimus tibique placita eorum fieri precibus concede. pro quorum deferuntur honore. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

SUmpta domine sacramenta beatis apostolis tuis petro et

[1] *Sic.*

paulo deprecantibus. remedium nobis celeste concilient. Per.

In [translacione sancti Thome. archiepiscopi et martiris.

GAudeamus][1] *ps.* Exultate iusti.

[*Oracio.*[1]]

DE[2] * * * Per.

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. ℣. Letabitur iustus.

Euangelium.

EGo sum pastor. *Require in dominica prima post octauas pasche.*

Offertorium.

POsuisti.

Secretum.

DE[2] * * * Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

DE[2] * * * Per.

[1] Erased.

[2] The collects have been completely erased. In the Sarum missal they are as follows:

Oratio.

Deus qui nos beati Thome martyris tui atque pontificis translationem celebrare concedis te suppliciter exoramus ut eius meritis et precibus a viciis ad virtutes et a carcere transferamur ad regnum. Per.

Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem celesti benedictione conuertis concede nobis per merita beati Thome martyris tui atque pontificis ut ad tuam misericordiam reuertentes tuo beneplacito conformemur. Qui viuis.

Postcommunio.

Deus qui beatum Thomam martyrem tuum atque pontificem a suppliciis ad gaudia transtulisti tribue quesumus ut qui translationem eius veneramur in terris per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominum.

In natali sanctorum septem fratrum officium.

LAudate pueri.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires tuos ianuarium. felicem. philippum. siluanum. alexandrum. uitalem et marcialem fortes in sua confessione cognouimus. pios apud te in nostra intercessione senciamus. Per.

Epistola.

REmemoramini.

Gradale.

UIndica domine. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti.

Euangelium./ [fo. 253.

LOquente ihesu.

Offertorium.

ANima nostra.

Secretum.

REspice domine oblaciones fidelium. ut tibi grate sint in tuorum passione sanctorum. qui germano amore te diligentes. sua corpora martirio tradiderunt. Per.

Communio.

QUicumque.

Postcommunio.

REfecti domine gracie tue uitalibus alimentis supplices exoramus ut quorum celebramus uictorias: participemur et premiis. Per.

In translacione sancti benedicti abbatis officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

INtercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet: ut quod nostris meritis non ualemus eius patrocinio assequamur. Per.

Leccio libri sapiencie.

QUi custodierint iusticiam domini: iuste iustificabuntur: et qui didicerint iusta inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos et diligite illos: et habebitis disciplinam. Clara est et que numquam marcesset sapiencia: et facile uidebitur ab hiis qui diligunt eam. et inuenietur ab hiis qui querunt eam. Preocupat qui se concupiscunt: ut illis se prior ostendat. Qui de luce uigilauerit ad illam non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare[1] ergo de illa sensus est consummatus: et qui uigilauerit propter illam cito erit securus. Quoniam dignos se ipsa circuit querens: et in uiis suis ostendens se illis hillariter. et in omni prouidencia occurret illis. Inicium enim illius uerissima est discipline concupiscencia. Cura ergo discipline dileccio est: et dileccio custodia legum illius est. Custodia autem legum: consummacio incorrupcionis est. Incorrupcio autem: facit esse proximum deo. Concupiscencia itaque sapiencie: deducet ad regnum perpetuum.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Uir domini benedictus spiritu omnium iustorum plenus fuit.

[1] Between the first and second syllables there is a small hole in the vellum.

Euangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

SAcris altaribus hostias domine superpositas sanctus benedictus abbas quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per.

Communio.

AMen dico.

Postcommunio.

PRotegat nos domine cum tui percepcione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo: ut et conuersacionis eius experiamur insignia/ et intercessionis ipsius [fo. 253. b. senciamus suffragia. Per.

Infra octauas sancti benedicti officium. et cetera omnia dicantur sicut in die preter epistolam que erit. Iustus cor.

In natali sancte mildrithe uirginis officium.

DIlexisti iusticiam et odisti.

Oracio.

DEus qui populo tuo sancte mildrithe festiuitatem celebrare tribuisti concede propicius eius nos interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui. et ab omni iugiter aduersitate defendi. Per.

Epistola.

O Quam pulcra.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur regi.

Secretum.

MUnera tue pietati dicanda quesumus domine meritis beate uirginis tue mildrithe placatus intende. et eius salutaribus nos attolle suffragiis et defende intercessionibus. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

SAncta tua domine percipientes tuam deuote misericordiam exoramus: ut beate mildrithe uirginis intercessione muniti sempiterna mereamur felicitate epulari. Per.

In translacione sancti swythuni episcopi. Officium.

STatuit.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui hodiernam diem honorabilem nobis in beati swythuni confessoris tui atque pontificis translacione fecisti: da ecclesie tue hac celebritate leticiam: ut cuius sollempnitatem ueneramur in terris. eius intercessione subleuemur in celis. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit.

Euangelium.

HOmo quidam peregre.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

SUscipe clementissime deus munus quod magestati tue offerimus. et interueniente beato swythuno confessore tuo atque pontifice ad utriusque uite prosperitatem illud nobis prouenire concede. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

DEus qui nos a delictorum contagiis tuorum expias percepcione sacramentorum. presta ut beati swythuni confessoris tui et episcopi meritis. a cunctis eruamur aduersis. et celestis uite perfrui mereamur deliciis. Per.

In festiuitate sanctarum reliquiarum officium.

SApienciam sanctorum.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut sanctorum tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia nos protegant merita

quatinus eorum precibus/ tranquilla pace in tua iugi- [fo. 254. ter laude letemur. Per.

Epistola.

HIi sunt uiri.

Gradale.

EXultabunt. Alleluya. ℣. Iusti epulentur.

Euangelium.

UIdens turbas.

Offertorium.

MIrabilis.

Secretum.

MUnera tue misericors deus magestati oblata benigno quesumus intuitu aspice ut sanctorum tuorum nobis precibus fiant salutaria. quorum sacratissime in hac basilica reliquie sunt recondite. Per.

Communio.

GAudete.

Postcommunio.

DIuina libantes misteria quesumus domine ut sanctorum tuorum nos ubique protegat quorum hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per.

In natali sancti kenelmi martiris.
Officium.

LEtabitur iustus in domino.

Oracio.

OMnipotens et misericors deus qui nobis preclaram huius diei leticiam pro beati kenelmi martiris tui sollempnitate tribuisti: intende serenus uota fidelis populi et concede ut cuius hodie

festa percolimus. eius semper meritis et precibus subleuemur. Per.

Epistola.

DOminus michi astitit.

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. ℣. Beatus uir.

Euangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

GLoria et honore coronasti.

Secretum.

PResentibus domine quesumus. intende muneribus et patrocinante beato kenelmo martire tuo. cuius sollempnia uenerando recensemus fidelibus salutis indulgenciam conferant et eternitatis premia dignanter adquirant. Per.

Communio.

POsuisti domine.

Postcommunio.

PErcipiat quesumus domine plebs tua beati martiris tui kenelmi natalicia celebrando cum exultacione leticiam. et quam celestis mense refecisti edulio. eternitatis tue facias assisti consorcio. Per.

In octaua sancti benedicti.
Epistola.

IUstus cor.

Euangelium.

NEmo lucernam.

Gradale.

BEatus seruus. *Cetera sicut in die.*

In natali sancte margarete uirginis officium.

LOquebar.

Oracio.

DEus qui beate uirginis margarete animam hodierna die ad celos per martirii palmam uenire fecisti: concede nobis quesumus. ut eius exempla sequentes ad te peruenire mereamur. Per.

Epistola.

COnfitebor tibi domine.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur regi.

Secretum.

HEc uictima domine quesumus pro beate uirginis margarete martirio oblata. et mencium nobis sanctitatem et corporum opti/neat castita- [fo. 254. b. tem. Per.

Communio.

SImile.

Postcommunio.

HUius domine sacramenti percepcione. et beate margaıete uirginis intercessione. tu in nobis manere dignare et nos in te semper uiuere concede. Per.

Eodem die sancti wlmari abbatis.

Oracio.

INtercessio quesumus domine beati wlmari abbatis nos ubique letificet utdum eius sollempnitatem recolimus. eius precibus adiuuemur. Per.

Secretum.

HEc hostia quesumus domine tuis conspectibus oblata. beati wlmari abbatis meritis. tibi fiat accepta. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut hec dona tua que sumpsimus. beati wlmari abbatis precibus in nobis pocius augeantur. Per.

In natali sancte Praxedis uirginis officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

ASsit plebi tue omnipotens deus beate praxedis uirginis tue supplicacio. ut quicumque eius gaudent honore. protegantur auxilio. Per.

Epistola.

SApiencia uincit.

Gradale.

DIlexisti iusticiam. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SUscipe domine quesumus ob honorem sancte uirginis tue praxedis munus oblatum et quod nostris assequi meritis non ualemus. eiusdem suffragantibus meritis nobis largire propicius. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

SAncta tua nos domine quesumus sancte praxedis uirginis tue meritis suffragantibus et a peccatis omnibus exuant. et ad celestia regna perducant. Per.

In festiuitate sancte marie marie[1] *magdalene officium.*

GAudeamus. *Ps.* Eructauit.

Oracio.

SAcratissimam domine beate marie magdalene qua celos subiit celebritatem recensentes: supplices imploramus clemenciam tuam. ut qui eius deuocionis recolimus insignia. ipsius mereamur compotes effici glorie. Per.

Leccio libri sapiencie.[2]

IN lectulo meo per noctem quesiui quem diligit anima mea: quesiui illum et non inueni. Surgam et circuibo ciuitatem: per uicos et plateas queram quem diligit anima mea. Quesiui illum: et non inueni. Inuenerunt me uigiles: qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea uidistis? Paululum cum pertransissem

[1] *Sic dupliciter.*
[2] [Cantic. Cantic. iii. 1-6.]

eos: inueni quem dilexit anima mea. Tenui eum nec[1]/ [fo. 255. nec dimittam: donec introducam illum in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee. Adiuro uos filie ierusalem per capreas ceruosque camporum ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam: donec ipsa uelit.

Gradale.

AUdi filia. Alleluya. ℣. Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea ineternum.

Sequencia.

MAne prima sabbati surgens dei filius nostra spes et gloria. Uicto rege sceleris rediit ab inferis cum summa uictoria. Cuius resurreccio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaque maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem seculi morte iam deposita prima est intuita. Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi uestigia eius lauit gracia. Quedum plorat et mens orat facto clamat quod cor amat ihesum super omnia. Non ignorat quem adorat quid precetur set deletur quod mens timet conscia. O maria mater pia. stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata dum fuisti sic uocata set honore subdita. Illa mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta per quam fuit lux exorta hec resurgentis prenuncia mundum replet leticia. O maria magdalena audi uota laude plena. apud christum chorum istum clementer concilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos

[1] struck through with a red line.

suos atque tuos mundet data uenia. Amen dicant omnia.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Rogabat ihesum quidam phariseus: ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit quod ihesus accubuisset in domo pharisei attulit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius et unguento ungebat. Uidens autem phariseus qui uocauerat eum: ait intra se. Hic si esset propheta: sciret utique que et qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens ihesus: dixit ad illum. Symon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant: cuidam feneratori. Unus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent:/ [fo. 255. b. donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens symon: dixit. Estimo. quia is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem exquo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo capud meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes

meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam ihesus. Remittuntur tibi peccata multa. Et [1]ceperunt quidam qui simul discumbebant:[1] dicere intra se. Quis est hic qui eciam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: uade in pace.

Offertorium.

FIlie regum.

Secretum.

SAlutaris hostie munus diuinis sacrandum misteriis beata maria magdalene patrocinante. nostrorum quesumus domine exurat rubiginem peccatorum ut illius compunccionis graciam et pietatis opera consequi mereamur. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

PRebeat nobis domine salutarem beate marie magdalene imitacio sancta doctrinam. quatinus per huius gloriosissimi corporis et sanguinis tui uirtutem illius optime partis mereamur esse consortes que non auferetur ab ea. Qui uiuis.

Eodem die sancti wandragesili confessoris officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem sacratissimam nobis in beati

[1]—[1] written over erasure.

877

wandregesili confessoris tui atque abbatis sollempnitatem tribuisti : adesto ecclesie tue precibus ut cuius gloriatur meritis muniatur suffragiis. Per.

Epistola.

IUstus cor.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

IN sancti wandragesili confessoris tui domine sollempnitate nos hec oblacio pietati tue reddat acceptos. ut sicut illum beata retribucio ita nos gracie tue comitetur commiseracio.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

BEati wandregesili confessoris tui domine quesumus deprecacione nos adiuua in cuius ueneracione tua con-/ [fo. 256. tingimus sacramenta. Per.

In natali sancti appollinaris martiris officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

CLemenciam tuam quesumus omnipotens deus ut intercedente pro nobis beato appollinare martire tuo atque pontifice.

878

ueniam omnium consequi mereamur peccaminum. et uitam capere ualeamus eternam. Per.

Epistola.

DOctrinis uariis. *Require in communi unius martiris.*

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

HOstiam nostram quesumus domine sancti appollinaris martiris tui et ueneranda [1]confessio et exaudibilis[1] commendet oracio. Per.

Communio.

SEmel iuraui.

Postcommunio.

SUmentes domine pignus redempcionis eterne. quesumus : ut intercedente beato appollinare martire tuo. uite presentis auxilio nos foueat et eterne. Per.

In natali sancte cristine uirginis et martiris officium.

LOquebar de.

Oracio.

SAncte Cristine uirginis et martiris tue domine suffragia. ad eterne sollempnitatis nos perducant gaudia. Per.

[1]—[1] written over erasure.

Epistola.

DOmine deus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

BEate Cristine uirginis. et martiris tue meritis que tibi facta est dilecta. hec tuis sint oculis munera accepta. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

UEnerande cene sacramentorum domine participes effecti te imploramus. ut sancte cristine uirginis et martiris tue interuentu reatus noster multiplex consequatur ueniam. et fides coronam.

Eodem die uigilia sancti Iacobi officium.

EGo autem.

Oracio.

QUesumus omnipotens.

Epistola.

BEatus homo qui inuenit.

Gradale.

IUstus ut palma. *Si dominica fuerit.* Alleluya. ℣. Gloria et honore.

Ewangelium.

SI manseritis.

Offertorium.

GLoria et honore.

Communio.

POsuisti.

Quere omnia in communi in uigilia unius apostoli.

In die sancti Iacobi apostoli. Officium.

MIchi autem.

Oracio.

ESto domine plebi tue sanctificator et custos: et beati apostoli tui iacobi munita presidiis et conuersacione tibi placeat et secura deseruiat. Per.

Epistola.

IAm non estis.

Gradale.

IN omnem terram. Alleluya. ℣. Non uos.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Accessit ad ihesum mater filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid uis? Ait illi. Dic ut sedeant hii duo/ filii mei: unus ad dex- [fo. 256. b. teram tuam et alius ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem

meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum dare uobis. set quibus paratum est a patre meo.

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

OBlaciones populi tui quesumus domine beati iacobi apostoli tui passio beata conciliet: ut que nostris non accepta sunt meritis. fiant tibi placita eius deprecacione. Per.

Communio.

UOs qui secuti.

Postcommunio.

BEati iacobi apostoli tui cuius hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti quesumus domine intercessione nos adiuua. pro cuius sollempnitate percepimus tua sancta letantes. saluator mundi. Qui uiuis et regnas cum deo patre. In.

Eodem die sancti christofori et cucufatis officium.

SAlus autem.

Oracio.

DEus per quem fides ignem non sentit. et infidelitas sine igne exuritur. qui beatis martiribus tuis christoforo et cucufati sancti spiritus flamma succensis. superare tribuisti suorum incendia tormentorum: concede propicicius[1] per eorum intercessionem. ut nos famulos tuos non exurat flamma uiciorum. set

[1] *Sic.*

dileccionis tue amor nostrorum excoquat rubiginem peccatorum. Per.

Epistola.

REspondens unus.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Exultent iusti.

Euangelium.

POnite in cordibus.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

ACcepta sit in conspectu tuo domine nostra deuocio. et eorum nobis fiat supplicacione salutaris pro quorum sollempnitate defertur. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

PErceptis domine muneribus gracias exhibentes quesumus: ut beati martires tui christoforus et cucufas sint pro nobis intercessores perpetui. Per.

In natali sanctorum septem dormiencium. Officium.

MUlte tribulaciones.

Oracio.

DEus qui ecclesiam tuam annua sanctorum tuorum maximiani malchi et marciani sociorumque eorum festiuitate letificas: concede propicius: ut sicut in illorum dormicione. te mirabilem te[1] predicantes tua magnalia temporali celebramus

[1] Struck through with black line.

officio. sic in celesti regione eorum perpetuo mereamur adunari/ consorcio. Per. [fo. 257.

Epistola.

REmemoramini.

Gradale.

ECce quam bonum. Alleluya. ℣. Uox exultacionis.

Euangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

GLoriabuntur.

Secretum.

DEus in quo est omnium iustorum requies et pax certa sanctorum: tribuas nobis pacificas hostias tibi digne offerre ut perfeccionem pacis qua tui sancti iam fruuntur in celis. nos iugiter meditemur in terris. Per.

Communio.

DIco autem.

Postcommunio.

SAnctorum tuorum uictorias domine recolentes sacramenta ueneranda percepimus prestent nobis quesumus eorum meritis indulgenciam. in quorum dormicione tuam admiramur magnificenciam. Per.

In natali sancti Pantaleonis officium.

LEtabitur iustus.

Oracio.

ECclesia tua quesumus domine que pia celebritate ad beati pantaleonis martiris tui concurrit sollempnia: a cunctis liberari aduersis mereatur. et ad eiusdem perueniat martiris societatem quam precatur. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

IUstus ut. palma. Alleluya. ℣. Beatus uir qui timet.

Euangelium.

NIchil opertum.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

HEc domine altari tuo munera imposita ipse benedic et suscipe. ut intercessione beati pantaleonis martiris tui. nobis ad fructum proficiant salutis. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

QUos supernis domine refecisti alimentis. hos sempiternis quesumus reple incrementis: et interuentu sancti pantaleonis sydereis adiunge collegiis. Per.

Eodem die sancti sampsonis episcopi et confessoris oracio.

DEus qui nos hanc diem in honore sancti sampsonis confessoris tui atque pontificis uenerabilem excolere fecisti. presta quesumus: ut quem letis ueneramur obsequiis eius oracionibus muniamur et precibus. Per.

Secretum.

HOstias nostras quesumus domine sanctus sampson pontifex nomini tuo reddat acceptas qui ad eas tibi digne complacuit offerendas. Per.

Postcommunio.

LEti domine sumpsimus sacramenta celestia que nobis intercedente beato sampsone confessore tuo atque pontifice uberius confidimus profutura. Per.

Sanctorum martirum felicis simplicii faustini et beatricis. Officium.

SAlus autem.

Oracio./ [fo. 257. b.

PResta quesumus domine ut sicut populus christianus martirum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis temporali sollempnitate congaudet: ita perfruatur eterna. et quod uotis celebrat. comprehendat effectu. Per.

Epistola.

REddet deus.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Exultent iusti.

Euangelium.

CUm audieritis.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

HOstias tibi domine pro sanctorum martirum tuorum

felicis. simplicii. faustini. et beatricis honore deferimus. suppliciter obsecrantes. ut et indulgenciam nobis comferant et salutem. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus ut sanctorum tuorum felicis. simplicii. faustini. et beatricis. celestibus misteriis celebrata sollempnitas. indulgenciam nobis tue propiciacionis adquirat. Per.

In natali sanctorum martirum abdon et sennen. Officium.

INtret in conspectu tuo.

Oracio.

DEus qui sanctis martiribus tuis abdon et sennen ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gracie contulisti: da famulis tuis suorum ueniam peccatorum ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per.

Epistola.

BEnedictus deus.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. ℣. Gaudete.

Euangelium.

ATtendite a fermento.

Offertorium.

MIrabilis.

Secretum.

FRequentata misteria domine pro sanctorum martirum tuorum abdon et sennen ueneracione deuota mente tractamus. quibus et presidium nobis crescat et gaudium. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

SUmat domine plebs fidelis celestis dona remedii. per que intercedentibus sanctis martiribus tuis. a suis emundetur delictis. Per.

In natali sancti germani episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

EXaudi nos deus salutaris noster. et quia nostre uoces non merentur audiri. sancti germani confessoris tui atque pontificis interuencio quesumus sit accepta pro nobis. Per.

Epistola.

OMnis pontifex.

Gradale.

IUrauit. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

UEritas mea et.

Secretum.

SAcrificium tibi domine pro sancti Germani confessoris tui atque pontificis celebritate offerentes quesumus. ut propiciacionem quam nostris operibus non meremur/ pii suffragator- [fo. 258. is intercessionibus assequamur. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

REpleti quesumus domine substancia celesti sancti Germani confessoris tui et episcopi nos intercessio tueatur ut cuius sollempnia celebramus. senciamus optata presidia. Per.

Eodem die sancti neoti confessoris. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus tuorum lumen sanctorum adesto piis ecclesie tue precibus. et beati confessoris tui neoti ubique proteccione conserua: ut cuius merita recolimus. intercessione suffulti. ad superna gaudia te adiuuante peruenire ualeamus. Per.

Secretum.

SErena pietate intende oblata quesumus omnipotens deus libamina. et optentu beatissimi Neoti confessoris tui atque abbatis presenti familie tue ad prosperitatem uite future affore concede. Per.

Postcommunio.

SUbiecte familie quesumus[1] omnipotens deus proficiat hostia iubilacionis et laudis: et

[1] written over erasure.

interuentu sancti Neoti confessoris tui atque abbatis. perpetue fiat causa nostre salutis. Per.

In aduincula sancti Petri officium.

NUnc scio uere quia.

Oracio.

DEus qui beatum petrum apostolum a uinculis absolutum illesum abire fecisti : nostrorum quesumus absolue uincula peccatorum. et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis : Egressus petrus de carcere. uenit ad domum marie matris iohannis qui cognominatus est marcus : ubi erant multi congregati et orantes. Pulsante autem eo ostium ianue: processit puella ad uidendum nomine rode. Et ut cognouit uocem petri. pre gaudio non aperuit ianuam : set introcurrens nunciauit petrum stare ante ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis? Illa autem affirmabat. sic se habere. Illi autem dicebant. Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent hostium : uiderunt eum et obstupuerunt. Annuens autem eis manu ut tacerent : enarrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Dixitque. Nunciate iacobo : et fratribus hec. Et egressus : abiit in alium locum./ [fo. 258. b.

Gradale.

COnstitues eos. Alleluya. ℣. Tu es pastor ouium princeps apostolorum tibi tradite sunt claues regni celorum.

Sequencia.

NUnc luce alma splendescit per orbem hec dies ecce gloriosa. Alleluya. Almi recolamus petri uoce celsa. Gratanter modulos accomodet in qua. Uincentis amorem ob supernum crucis sacre tropheo. Meritum gloriamque perlatam in celesti gloria. Pio corde fraterna iubiletque tuba. Qui a christo ligandi soluendique dona. Accipiens clauiger effectus nostra resoluens uincula. Subleuando etheris sedibus potestate nos tradita. Iungat cetui sancto culmine in poli paradisique amenia. Ubi adorat ordo te christe psallendo armonica uoce cantica. Noua sanctorum resonancium laude angelicus melica. Consupernam magestatem tuam poscentes humiliter almam. Cui dignos[1] cum illis resonemus una rithmica in excelsis carmina. Celestique in gloria trinum atque unum iugiter ueneremur in arua. Celsa potestas angelica. Ouans te laudat in gloria. Uirtutes celi te glorificent per astra. Qui patris sedes ad dexteram. Nostra exaudi angelorum. Et famulorum iungens uoces precamina. Tuorum uocibus ut caterua. Glorificet semper te et nostra. Regnantem iure cum sanctis ineternum.

Euangelium.

UEnit ihesus in partes.

Offertorium.

COnstitues.

Secretum.

OFferimus tibi domine munus placabile precantes ut sicut beato petro apostolo in uinculis constanciam. ita nobis gracia tua operetur indulgenciam. Per.

[1] *Sic.*

Communio.

TU es petrus.

Postcommunio.

DIuini muneris percepcio quesumus domine beato petro apostolo tuo intercedente: semper a nobis peccatorum nostrorum uincula summoueat. et pericula cuncta depellat. Per.

Eodem die sanctorum machabeorum. Oracio.

FRaterna nos domine martirum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa uirtutum. et multiplici nos suffragio consoletur. Per.

Secretum.

REspice domine oblaciones fidelium. ut tibi grate sint in tuorum passione sanctorum. qui germano amore te diligentes sua corpora martirio tradiderunt. Per.

Postcommunio.

REfecti domine gracie tue uitalibus alimentis supplices exoramus. ut quorum celebramus uictorias. participemur et premiis. Per.

Sancti Ethelwoldi episcopi oracio.

DEus qui beatum ethelwoldum pontificem sanctorum tuorum meritis equalem gloriosis/ ostendis miraculis: presta [fo. 259. quesumus: ut quem nobis in terra donasti doctorem in celo facias habere intercessorem. Per.

Secretum.

OBlata seruitutis nostre munera tibi domine quesumus beati ethelwoldi episcopi oracio reddat accepta. ut eius pia supplicacione et cunctorum remissionem peccaminum et beatitudinis sempiterne mereamur optinere gaudium. Per.

Postcommunio.

GRegem tuum quesumus domine sancti ethelwoldi pia intercessione guberna: ut in cuius ueneracione spiritualis cibi dulcedine pascimur eius interuencione. et ab omni perturbacione eruamur et eternis gaudiis inseramur. Per.

In natali sancti stephani[1] *martiris. Officium.*

SAcerdotes dei.

Oracio.

DEus qui nos beati stephani martiris tui atque pontificis annua sollempnitate letificas: concede propicius: ut cuius natalicia colimus de eiusdem eciam proteccione gaudeamus. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euangelium.

HOmo quidam nobilis.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

HOstias nostras quesumus domine tibi reddat acceptas intercessio[2] sancti stephani martiris tui atque pontificis. qui eas tibi digne offerendo complacuit. Per.

[1] Rest of line erased. Possibly *pape et.*
[2] e *added with mark of deletion.*

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

SUmentes domine diuina misteria quesumus: ut beati stephani martiris tui et episcopi intercessione eterne nobis prebeant incrementa leticie. Per.

Infra octauas sancti Petri per totam ebdomadam officium.

NUnc scio uere.

Oracio.

DEus qui beatum.

Epistola.

EGressus petrus.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Tu es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit uerbum patris set ipse pater qui est in celis. Alleluya. ℣. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi set pater meus qui est in celis. Alleluya. ℣. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Alleluya. ℣. Tu es pastor.

Euangelium.

UEnit ihesus.

Offertorium.

MIchi autem.

Offertorium.

IN omnem terram.

Communio.

TU es petrus.

In inuencione sancti stephani sociorumque eius officium.

INtret in conspectu.

Oracio.

DEus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis qui hodierna die beati stephani prothomartiris ut[1] sanctorum. Nichodemi gamalielis atque abibon gloriosam inuencionem reuelasti: da nobis quesumus. in eterna leticia. et de eorum societate gaudere. Per.

Epistola.

EXpectacio iustorum./ [fo. 259. b.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. ℣. Uox exultacionis.

Euangelium.

DIxit ihesus turbis.

Offertorium.

EXultabunt sancti.

Secretum.

SAcrificium tibi domine fidelium tuorum uotis oblatum serenus intende. ut quod dilecto martiri tuo stephano sociisque suis hodiernam inuencionis sue contulit gloriam. nobis ad redempcionem prosit et graciam. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

EPularum tuarum alimento saginati te humiliter rogamus domine deus noster: ut beati martiris tui stephani nichodemi gamalielis atque abibon meritis ubique nos adiuues. quorum hodie reuelacionis sollempnia celebramus. Per.

[1] *Sic. for* tui.

In natali sancti Oswaldi regis et martiris officium.

LEtabitur.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui huius diei iocundam sanctamque leticiam in sancti martiris tui oswaldi passione consecrasti. da cordibus nostris tui timoris caritatisque augmentum. ut cuius in terris sancti sanguinis effusionem celebramus. illius in celo patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. ℣. Posuisti.

Euangelium.

SIquis uenit.

Offertorium.

GLoria et honore coronasti.

Secretum.

MUnera domine que in sancti oswaldi commemoracione tue magestati offerimus. benigne assume. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut quod nostra consciencia non presumit: eius qui tibi feliciter seruiuit interueniente auxilio consequi mereamur. Per.

In natali sanctorum martirum sixti felicissimi et Agapiti officium.

SAlus autem.

Oracio.

DEus qui nos concedis sanctorum martirum tuorum Sixti felicissimi et agapiti natalicia colere. da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

Epistola.

IUsti imperpetuum.

Gradale.

UIndica domine. Alleluya. ℣. Sancti tui.

Euangelium.

CUm audieritis.

Offertorium.

GLoriabuntur.

Secretum.

MUnera tue domine magestati oblata sanctorum martirum tuorum sixti felicissimi et agapiti quesumus interuentu nobis ad salutem proficere senciamus eternam. Per.

Communio.

ANima nostra.

Postcommunio.

BEatorum martirum tuorum domine intercessione placatus presta quesumus : ut misteria sancta que temporali celebramus accione. perpetua saluacione capiamus. Per.

Sancti Donati episcopi et| martiris officium. [fo. 260.

SAcerdotes dei.

Oracio.

DEus qui es tuorum gloria sacerdotum presta quesumus: ut sancti martiris atque pontificis donati. cuius festa celebramus. senciamus auxilium. Per.

Epistola.

OMne gaudium.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

CIrcuibat.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

PResta quesumus domine ut precibus sancti martiris tui et episcopi donati quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus. pie nobis deuocionis fructus accrescat. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

OMnipotens et misericors deus qui nos sacramentorum tuorum et participes efficis et ministros: presta quesumus ut intercedente sancto tuo donato. eisdem proficiamus et fidei consorcio. et digno seruicio. Per.

M. WESTM̃.

In octaua sancti petri officium et cetera preter Gradale et offertorium sicut in die.

Gradale.

IN omnem terram.

Offertorium.

MIchi autem.

Eodem die sancti Cyriaci martiris sociorumque eius.

Officium.

TImete dominum.

Oracio.

DEus qui nos annua beati Cyriaci martiris tui sociorumque eius sollempnitate letificas. concede propicius. ut quorum natalicia colimus. uirtutem quoque passionis imitemur.

Epistola.

MEtuentes dominum.

Gradale.

TImete dominum. Alleluya. ℣. Iusti epulentur.

Euuangelium.

UIdens turbas.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum Cyriaci sociorumque eius martirio uenerando hostias tibi domine immolamus tua mirabilia protractantes. per que talis est perfecta uictoria. Per.

Communio.

SIgna eos.

Postcommunio.

SAnctorum martirum tuorum precibus confidentes quesumus domine: ut per ea que sumpsimus. eterna remedia capiamus. Per.

In natali sancti Romani martiris. Officium.

IN uirtute tua domine.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus tua nobis quesumus indulgencie dona largire ut quos gloriosissimi martiris tui romani festiuitate iocundos efficis: continua ueneracione ipsius ad te semper subleuemur patrocinio suffragante. Per.

Epistola.

DOminus michi astitit.

Gradale.

GLoria et honore. Alleluya. ℣. Iustus ut palma.

Euuangelium.

QUi amat.

Offertorium.

IN uirtute.

Secretum.

OBlata nostra domine semper oculis tue magestatis intende: et intercessio beati romani martiris tui opem tuam nobis/ semper adquirat. Per. [fo. 260. b.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

BEati romani martiris tui quesumus domine intercessione hec communio nos expurget a crimine: et tuo auxilio defendat. Per.

Eodem die uigilia sancti laurencii ad magnam missam.

Officium.

DIspersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria. *Ps.* Beatus uir qui timet.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris. et intercessione beati laurencii martiris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

COnfitebor tibi domine rex. et collaudabo te deum. *loco quo dicitur.* Estuata. *dicatur.* Estuatus. *queratur in communi unius uirginis.*

Gradale.

DIspersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. ℣. Potens in terra erit semen eius generacio rectorum benedicetur. *Si dominica fuerit.* Alleluya. ℣. Letabitur iustus.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

ORacio mea munda est et ideo peto ut detur locus uoci mee in

[1] [Ecclesiastic. li. 1–13.

celo. quia ibi est iudex meus et conscius meus in excelsis ascendat ad dominum deprecacio mea.

Secretum.

TAnto placabiles tibi quesumus domine nostre sint hostie. quanto sancti martiris tui laurencii pro cuius sollempnitate exhibentur tibi grata sunt merita. Per.

Communio.

QUi uult uenire.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis nostre sacramentis quesumus: ut per intercessionem beati laurencii martiris tui. et ueniam nobis operentur et pacem. Per.

In die. Officium.

COnfessio et pulcritudo in conspectu eius sanctitas et magnificencia in sanctificacione eius. *Ps.* Cantate. I.

Oracio.

DA nobis quesumus omnipotens deus uiciorum nostrorum flammas extinguere: qui beato laurencio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per.

Ad corintheos.

FRatres: Qui parce seminat: parce et metet. Et qui seminat in benediccionibus: de benediccionibus et metet. Unusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristicia aut necessitate. Hyllarem enim datorem: diligit deus. Potens est autem deus omnem graciam habundare facere in nobis: ut in omnibus semper omnem sufficienciam habentes habundetis in omne opus bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi./ Qui autem administrat [fo. 261. semen seminanti: et panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen uestrum: et augebit incrementa frugum iusticie uestre.

Gradale.

PRobasti domine cor meum et uisitasti nocte. ℣. Igne examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Alleluya. ℣. Leuita laurencius bonum opus operatus est. qui per signum crucis cecos illuminauit et thesauros ecclesie dedit pauperibus.

Sequencia.

STola iocunditatis alleluya. Induit hodie dominus militem suum laurencium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martir insignis hostiam deo placentem optulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accersitur et de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emollitus aut tormentis eius auaricie. Luditur ualerianus et leuite larga manus dum petit inducias. Dat ministra caritatis pauperibus congregatis facultatum copias. Furit igitur prefectus et paratur ardens lectus insultantis uiscera crates urit aspera. Sudat martir in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro christo certantibus. De cuius milicia celi gaudet curia. Quia uicit hodie ministros nequicie. Ut hunc ergo per patro-

num consequamur uite donum. In illius die festo chorus noster letus esto. Iocundum in ecclesia decantans alleluya.

Euuangelium.

AMen amen dico uobis nisi granum.

Offertorium.

COnfessio et pulcritudo in conspectu eius sanctitas et magnificencia in sanctificacione eius.

Secretum.

UT tuis domine misteriis digni reddamur illa quesumus ueritas nos illuminet semper et foueat. que in beati laurencii martiris tui corde flammam sue confessionis accendit ihesus christus dominus noster.

Communio.

QUi michi ministrat.

Postcommunio.

SAcro munere saciati supplices te domine deprecamur. ut quod debite seruitutis celebramus officio. intercedente beato laurencio martire tuo. saluacionis tue senciamus augmentum. Per.

In natali sancti Taurini episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus magestatem tuam suppliciter exoramus: ut intercessione beati taurini confessoris tui atque pontificis cuius hodie annuam festiuitatem recolimus cum temporalibus/ incrementis [fo. 261. b. eterne prosperitatis capiamus augmentum. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit.

Euuangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

HOstias domine plebis tue intende propicius. in honore sancti Taurini confessoris tui atque pontificis tibi offerimus. tu eas quesumus illo intercedente benediccione spirituali sanctifica. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

DIuina libantes misteria que in honore sancti confessoris tui taurini atque pontificis tue optulimus magestati. presta quesumus domine. ut per ea ueniam mereamur delictorum : et celestis gracie donis reficiamur. Per.

Eodem die sancti Tyburcii martiris officium.

IUstus ut palma.

Oracio.

BEti[1] Tyburcii martiris tui nos domine foueant continuata presidia quia non desinis propi-

[1] *sic : for* Beati.

cius intueri quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per.

Epistola.

NEmo militans.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus ut palma florebit. sicut cedrus libani multiplicabitur.

Euuangelium.

NIchil opertum.

Offertorium.

IN uirtute.

Secretum.

GRata tibi sint domine hec sacrificia que in sancti Tyburcii martiris tui passione deferuntur cuius intercessione quesumus salutaria nobis efficiantur. Per.

Communio.

AMen dico.

Postcommunio.

SUmpsimus domine pignus redempcionis eterne. sit nobis quesumus interueniente beato tyburcio martire tuo uite presentis auxilium pariter et future. Per.

In natali sancti ypoliti martiris sociorumque eius officium.

IUsti epulentur.

Oracio.

DA nobis quesumus omnipotens deus: ut beati ypoliti martiris tui sociorumque eius ueneranda sollempnitas et deuocionem nobis augeat et salutem. Per.

Epistola.

IUstorum anime.

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. ℣. Confitebuntur.

Euuangelium.

ATtendite a fermento.

Offertorium.

ANima nostra.

Secretum.

REspice quesumus domine munera populi tui sanctorum martirum tuorum honore oblata: et tu[1] testificacio ueritatis nobis proficiat ad salutem. Per.

Communio.

DIco autem.

Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus ut interuenientibus sanctis martiribus tuis. et tua in nobis dona multiplices et misericorditer largita conserues. Per.

Infra octauas sancti laurencii. Officium.

COnfessio.

Oracio.

DA nobis.

Epistola.

QUi parce.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. ℣. Leuita Laurencius./ [fo. 262.

[1] *sic: for* tue.

Euuangelium.

NIsi granum.

Offertorium.

GLoria et honore.

Communio.

POsuisti.

In natali sancti eusebii confessoris. Officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui nos beati eusebii confessoris tui annua sollempnitate letificas : concede propicius : ut cuius natalicia colimus : per eius ad te exempla gradiamur.

Epistola.

IUstus cor suum.

Gradale.

OS iusti. Alleluya. ℣. Disposui.

Ewangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

DEsiderium.

Secretum.

SAncti eusebii confessoris tui interuentu domine tibi seruitus nostra complaceat. et oblacio presencium munerum. fiat presidium omnium nostrorum. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

LEti domine sumpsimus sacramenta celestia que nobis intercedente beato eusebio confessore tuo. uberius senciamus profutura. Per.

In uigilia assumpcionis beate marie. Officium.

SAlue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. *Ps.*[1] Que gaudium matris habens. *Ps.* Quia concipiuit rex speciem tuam.

In ista uigilia non dicetur. Gloria in excelsis. *nisi in dominica contigerit celebrari.*

Oracio.

DEus qui uirginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es. da quesumus : ut sua nos defensione munitos iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui uiuis.

Leccio libri sapiencie.[2]

AB inicio et ante secula creata sum. et usque ad futurum seculum non desinam et in habitacione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum : et in ciuitate sanctificata similiter requieui. et in iherusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detencio mea.

Gradale.

BEnedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non

[1] *sic.*
[2] [Ecclesiastici xxiv. 14–17.]

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S

capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo.

Si in dominica euenerit. Alleluya. ℣. Per te dei genitrix nobis est uita perdita data. que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem.

Secundum lucam.

IN illo tempore: Factum est cum loqueretur ihesus ad turbas: extollens uocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit: et ubera que suxisti. At ipse dixit. Quinnimo: beati qui audiunt uerbum dei: et custodiunt illud.

Offertorium.

FElix namque es sacra uirgo maria et omni laude dignissima quia ex te/ ortus est sol [fo. 262. b. iusticie christus deus noster.

Secretum.

MUnera nostra domine apud clemenciam tuam dei genitricis commendet oracio. quam iccirco de presenti seculo transtulisti. ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per.

Communio.

BEata uiscera marie uirginis que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

COncede misericors deus per tanti misterii dulcedinem fragilitati nostre presidium: ut qui sancte dei genitricis et uirginis requiem celebramus. intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

In die. Officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie uirginis. de cuius assumpcione gaudent angeli. et collaudant filium dei. *Ps.*[1] Hodie maria uirgo celos ascendit. gaudete quia cum ipso regnat. ℣. Gloria patri.

Oracio.

UEneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat sempiternam: in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum.

Leccio libri sapiencie.[2]

EGredimini et uidete filie syon regem salamonen in dyademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsionis[1] et in die leticie cordis eius. Quam pulcra es amica mea quam pulchra es et decora. oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Tota pulcra es amica mea. et macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: ueni de libano ueni. Quam pulchre sunt mamme tue: soror mea sponsa. Pulcriora sunt ubera tua uino: et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel et lac sub lingua tua. et odor uestimentorum tuorum sicit odor thuris. Ortus conclusus soror mea sponsa: ortus conclusus fons signatus. Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo. nardus et crocus.

[1] *sic.* [2] [Cant. Cant. iii. &c.]

phistula et cynamomum cum uniuersis lignis libani myrra et aloe cum omnibus primis unguentis. Fons ortorum : puteus aquarum uiuencium que fluunt impetu de libano. Una est columba mea : perfecta mea./ [fo. 263. Una est matris sue : electa genitricis sue. Uiderunt illam filie syon : et beatissimam predicauerunt regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Pulcra ut luna electa ut sol : terribilis. ut castrorum acies ordinata.

Gradale.

PRopter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam. et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et inclina aurem tuam. quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. ℣. Hodie maria uirgo celos ascendit. gaudete quia cum christo regnat ineternum. Alleluya. ℣. Assumpta est maria in celum gaudent angeli et collaudantes benedicunt dominum.

Sequencia.

ARea uirga prime matris eue florens rosa processit maria. Oritur ut lucifer inter astra etherea perpulcra ut luna. Fragrascit ultra omnia balsama pigmenta et thymiamata. Purpurea ut uiola rosida. ut rosa candens ut lilia. Patris summi quam elegit proles deica ut assumeret carnem sacrosanctam ex uirginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia eterni regis exortum in terra matremque eius ita salutat. Aue maria domini mei mater alma celica plena gracia. Tu benedicta regem in secula paries effecta orbis regna.[1] Fecunda ergo inquid quomodo esse queam cum uirum non cognoscam exquo sum

[1] *sic. for* regina.

nata et semper permansi uirgo pudica. Ne timeas respondit angelus sanctum neupma descendet in te castam quo fecundata paries deum et hominem una. O uere sancta atque amanda ex qua est orta redempcio nostra salus quoque mundi uera que uita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata in qua es assumpta ad celi claustra. Tu es enim patri cara tu es ihesu mater bona tu sancti spiritus es templum facta. Tu es pulchra dei sponsa tu regem christum enixa. domina es in celo et in terra. Hodie namque curie celestis tibi obuiam agmina te assumpserunt ad palacia stellata. Ihesus et ipse festiuus tibi matri cum angelis occurrens sede paterna secum locauit in secla. Iam cum deo regnas. nostra excusa clemens mala poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alleluya.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Intrauit ihesus in quoddam castellum : et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror : nomine maria. Que eciam sedens secus pedes domini : audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium./ Que stetit et ait. [fo. 263. b. Domine : non est tibi cure quod soror mea reliquid me solam ministrare. Dic ergo illi : ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha sollicita es : et turbaris erga plurima. Porro : unum est necessarium. Maria optimam partem elegit : que non auferetur ab ea.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

GRata tibi domine munera nostra efficiat dei genitricis oracio. quam et si pro condicione carnis migrasse cognoscimus. in celesti gloria pro nobis apud te orare senciamus. Per.

Prefacio.

ET te in assumpcione.

Communio.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum.

Postcommunio.

MEnse celestis participes effecti imploramus clemenciam tuam domine deus noster: ut qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.

In octaua sancti laurencii ad missam officium.

PRobasti domine.

Oracio.

BEati laurencii nos faciat domine passio ueneranda letantes. et ut eam sufficienter recolamus. efficiat prompciores. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

Gradale.

IUstus ut palma. Alleluya. ℣. Leuita uincencius.[1]

[1] *sic.*

Euuangelium.

NIsi granum.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

BEati laurencii martiris honorabilem passionem muneribus domine geminatis exequimur: que licet propriis sit memoranda principiis. indesinentur tamen permanet gloriosa. Per.

Communio.

QUi uult.

Postcommunio.

SAlutare nobis domine quesumus intercessio beati laurencii martiris tui prestet auxilium. ut celestis mense participacio quam sumpsimus. tribuat ecclesie tue recensita leticiam. Per.

Infra octauas sancte marie officium per totam septimanam.

GAudeamus.

Oracio.

UEneranda nobis.

Leccio libri sapiencie.[1]

IN omnibus requiem quesiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo et dixit michi. In iacob inhabita: et in israel hereditare et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata

[1] [Ecclesiast. xxiv. 11–14; 15–21.]

similiter requieui. et in ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato : et in partes dei mei hereditas illius. et in ple/nitudine sanctorum [fo. 264. detencio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano : et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades. et quasi plantacio rose in iherico. Quasi oliua speciosa in campis : et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans : odorem dedi. Quasi mirra electa : dedi suauitatem odoris.

Gradale.

PRopter. Alleluya. ℣. Hodie. Alleluya. ℣. Assumpta.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Repleta est spiritu sancto elizabeth et exclamauit uoce magna. et dixit ad mariam. Benedicta tu inter mulieres : et benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc michi ut ueniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutacionis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti : quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus : in deo salutari meo.

Aliud Euuangelium.

FActum est cum loqueretur.

Offertorium.

FElix namque.

Offertorium

DIffusa est.

Communio.

BEata uiscera.

Communio.

DIffusa est.

In natali sancti agapiti martiris officium.

LEtabitur.

Oracio.

LEtetur ecclesia tua deus beati agapiti martiris tui confisa suffragiis. atque eius precibus gloriosis et deuota permaneat et secura consistat.

Epistola.

BEatus uir qui in sapiencia.

Gradale.

BEatus uir qui timet. Alleluya. ℣. Posuisti.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

PRo beati agapiti martiris tui passione ueneranda hostias laudis tibi domine immolantes. quesumus. ut eius oracionibus tibi placeant pro cuius meritis offeruntur. Per.

Communio.

POsuisti domine.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut sacramenti tui uirtute percepta. digni tanto munere reddamur intercessione beati Agapiti martiris tui. Per.

In natali sancti magni martiris. Officium.

IUstus ut palma.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris. et intercedente beato magno martire tuo: ab hostium nos defendas propiciatus incursu. Per.

Epistola.

MEmor esto.

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. ℣. Beatus uir qui suffert.

Euuangelium.

QUi amat.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

OBlatis tibi domine fidelium tuorum muneribus intende propicius. ut et nullius irrita postu/lacio. nullius [fo. 264. b. inane sit uotum gloriosi martiris tui magni desideratum nobis prebe subsidium. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

TUa sancta sumentes quesumus domine. ut beati magni martiris tui nos foueant continuata presidia. Per.

Dominica infra octauas assumpcionis beate marie omnia fiant sicut in die preter euuangelium quod erit Repleta est spiritu sancto.

In natali sancti philiberti abbatis. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui anime famuli tui philiberti abbatis atque sacerdotis eterne beatitudinis premia contulisti: da quesumus. ut qui eius sollempnia celebramus in terris. eius meritis adiuuemur in celis. Per.

Secretum.

MUnera nostra quesumus domine propiciatus assume. et ut digne tuis famulemur altaribus. sancti tui nos philiberti abbatis atque sacerdotis intercessione custodi. Per.

Postcommunio.

EXultet quesumus domine populus tuus in sancti tui commemoracione philiberti abbatis atque sacerdotis ut cuius uotiuo letatur officio. releuetur auxilio. Per.

In octaua sancte marie uirginis officium.

GAudeamus omnes in.

Oracio.

COncede quesumus omnipotens deus nos ad beate marie semper uirginis gaudia eterna pertingere. de cuius ueneranda assumpcione tribuis annua sollempnitate gaudere. Per.

Epistola.

IN omnibus requiem.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. ℣. Hodie maria.

Euuangelium.

INtrauit ihesus.

Offertorium.

REcordare uirgo mater in conspectu dei ut loquaris pro nobis bonum. et ut auertat indignacionem suam a nobis.

Secretum.

ACcipe quesumus domine munera que in beate marie semper uirginis desiderabili celebritate deferimus: quia ad tua preconia recurrit et laudem: quod talis exorta est et talis assumpta. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

LIbera nos ab omni malo quesumus domine ihesu christe et per intercessionem et merita genitricis tue gloriosissime uirginis marie fiat nobis sumptum corporis et sanguinis tui sacramentum ad salutem et remissionem omnium peccatorum. Qui uiuis.

Eodem die sanctorum martirum tymothei et simphoriani. Officium.

SApienciam.

Oracio.

AUxilium tuum nobis domine quesumus placatus impende. et intercedentibus beatis martiribus tuis Thymotheo/ [fo. 265. et symphoriano dexteram super nos tue propiciacionis extende. Per.

Epistola.

BEnedictus deus.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Confitebuntur.

Euuangelium.

ELeuatis ihesus.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

ACcepta tibi sit domine sacrate plebis oblacio. pro tuorum honore sanctorum quorum se meritis percepisse. de tribulacione cognoscat auxilium. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

SAcro munere saciati quesumus omnipotens deus: ut intercedentibus beatis martiribus tuis tymotheo et simphoriano. nos omnes sanctorum tuorum iubeas assisti collegio. Per.

In natali sanctorum martirum Tymothei et appollinaris. Officium.

SAlus autem.

Oracio.

DEus qui nos concedis sanctorum martirum tuorum tymothei et appollinaris natalicia colere. da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

Epistola.

SPectaculum facti.

Gradale.

EXultabunt. Alleluya. ℣. Sancti tui.

Euuangelium.

SEdente ihesu.

Offertorium.

MIrabilis deus.

Secretum.

MUnera nostra quesumus domine pro tuorum commemoracione sanctorum thymothei et appollinaris sollempniter oblata propicius suscipe. et pia eorum intercessione salutem nobis perpetuam prouenire concede. Per.

Communio.

EGo uos.

Postcommunio.

BEatorum martirum tuorum tymothei et appollinaris domine intercessione placatus. concede quesumus: ut sacramenti tui ueneranda percepcio.

fiat omnium peccatorum nostrorum remissio. Per.

Eodem die uigilia sancti bartholomei. Officium.

EGo autem.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

Gradale.

IUstus ut palma. *Si in dominica euenerit.* Alleluya. ℣. Gloria et honore.

Euuangelium.

SI manseritis.

Offertorium.

GLoria et honore.

Communio.

POsuisti.

In die officium.

MIchi autem.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui huius diei uenerandam sanctam que leticiam beati Bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti. da ecclesie tue quesumus. et amare quod credidit. et predicare quod docuit.

Epistola.

IAm non estis.

Gradale.

IN omnem terram. Alleluya. ℣. Non uos.

Euuangelium.

HOc est preceptum.

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

BEati apostoli tui Bartholomei domine sollempnia celebrantes. tuam clemenciam deprecamur: ut eius auxilio tua/ beneficia capiamus. in [fo. 265. b. cuius ueneracione tibi laudis hostiam immolamus. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

UOs qui secuti.

Postcommunio.

SUmptis domine salutaribus sacramentis pro sollempnitate beati apostoli tui bartholomei supplices deprecamur. ut que predicauit et credamus pariter et sequamur. Per.

In natali sancti audoeni episcopi et confessoris. Officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui perhennem gloriam sanctissimi audoeni confessoris tui atque pontificis anime contulisti. tribue quesumus. eius nos apud te ita patrociniis sublimari. ut cum eo uitam possideamus eternam. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UIgilate.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

OBlata quesumus domine munera fidelis populi meritis beatissimi audoeni confessoris tui tibi reddantur accepta. ut ab omni contagione peccati isdem quibus famulamur misteriis. clementer mundari mereamur. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

MEnse celestis participacione uegetati supplices te rogamus omnipotens deus ut sicut de beati audoeni perpetua glorificacione annua celebritate gaudemus. ita ipsius apud te intercessione ab omni mereamur aduersitate defendi. Per.

In natali sancti Genesii martiris officium.

IUstus non conturbabitur.

Oracio.

BEati martiris tui Genesii domine nos tuere presidiis. ut cuius sollempnitatem annua deuocione recolimus eius intercessione ab omni aduersitate eruamur. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

Gradale.

IUstus non conturbabitur. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

SUscipe domine propicius oracionem nostram cum oblacionibus hostiarum superimpositis. et martiris tui genesii deprecacione accepta. et illam que in eo fragrauit fortis dileccio aspira benignus. ut in tua dileccione permanentes. in fide inueniamur stabiles. in moribus concordes. et in opere efficaces. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

SAcro munere saciati quesumus omnipotens deus. ut interueniente pro nobis beato genesio martire tuo. iubeas nos pariter sanctorum tuorum sociari collegio.

In natali sancti Ruphi martiris officium.

LEtabitur./ [fo. 266.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris ut beati rufi martiris tui intercessionibus confidentes. nec minis aduersancium nec ullo conturbemur incursu. Per.

Epistola.

DOminus michi astitit.

Gradale.

POsuisti domine. Alleluya. ℣. Beatus uir.

Euuangelium.

NIchil opertum.

Offertorium.

DEsiderium anime eius.

Secretum.

HOstias quas tibi offerimus domine pro commemoracione beati Rufi martiris tui quesumus placidus ac benignus suscipe. et per eius intercessionem ab omnibus malis nos eripe. et in eterna fac tecum felicitate gaudere. Per.

Communio.

QUi uult.

Postcommunio.

GRacias tibi agimus omnipotens deus tua sacramenta sumentes et intercessione beati Rufi martiris tui. ab omnibus liberemur periculis. Per.

In natali sancti Augustini episcopi et doctoris officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui beatum Augustinum in exponendis scripture sancte misteriis doctorem optimum et electum antistitem ecclesie tue prouidisti : da nobis eius semper et doctrinis instrui. et oracione fulciri. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euuangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

SAncti confessoris tui atque pontificis augustini nobis quesumus domine pia non desit oracio. que et munera nostra tibi conciliet et tuam nobis indulgenciam semper optineat. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutem. beatus augustinus confessor tuus atque pontifex quesumus precator accedat. Per.

Eodem die sancti hermetis martiris. Officium.

IN uirtute.

Oracio.

DEus qui beatum hermetem martirem tuum uirtute constancie in passione roborasti. ex eius nobis imitacione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per.

Epistola.

NEmo militans.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. ℣. Gloria et honore.

Euuangelium.

NOlite arbitrari.

Offertorium.

IN uirtute tua.

Secretum.

MUnera nostra domine propiciatus assume. et ut digne tuis famulemur altaribus sancti hermetis martiris tui nos intercessione custodi. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

REpleti domine benediccione celesti quesumus clemenciam tuam : ut intercedente beato hermete martire tuo que humiliter/ sumimus. [fo. 266. b. salubriter senciamus. Per.

In decollacione sancti Iohannis baptiste. Officium.

IOhannes autem cum audisset in uinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illi. tu es qui uenturus es an alium expectamus. ℣. Respondens autem ihesus ait illis. euntes renunciate iohanni que audistis et uidistis. Gloria patri.

Oracio.

SAncti Iohannis baptiste et martiris tui domine quesumus ueneranda festiuitas : salutaris auxilii nobis prestet augmentum. Per.

Epistola.

EXpectacio iustorum.

Gradale.

HErodes enim tenuit et ligauit iohannem et posuit in carcerem. ℣. Propter herodiadem quam tulerat fratri suo uiuenti uxorem. Alleluya. ℣. Inter natos.

Sequencia.

SAncti baptiste christi preconiis. Sollempnia celebrantes moribus ipsum sequamur. Ut ad uitam quam predixit asseclas suos perducat. Deuotis te sanctissime mentibus amice ihesu christi flagitamus ut gaudia percipiamus. Maxima que dantur sanctis in celo qui martirii tui congaudemus uictoriis in die ista. Ut per hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris deliciis leti congaudent. Tu qui preperas fidelium corda. Ne quid deuium uel lubricum deus in eis inueniat. Te deposcimus ut crimina nostra. Et facinora continua prece studeas absoluere. Placatus ut ipse suos semper inuisere fideles. Et mansionem in eis facere dignetur. Ut agni uellere quem tuo digito. Mundi monstraueras tollere crimina. Nos uelit induere. Ut ipsum mereamur angelis associi. In alba ueste sequi per portam clarissimam. Amice christi iohannes.

Secundum Marcum.

IN illo tempore: Misit herodes ac tenuit iohannem: et uinxit eum in carcerem propter herodiadem uxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et uolebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem: sciens eum uirum iustum et sanctum et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulque recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod uis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid pecieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit. Capud/ Iohan- [fo. 267. nis baptiste. Cumque introisset statim cum festinacione ad regem: petiuit dicens. Uolo ut protinus des michi in disco capud iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul recumbentes: noluit eam contristare set misso spiculatore precepit afferri capud eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit capud eius in disco et dedit puelle. Et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius uenerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento.

Offertorium.

MIsit rex spiculatorem precepit amputare capud iohannis in carcerem. quo audito. discipuli eius uenerunt et sepellierunt eum alleluya.

Secretum.

MUnera tibi domine pro sancti Iohannis baptiste

martiris tui passione deferimus. qui dum finitur in terris. factus est in celesti sede perpetuus. quesumus ut eius optentu nobis proficiant ad salutem. Per.

Communio.

ITe dicite iohanni ceci uident surdi audiunt mortui resurgunt et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Postcommunio.

COnferat nobis domine sancti Iohannis baptiste utraque sollempnitas. ut et magnifica sacramenta que sumpsimus significata ueneremur et in nobis pocius edita gaudeamus. Per.

Eodem die sancte sabine uirginis et martiris officium.

COgnoui.

Oracio.

SAncte sabine uirginis et martiris tue nos quesumus domine deus noster. meritis precibus que tuere: que tibi gloriosa confessionis tue complacuit passione. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

FIlie regum.

Secretum.

MUneribus nostris domine te magnificamus oblatis. que nobis et beate sabine martiris tue patrocinia et sempiterna concilient gaudia. Per.

Communio.

PRincipes.

Postcommunio.

REdempcionis nostre misteria sumentes quesumus domine deus noster: ut beate sabine martiris tue meritis muniamur. et uisionis tue gloria perfruamur. Per.

In natali sanctorum martirum felicis et audacti. Officium.

SApienciam.

Oracio.

MAgestatem tuam domine supplices deprecamur ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum felicis et audacti commemoracione letificas: ita semper supplicacione defendas. Per.

Epistola.

IUstorum anime./ [fo. 267. b.

Gradale.

EXultabunt. Alleluya. ℣. Preciosa.

Euuangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

LEtamini.

933

Secretum.

HOstias domine tue plebis intende et quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrat proficere sibi senciat ad salutem. Per.

Communio.

QUod dico uobis.

Postcommunio.

REpleti domine muneribus sacris quesumus ut intercedentibus sanctis tuis felice et audacto. in graciarum tuarum semper accione maneamus. Per.

In natali sancti Egidii abbatis officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

PRetende nobis domine misericordiam tuam et beati egidii abbatis intercessio. cuius nos dedisti patrociniis adiuuari: tribue ut magestatem tuam iugiter exoret pro nobis. Per.

Epistola.

IUstus cor.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

MUneribus nostris quesumus domine sancti egidii abbatis

934

intercessione graciam tue placacionis intersere. ut et collata nobis remedia tuearis. et conferenda propicius largiaris. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

REfecti domine sacre participacionis dapibus supplices deposcimus. ut sancti Egidii confessoris tui precibus. semper saciemur diuine consolacionis muneribus. Per.

Eodem die sancti Prisci martiris officium.

LEtabitur iustus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus fortitudo certancium et martirum palma sollempnitatem hodierne diei propicius intuere. et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari. ut intercessione beati martiris tui Prisci. omnium in te credencium uota perficias. Per.

Epistola.

DOminus michi.

Gradale.

POsuisti. Alleluya. ℣. Beatus uir.

Euuangelium.

NIchil opertum.

Offertorium

DEsiderium.

Secretum.

EIus tibi precibus domine quesumus grata reddatur oblacio. pro cuius festiuitate immolatur. Per.

Communio.

QUi uult.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut sacramenti tui participacione uegetati. sancti quoque martiris tui prisci precibus adiuuemur. Per.

In natali sancti antonini martiris officium.

IUstus non conturbabitur.

Oracio.

OMnipotens deus fidelium tuorum indeficiens conseruator qui hunc diem in gloriosi martiris tui antonini clarificare dignatus es sollempnitate. exaudi preces supplicantis ecclesie et presta: ut quod deuote expetit./eo suffragante con- [fo. 268. sequi mereatur. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale.

GLoria et honore. Alleluya. ℣. Beatus uir.

Euuangelium.

SIquis uult.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

OBlatis muneribus magestati tue domine deuote supplicamus. ut beatus martir antoninus gratanter exoptet hoc misterium nobis digne fuere.[1] Per.

Communio.

QUi uult.

Postcommunio.

MUneris sacri refeccione uegetati clemenciam tuam suppliciter exposcimus omnipotens deus ut beatus martir antoninus pro nobis imploret auxilium. et gaudium sempiternum. Per.

In ordinacione sancti gregorii [pape][2] officium.

STatuit ei.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui beatum gregorium innumeris uirtutibus declaratum summum pontificem populo tuo ordinare uoluisti. concede propicius: ut apud misericordiam tuam meritis eius et intercessionibus adiuuemur. Per.

Epistola.

DEdit dominus.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euuangelium.

UOs estis sal.

Offertorium.

INueni dauid.

[1] *sic.* [2] Erased.

937

Secretum.

HOstias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus beati gregorii prosequatur oracio. per quam nos expiari facias et defendi. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PRosint nobis domine quesumus tua sancta presidia que interuenientibus beati gregorii meritis. ab omnibus nos absoluant peccatis. Per.

In natali sancti bertini abbatis. Officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

COrdibus nostris quesumus domine celestis glorie inspira desiderium et presta ut in dextris illuc feramus manipulos iusticie ubi tecum sydus aureum sanctus choruscat abbas bertinus. Per.

Epistola.

IUstus cor.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Disposui.

Euangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

938

Secretum.

GRacia tua domine que beatum bertinum hostiam sanctam uiuam tibique fecit esse placabilem. eius meritis hec sanctificet libamina. et uite nostre consummacionem peragat irreprehensibilem. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

QUod de mensa tua domine sumpsimus beato exorante bertino ad eternam nos enutriat leticiam: et tuam ubique inuenire faciat graciam. Per.

In natiuitate beatissime uirginis marie. Officium./ [fo. 268. b.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie uirginis de cuius natiuitate gaudent angeli et collaudant filium dei. *Ps.*[1] Hodie nata est beata uirgo maria ex progenie dauid. Gloria patri.

Oracio.

SUpplicacionem seruorum tuorum deus miserator exaudi. ut qui in natiuitate dei genitricis et uirginis congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur Per.

Leccio libri sapiencie.[2]

EGo quasi uitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructum honoris et honestatis. Ego mater pulcre dileccionis et timoris: et magnitudinis et sancte spei. In me omnis gracia uite[1] et ueritatis: in me

[1] *sic.* [2] [Ecclesiastic. xxiv. 23–31.]

omnis spes uie et uirtutis. Transite ad me omnis qui concupiscitis me: et a generacionibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generacione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sicient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Et qui elucidant me: uitam eternam habebunt.

Gradale.

SPecie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Propter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose uirginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauidis.

Sequencia.

ALle celeste nec non et perhenne luya. Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba et canora pallinodias canta. Nam omnis usya hanc christi genitricem die ista. Congaudet exortam per quam sibi sublatam capit uitam. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra es regenda prole fecundata. Nec grauidata uiscera sunt tamen per ulla patris membra set ex fide sola. Ab arce summa angelus astat maria inquid alma aue plena. Gracia summa et benedicta feminas inter omnes paritura. Regem qui dira mortis uincula. Dampnauit mira cum potencia. Suum plasma soluens sponte sua atque beatam donans uitam. Fit mox puella uerbis credula. Et puerpera stupet et casta. Natum gestans speciosum forma regentem cuncta orbis regna. Hec est uirga non irrigata set dei gracia florigera. Hec est sola cunctorum era materna obscurans piacula. Uelud/ rosa deco- [fo. 269. rans spineta sic quod ledat nil habet maria. Uirgo eua quod attulit prima christi sponsa effugat maria. O uirgo sola mater casta nostra crimina. Soluens da regna quis beata regnant agmina. Potens enim cuncta ut mundi regina et iura. Cum nato omnia decernens in secla et ultra subnixa es in gloria. Cherubyn electa seraphinque clara agmina. Nam iuxta filium posita sedes in dextera uirtus lampas et sophia. Natiuitas unde nobis gaudia hodie affert omnia. Et resonat camenis aula in laude tua uirgo maria. Gaudet per climata orbis ecclesia dicens alleluya. Quod et palacia celi clamant dindima usque dancia preconia.

Genealogia domini nostri ihesu christi secundum matheum.

LIber generacionis ihesu christi: filii dauid filii abraham. Abraham autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Iesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salamonem ex ea que fuit urie. Salamon autem genuit roboam. Roboas autem genuit abyam. Abyas autem genuit asam. Asa

autem genuit iosaphat. Iosaphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan. Ioathas autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem: genuit manassen. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Iosias autem. genuit ieconiam et fratres eius in transmigracionem babilonis. Et post transmigracionem babilonis ieconias genuit salathiel. [Salathiel[1]] autem: genuit zorobabel. zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Eliachim autem. genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eliazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph uirum marie. De qua natus/ est ihesus: qui uocatur [fo. 269. b. christus.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

UNigeniti tui domine nobis succurrat humanitas. ut qui natus de uirgine integritatem matris non minuit set sacrauit in natiuitatis eius uotiuis sollempniis a nostris nos piaculis exuens oblacionem nostram sibi faciat acceptam ihesus christus dominus noster. qui tecum.

[1] Omitted in MS.

Prefacio.

ET te in natiuitate.

Communio.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum.

Postcommunio.

SUmpsimus domine celebritatis annue uotiua sacramenta presta quesumus: ut intercedente beata maria semper uirgine. et temporalis uite nobis remedia prebeant et eterne. Per.

Eodem die sancti adriani martiris. Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut qui beati adriani martiris tui natalicia colimus: a cunctis malis iminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Secretum.

MUnera hec domine altari tuo superposita beatus adrianus tibi gratificet qui pro te moriendo uiua et sancta factus est hostia. Per dominum.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut quod pro beati adriani martiris tui festiuitate percepimus: delictorum nostrorum nobis sit expiacio. et salutaris inter queque discrimina uegetacio. Per.

In natali sancti Gorgonii martiris. Oracio.

SAnctus martir tuus gorgonius quesumus domine sua nos

intercessione letificet. et pia faciat sollempnitate gaudere. Per.

Secretum.

GRata tibi sit domine nostre seruitutis oblacio quam familie tue pia defert deuocio. pro quo[1] sanctus martir gorgonius interueniat. Per.

Postcommunio.

FAmiliam tuam deus suauitas illa contingat et uegetet. qua in martire tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per.

In natali sanctorum martirum prothi et Iacincti. Officium.

IUdicant.

Oracio.

BEati prothi et iacinti nos domine foueat preciosa confessio. et pia iugiter intercessio tueatur. Per.

Leccio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Audiui uocem ihesu de celo dicentem michi. Nunc facta est salus et uirtus deo nostro et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat/ illos ante conspectum [fo. 270. domini dei nostri die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum propter uerbum testimonii sui et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis.

Gradale.

IUstorum anime. Alleluya. ℣. Mirabilis.

[1] *sic.*

Euuangelium.

ATtendite a falsis. *Require in dominica viii post pentecosten.*

Offertorium.

GLoriabuntur.

Secretum.

PRo sanctorum tuorum prothi et iacincti ueneracione tibi munera domine que debemus exsoluimus. presta. quesumus: ut remedium nobis perpetue salutis operentur. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

UT percepta nos domine tua sancta purificent. beati prothi et iacincti quesumus imploret oracio. Per.

Infra octauas sancte marie officium.

GAudeamus.

Oracio.

SUpplicacionem.

Epistola.

EGo quasi.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Natiuitas.

Hec duo euuangelia permutatim dicentur. Stabant iuxta. *Euuangelium* Cum loqueretur. *Ita*

tamen quod dominica infra octauas et in octaua dicatur primum.

Offertorium.

FElix namque.

Offertorium.

DIffusa est.

Communio.

BEata uiscera.

Communio.

DIffusa est.

Sanctorum martirum Cornelii. et cypriani pontificum. Officium.

SAcerdotes.

Oracio.

BEatorum martirum tuorum pariterque pontificum Cornelii et Cypriani nos domine quesumus festa tueantur et eorum commendet intercessio ueneranda. Per.

Epistola.

REspondens unus.

Gradale.

TImete dominum. Alleluya. ℣. Sancti tui.

Euuangelium.

POnite.

Offertorium.

LEtamini.

Secretum.

PResta nobis omnipotens deus ut nostre humilitatis oblacio. et pro tuorum tibi pla-

ceat honore sanctorum. et nos corpore pariter et mente purificet. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

PAsce nos quesumus domine tuorum gaudiis sacramentorum in tuorum ueneracione sanctorum. ut nostre salutis sit augmentum quociens illis honor impenditur: in quibus tu mirabiliter predicaris. Per.

Ipso die exaltacio sancte Crucis officium.

NOs autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi in quo est salus uita et resurreccio nostra. per quem saluati et liberati sumus. *Ps.* Deus misereatur.

Oracio.

DEus qui nos hodierna die exaltacionis sancte crucis annua sollempnitate letificas: presta quesumus: ut cuius misterium in terra cognouimus. eius quoque/ redempcionis [fo. 270. b. premia in celo consequamur. Per.

Ad galathas.

FRatres. Uidete qualibet literis scripsi uobis. mea manu. Quicumque uolunt placere in carne hii cogunt uos circumcidi: tantum ut crucis christi persecucionem non paciantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt: set uolunt uos circumcidi: ut in carne uestra glorientur. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nos-

tri ihesu christi: per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo.

Gradale.

CHristus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

Sequencia.

LAudes crucis attollamus nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos dulce lignum dulci dignum credimus melodia. Uoci uita non discordet cum uox uitam non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucem laudent qui per crucem sibi gaudent uite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli aue salus tocius populi arbor salutifera. O quam felix quam preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula qui mundauit secula ab antiquo crimine. Hec est scala peccatorum per quam christus rex celorum ad se traxit omnia. Forma cuius hec ostendit que terrarum comprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc silex aquas iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce munit homo super luminaria.[1] Neque sensit gladium nec amisit filium quisquis egit talia. Ligna legens in sarepta spem salutis est adepta pauper muliercula. Sine lignis fidei nec lechitus olei ualet nec farinula. In scripturis sub figuris ista latent set iam patent crucis beneficia.

[1] *sic. for* liminaria.

Reges credunt hostes cedunt sola cruce christo duce hostis fugat milia. Ista suos forciores semper facit et uictores morbos sanat et languores reprimit demonia. Dat captiuis libertatem uite confert nouitatem ad antiquam dignitatem crux reduxit omnia. O crux signum triumphale mundi uera salus uale inter ligna nullum tale fronde flore germine. Medicina christiana salua sanos egros sana quod non ualet uis humana sit[1] in tuo nomine. Insistentes crucis laudi/ con- [fo. 271. secrator crucis audi atque seruos tue crucis post hanc uitam uere lucis transfer ad palacia. Quos tormento ius[2] seuire[3] fac tormenta non sentire set cum dies erit ire nobis comfer et largire sempiterna gaudia.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dicebat ihesus turbis. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christus manet ineternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filii lucis sitis.

Offertorium.

PRotege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omni-

[1] *sic. for* fit. [2] *sic. for* uis.

[3] *sic:* r *seems erased between* e & u.

bus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutem. et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluya.

Secretum.

DEuotas domine humilitatis nostre preces et hostias misericordie tue precedat auxilium. et salutem quam per adam in paradiso ligni clauserat temerata presumpcio. ligni rursum fides aperiat. Per.

Prefacio.

QUi salutem.

Communio.

REdemptor mundi signo crucis nos ab omni aduersitate custodi qui saluasti petrum in mari miserere nobis.

Postcommunio.

IHesu christi domini nostri corpore saginati per quem crucis est sanctificatum uexillum. quesumus domine deus noster. ut sicut eius misterium adorare meruimus. ita perhenni eius beneficio perfruamur. Per.

In octaua sancte marie officium et cetera fiant sicut in die preter euuangelium quod erit Stabant iuxta. *et offertorium quod erit* Recordare *uel offertorium.* Felix namque.

Eodem die sancti nichomedis martiris officium.

LEtabitur.

Oracio.

ADesto domine populo tuo. ut beati nichomedis martiris

tui merita preclara suscipiens ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrociniis adiuuemur. Per.

Epistola.

NEmo militans.

Gradale.

POsuisti. Alleluya. ℣. Iustus ut palma.

Euuangelium.

QUi amat.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

SUscipe domine propicius munera oblata que magestati tue beati nichomedis martiris tui commendet oracio. Per.

Communio./ [fo. 271. b.

QUi uult uenire.

Postcommunio.

PUrificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus. et intercedente beato nichomede martire tuo. a cunctis efficiant uiciis absolutos. Per.

In natali sancte eufemie martiris. Officium.

UUltum tuum.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut forcia queque confundas: concede propicius: ut qui beate eufemie martiris tue sollempnia

951

colimus eius apud te patrocinia senciamus. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

MUneribus domine te magnificamus oblatis. ut in sancte Eufemie martiris tue sollempnitate et gaudia nobis sempiterna concilies et patrocinia benediccionis tue largiaris. Per.

Communio.

SImile est regnum.

Postcommunio.

SAnctificet nos domine quesumus tui percepcio sacramenti: et intercessio beate eufemie martiris tue tibi reddat acceptos. Per.

In natali sancti lamberti episcopi et martiris. Officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut beatum lambertum quem ecclesie tue pontificem concessisti esse et martirem suffragatorem nos facias perhennem. et ad beatitudinis sue consorcia pium introductorem. Per.

952

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

INtercessio quesumus domine beati lamberti martiris tui hec tibi commendet sacrificia. et tua nobis multiplicet beneficia. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

SUmpta domine sacramenta sempiterna dulcedine nos reficiant et beati lamberti martiris tui atque pontificis interuentu dignos nos magestati tue perficiant. Per.

In uigilia sancti mathei apostoli et euangeliste officium.

EGo autem.

Oracio.

DA nobis omnipotens deus ut beati mathei apostoli tui et euangeliste quam preuenimus ueneranda sollempnitas. et deuocionem nobis augeat et salutem. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuenit.

Gradale.

IUstus ut palma. *Si in dominica euenerit.* Alleluya. ℣. Gloria et honore.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Uidit ihesus publicanum nomine leui sedentem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgens secutus est eum. Et fe/cit ei con- [fo. 272. uiuium magnum leui in domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens ihesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: set qui male habent. Non enim ueni uocare iustos: set peccatores ad penitenciam.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

APostolice reuerencie culmine offerentes tibi sacra misteria. presta domine quesumus. ut beati mathei apostoli tui et euuangeliste suffragiis cuius natalicia preuenimus hec plebs tua semper et sua uota depromat et desideria percipiat. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

BEati mathei apostoli et euangeliste tui quesumus domine supplicacione placatus. et ueniam nobis tribue. et remedia sempiterna concede. Per.

In die sancti Mathei apostoli et euuangeliste officium.

MIchi autem.

Oracio.

BEati mathei apostoli et euuangeliste domine precibus adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non optinet eius nobis intercessione donetur. Per.

Leccio ezechielis prophete.

SImilitudo uultus quatuor animalium. Facies hominis et facies leonis. a dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis: a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquile: desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum et penne eorum: extente desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum: coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur. nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum: quasi carbonum ignis ardencium. et quasi aspectus lampadarum. Hec erat uisio: discurrens in medio animalium. Splendor ignis: et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur: in similitudinem fulguris choruscantis.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Non uos.

Secundum Matheum.

IN illo tempore : Cum transiret inde ihesus : uidit hominem sedentem in theloneo matheum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens/ se- [fo. 272. b. cutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo : ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei : dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester ? At ihesus audiens ait. Non est opus ualentibus medicus : set male habentibus. Euntes autem discite. quid est misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos : set peccatores.

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

SUpplicacionibus apostolicis beati mathei apostoli et euuangeliste quesumus domine ecclesie tue commendetur oblacio. cuius magnificis predicacionibus eruditur. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

AMen dico uobis.

Postcommunio.

SUmpsimus domine uenerabile sacramentum beati mathei apostoli tui et euuangeliste festiuitate letantes : quesumus ut suis precibus gloriosis. et credendum nobis iugiter postulet. et sequendum beatus euangelista quod docuit. Per.

In natali sanctorum martirum. Mauricii sociorumque eius officium.

INtret in conspectu.

Oracio.

ANnue quesumus omnipotens deus : ut nos sanctorum martirum tuorum Mauricii. exuperii. candidi. uictoris. innocencii. et uitalis sociorumque eorum letificet uotiua sollempnitas : ut quorum suffragiis. nitimur : nataliciis gloriemur. Per.

Epistola.

SAncti per fidem.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. ℣. Te martirum.

Sequencia.

ALludat letus ordo psallens pie dulcifluum nunc alleluya. Carmina concrepans tinnula mellea iugans organa. Laudum christo thymiamata uox canat mens que placida. O quam ueneranda tremenda amanda trinitas adoranda et deitas una. Quam poli agmina niuea iubilant tymphanizantes lirica modulamina. Angelica et archangelica turma canit cui uoce iocunda. Sanctus sanctus sanctus et dominus deus omnipotens regnans in secla. Apostolica laudat hunc armonia martirum quoque cythara confessorum et uirginum lira. Quibus sociata legio thebea hodie pro christo cesa nunc laureata odas ymnizat. Q[1] quam dulcissima o quam largiflua domini clemencia tanta milia. Qui

[1] *sic : for* O.

tam lucida saluans die una de ore leuiathan leuat ad astra. Gaudet phalanx celica lucra suscipiens tam beata exultans tellus efflagitat ipsorum patrocinia. Plangit/ [fo. 273. turba picea ereptam predam a sua pena quid doles omnes non perire o infelix inuidia. O maurici dux in curia te poscentum errata pie excusa uirtutumque demonilia.[1] O exsuperi et candide innocens atque uictor cunctaque turma laudantum audite precata. Qui iam stelligerata meruistis palacia nobis liliosa flagitate campestria. Christo quo annuente iubila symphoniaca pangamus aurosa in poli dindima amen. Aue nunc iam legio alma ouatizans secula per cuncta alleluya.

Euuangelium.

DEscendit ihesus de monte.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

PResentes hostias domine merita gloriosa martirum thebeorum tibi reddant acceptas pro quorum tibi precioso sanguine sunt dicate. Per.

Communio.

MUltitudo.

Postcommunio.

SUmptis domine celestibus sacramentis quesumus: ut intercessione sanctorum martirum thebeorum. consequi mereamur ueniam delictorum. Per.

In natali sancte tecle uirginis et martiris officium.

LOquebar.

[1] *sic. for* da monilia

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut sancte uirginis tue tecle cuius uictoriosissima tibi complacuit passio clemencie tue nos commendet intercessio. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SAncte Tecle uirginis et martiris tue domine quesumus deprecacione munera nostra sanctifica. et ab omnibus contagiis humane prauitatis per ea nos clementer emunda. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

MEnse celestis participacio quesumus domine corpora nostra mentes que sanctificet et sancte uirginis et martiris tue tecle gloriosa deprecacio: ad uitam nos perducat eternam. Per.

In natali sanctorum martirum. Cosme et damiani. Officium.

SApienciam.

Oracio.

MAgnificet te domine sanctorum martirum tuorum. Cosme et damiani beata sollempnitas. qua et illis gloriam sempiternam et opem nobis ineffabili prouidencia contulisti. Per.

Epistola.

QUi timet deum. *Require in festo sancti Iohannis euuangeliste.*

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. ℣. Te martirum.

Euuangelium.

ATtendite a fermento.

Offertorium.

GLoriabuntur.

Secretum.

IN tuorum domine preciosa morte iustorum sacrificum[1] istud offerimus de quo martirium sumpsit omne principium. quod quesumus propiciaciacionis[1] tue nobis munus optineat. Per.

Communio.

IUstorum anime./ [fo. 273. b.

Postcommunio.

SIt nobis domine sacramenti tui certa saluacio. que cum beatorum martirum tuorum Cosme et damiani meritis imploratur. Per.

In uigilia sancti michaelis officium.

ADorate deum. *Cetera omnia sicut in commemoracione de angelis.*

[1] *sic.*

In die sancti michaelis archangeli.

Ad missam officium.

BEnedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius. *Ps.* Benedic anima.

Oracio.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominum que dispensas: concede propicius: ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur. ab hiis in terra uita nostra muniatur. Per.

Leccio libri apocalipsis. Iohannis apostoli.

FActum est prelium in celo michael et angeli eius preliabantur cum dracone. et draco pugnabat et angeli eius et non ualuerunt. neque locus inuentus est eorum amplius in celo. Et[1] Et proiectus est draco ille magnus serpens antiqus[2] qui dicitur diabolus et sathanas qui seducit uniuersum orbem.[3] Et proiectus est draco ille magnus serpens antiqus[2] qui dicitur dyabolus et sathanas: qui seducit uniuersum orbem.[3] Et proiectus est in terram et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnam: de celo dicentem. Nunc facta est salus et uirtus et regnum deo nostro. et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Uicerunt illum propter uerbum testimonii

[1] Struck through with black line.
[2] *sic.*
[3]—[3] *sic.* repeated.

sui. et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis.

Leccio libri apocalipsis. Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Significauit deus que oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo iohanni. qui testimonium perhibuit uerbo dei. et testimonium ihesu in hiis quecumque uidit. Beatus qui legit et qui audit uerba prophecie huius et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesiis que sunt in asya. Gracia uobis et pax ab eo qui est. et qui erat et qui uenturus est: et a septem spiritibus qui in conspectu/ throni [fo. 274. eius sunt et ab ihesu christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum. et princeps regum terre. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris. in sanguine suo.

Gradale.

BEnedicite domino omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius. ℣. Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluya. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi domine deus meus.

Sequencia.

AD celebres rex celice laudes cuncta. Alleluya. Clangat nunc canora caterua symphonia. Odas atque soluat concio tibi nostra. Cum iam renouantur michaelis inclita ualde festa. Per que letabunda perornatur mundi machina tota. Nouies distincta neupmatum sunt agmina per te facta. Set cum uis facis hec flammea per angelicas officinas. Inter primeua sunt hec nam creata tua cum simus nos ultima factura sed ymago tua. Theologa cathegorizant symbola nobis hec tripertita per priuata officia. Plebs angelica phalax et archangelica principans turma uirtus uranica ac potestas almiphona. Dominancia numina diuina que subsellia cherubyn etherea ac seraphyn ignicoma. Uos o michael celi satrapa gabriel que uera dans uerbi nuncia. Atque raphael uite uernula transferte nos intra paradisicolas. Per uos patris cuncta complentur mandata que dat. Eiusdem sophia compar quoque neupma una. Permanens in usya. Cui estis administrancia deo milia milium sacra. Uices per bis quinas. bis atque quingentas uestra. Centena millena assistunt in aula ad quam rex ouem centesimam. Terrigenam dragmamque decimam uestra duxit super agalmata. Uos per ethra nos per rura dena. Pars electa armonie uota. Demus yperlirica cythara. Et post bella michaelis inclita. Nostra sint deo accepta auream. Circa aram thymiamata. Quo in coeua iam gloria. Condecantemus alleluya.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans ihesus paruulum: statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et quicumque susceperit unum paruu-

lum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis/ [fo. 274. b. istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius. et demergatur in profundum maris. Ue mundo ab scandalis. Necesse est enim: ut ueniant scandala. Uerumptamen ue homini illi: per quem scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proice abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum. et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare. quam duos oculos habentem mitti in iehennam ignis. Uidete ne contempnatis unum ex hiis pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei: qui in celis est.

Non dicitur Credo. *nisi dominica fuerit.*

Offertorium.

STetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua. et data sunt ei incensa multa. et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi domine. et adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor tibi domine.

Secretum.

MUnus populi tui quesumus domine dignanter assume quod non nostris meritis. set sancti archangeli tui michaelis deprecacione tibi sit gratum. Per.

Communio.

BEnedicite omnes angeli domini domino ympnum dicite et superexaltate eum in secula.

Postcommunio.

BEati archangeli tui michaelis intercessione suffulti supplices te domine deprecamur. ut quos honore prosequimur. contingamus et mente. Per.

In natali sancti Ieronimi episcopi.

Officium.

OS iusti.

Oracio.

DEus qui nobis per beatum Ieronimum confessorem sacerdotem que tuum scripture sancte ueritatem et mistica sacramenta reuelare dignatus es: concede quesumus: ut cuius natalicia colimus: eius semper et erudiamur doctrinis. et meritis adiuuemur. Per.

Epistola.

OPtaui et datus.

Gradale.

OS iusti. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euuangelium.

UOs estis sal terre.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

CLemencia tua domine munera nostra dignanter respi-

ciat. et beati Ieronimi confessoris tui et sacerdotis deprecacione per eadem nos purifica. Per.

Communio.

DOmine quinque.

Postcommunio.

PResta domine quesumus ut ecclesiam tuam./ [fo. 275. beatus sacerdos ieronimus et fidei doctrinis erudiat. et eruditam diuinis misteriis dignam pia intercessione efficiat. Per.

Sanctorum episcoporum. Germani Remigii et uedasti. Officium.

SAcerdotes eius.

Oracio.

SAnctorum confessorum tuorum domine. Germani. Remigii et uedasti episcoporum. nos beata merita prosequantur: et tuo semper faciant amore feruentes. Per.

Epistola.

HIi sunt uiri. *Require in communi plurimorum martirum.*

Gradale.

SAcerdotes eius. Alleluya. ℣. Fulgebunt.

Euuangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

PReces nostras quesumus domine et tuorum respice oblaciones fidelium. ut tibi grate sint in tuorum festiuitate sanctorum. et nobis conferant tue propiciacionis auxilium. Per.

Communio.

EGo uos.

Postcommunio.

REpleti sacramento reperacionis humane in festiuitate sanctorum confessorum tuorum. atque pontificum quesumus domine deus noster: ut sicut nobis munera dignaris prebere celestia. sic per eadem tribuas nobis donis inherere celestibus. Per.

In natali sancti Leodegarii episcopi et martiris officium.

SAcerdotes tui.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus sancto leodegario pontifice et martire tuo intercedente. nostre fragilitati diuinum pretende subsidium. ut misericordiam sempiternam per quam illa felix anima exultauit. nos saltem sincera professione mereamur. Per.

Epistola.

BEnedicentes dominum.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Elegit te.

Euuangelium.

HOmo quidam nobilis.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

TAlis sit in conspectu tuo omnipotens deus hec oblacio: ut sancto martire tuo leodegario intercedente. eterna pro peccatis nostris fiat populi tui propiciacio. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

DEliciis salutaribus quos refecisti domine beato leodegario intercedente. eterne famis et sitis numquam permittas iniuriam sustinere. Per.

Sancte fidis uirginis et martiris officium.

LOquebar.

Oracio.

DEus qui presentem diem beate fidis uirginis martirio facis esse sollempnem: presta ecclesie tue ut cuius gloriatur meritis. eius precibus adiuuetur. Per.

Epistola.

DOmine deus meus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Quinque prudentes.

Euuangelium.

UEnerunt ad ihesum.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

SUscipe domine preces et hostias meritis beate fidis

uirginis et martiris tibi dicatas/ et concede ut eius [fo. 275. b. nobis sint supplicacione salutares cuius sunt ueneracione sollempnes. Per.

Communio.

QUicumque fecerit.

Postcommunio.

QUos refecisti domine celesti conuiuio beate fidis uirginis et martiris iuuante patrocinio: supernorum ciuium fac dignos collegio. Per.

In natali sancti marci [pape[1]] confessoris officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

EXaudi domine preces nostras et intercedente beato marco confessore tuo atque pontifice: supplicaciones nostras placatus intende. Per.

Epistola.

DEdit dominus.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

Euuangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

PResta quesumus domine ut sancti marci confessoris tui precibus quem ad laudem no-

[1] Erased.

minis tui dicatis muneribus honoramus. pie nobis deuocionis fructus accrescat. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

COnseruent nos domine quesumus munera tua : et intercedente beato marco confessore tuo atque pontifice. uitam nobis eternam conferant supplicantibus. Per.

Sancti dyonisii martiris sociorumque eius officium.

INtret in conspectu.

[*Oracio.*]

DEus qui hodierna die beatum dyonisium uirtute constancie in passione roborasti. quique illi ad predicandum gentibus gloriam tuam Rusticum et eleutherium sociare dignatus es. tribue nobis quesumus : et eorum imitacione pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per.

Epistola.

SAncti per fidem.

Gradale.

GLoriosus deus. Alleluya. ℣. Uox exultacionis.

Sequencia.

SUpere armonie uastam gubernanti musicam. Alleluya. Tonanti creatura laudes depromat inclitas. Largita cui digna sunt racionis munera. Hunc ergo psallamus dulcia modificantes neupmata. Atque uox canora componat rithmica

tandem famina. Et quoniam organa resonant symphonia tinnula. Christus ab arce clara capiat uota cordis intima. Eya intona nunc galliarum plebs candida. Celeberrima dyonisii macharii digne recolendo trophea. Commissa cui es in sorte apostolica. Qui pia ferat iugiter tibi suffragia missus huc de gente pelasga. O quanta tormentorum passus genera pro christi extitit gloria. Nam flammas et flagella seuas que feras carceris simul tulit antra. Set sacra illic infula dum celebrat misteria presul alma ihesus astat/ [fo. 276. caterua septus angelica. Et sancta manu placida ferens liba firmat eius agoniam expectatam promittens celorum gloriam. Hac percepta uoce diuina sacer athleta. Infert celo ceruice cesa gaudens animam. Eternam christus ibi dans illi gloriam. Remittat seruorum errata eius prece benigna cuncta per secula.

Euuangelium.

DEscendens ihesus.

Offertorium.

LEtamini.

Secretum.

OFferendorum tibi munerum deus auctor et dator presta. ut hoc sacrificium singulare quod sanctis tuis in passione contulit caritatem nobis tribuat in deuocione presidium. Per.

Communio.

MUltitudo languencium.

Postcommunio.

SUmpsimus domine uotiua misteria deprecantes clemenciam tuam : ut eorum nobis fiant deprecacione salutaria. quorum

passionis celebramus gloriosa sollempnia. Per.

In natali sancti paulini episcopi et confessoris. Officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui nos hodie beati paulini confessoris tui atque pontificis ueneranda facis celebritate gaudere: tribue quesumus eius nos semper et piis defensionibus muniri et oracionibus adiuuari. Per.

Epistola.

SCitis quia misi ad uos.

Gradale.

IUrauit dominus. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

HEc sacra quesumus domine que pro uenerandis beati paulini confessoris tui atque pontificis deferimus meritis peccatorum nostrorum uincula soluant et eius optentu ab omnibus tueantur aduersis. Per.

Communio.

FIdelis.

Postcommunio.

PIgnus perpetue salutis sumentes clemenciam tuam omnipotens deus imploramus ut beato paulino confessore tuo interueniente celestis uite premia consequi mereamur. Per.

In natali sancte Ethelburge uirginis. Officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

DEus uniuerse bonitatis auctor et egregie uirginitatis conseruator. adesto nobis quesumus sancte uirginis ethelburge sollempnitatem celebrantibus et presta. ut per eius intercessionem mereamur accipere presentis uite iocunditatem et sempiterne lucis claritatem. Per.

Epistola.

O Quam pulchra.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

MUnera presentis hostie que offerimus magestati tue gratanter suscipe deus clementissime. et suffragante sacra/ uirgine ethelburga. [fo. 276. b. cuius annua recolimus natalicia. per ea nos perducere digneris ad sempiterna gaudia.

Communio.

SImile est regnum celorum.

Postcommunio.

REpleti libamine spiritualis mense tuam imploramus omnipotenciam misericors domine. quatinus per gloriosa caste uirginis ethelburge merita. cuius celestem celebramus natiuitatem tribuas nobis indeficientem celestis remuneracionis sempiternitatem. Per.

In natali sancti Nigasii martiris sociorumque eius officium.

SApienciam.

Oracio.

DEus qui nos hanc diem uenerabilem in honorem sancti Nigasii martiris tui atque pontificis ac sociorum eius excolere fecisti. presta quesumus. ut quos letis ueneramur obsequiis. eorum oracionibus muniamur et precibus. Per.

Epistola.

IUsti imperpetuum.

Gradale.

EXultabunt. Alleluya. ℣. Preciosa.

Euuangelium.

ELeuatis ihesus.

Offertorium.

LEtamini.

Secretum.

PReces domine tuorum respice oblaciones que fidelium ut et tibi grate sint pro tuorum festiuitate sanctorum. nigasii. quirini. et scuniculi.[1] et nobis

[1] *sic: for* scuuiculi.

conferant tue propiciacionis auxilium. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

SAnctorum martirum tuorum domine Nigasii quirini et scubiculi intercessione placatus presta quesumus: ut que temporali celebramus accione. perpetua capiamus saluacione. Per.

In natali sancti wilfridi episcopi et confessoris. Officium.

[S]Tatuit.

Oracio.

FAc nos quesumus domine beati wilfridi confessoris tui atque pontificis intercessionibus a cunctis mundi perturbacionibus respirare: eius que optentu tam presentis uite subsidia. quam eterne eciam beatitudinis premia reperire. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

BEnediccio tua quesumus domine beati wilfridi confessoris tui atque pontificis

INSTITUTE OF MEDIAEVAL ST... ST. MICHAEL'S

intercessione super has hostias descendat. que et salutem nobis clementer operetur. et beate inmortalitatis dona conciliet. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

BEati wilfridi confessoris tui atque pontificis domine precibus confidentes quesumus clemenciam tuam ut per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per.

Eodem die ad magnam missam de uigilia beati/ [fo. 277. *Regis. Edwardi officium et cetera omnia preter euuangelium et epistolam ut supra in uigilia deposicionis eiusdem.*

Epistola.

BEnediccio domini.

Euuangelium.

FActa est contencio. *Require in comuni apostolorum.*

In die sancti eduuardi officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore eduuardi regis de cuius translacione gaudent angeli et collaudant filium dei. *Ps.* Domine in uirtute.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui beatum regem Edwardum sanctorum tuorum collegio sociasti: concede propicius ut qui gloriose translacionis eius recolimus insignia. ipsius apud te senciamus patrocinia. Per.

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Sequencia.

LEtetur ecclesia. *Require in alio festo.*

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

POsuisti domine.

Secretum.

QUos beati Regis edwardi translacio sancta letificat tua nos domine gracia reddat leciores. et tribuat in hoc sacrificio presencie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui uiuis et regnas.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

UT nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus beatissimus rex eduuardus confessor tuus domine pro nobis intercessor existat. de cuius ueneranda translacione tribuis nos annua deuocione letari. Per.

In natali sancti kalixti [*pape*][1] *et martiris.*

Oracio.

DEus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere

[1] Erased.

ad amorem tuum nos misericorditer per sancti kalixti pape et martiris tui exempla restaura. Per.

Secretum.

MIstica nobis domine prosit oblacio. que per sancti kalixti meritum nos et a reatibus nostris expediat. et perpetua saluacione confirmet. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut cuius passionis memoriam sacramenti participacione recolimus. fidem proficiendo sectemur. Per.

Infra octauas sancti edwardi ad missam officium.

GAudeamus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne.

Epistola.

BEnediccio domini.

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

IUstus ut palma.

Gradale.

DOmine preuenisti. Alleluya. ℣. Posuisti. Alleluya. ℣. Iustus germinabit.

Euuangelium.

FActa est contencio.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Offertorium]

POsuisti.

Communio./ [fo. 277. b.

POsuisti.

Communio.

MAgna est.

In natali sancti luce Euuangeliste. Officium.

IN medio ecclesie.

Oracio.

INteruenit pro nobis domine quesumus sanctus tuus lucas euuangelista qui crucis mortificacionem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per.

Epistola.

SImilitudo.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. ℣. Primus ad syon.

Euuangelium.

DEsignauit dominus.

Offertorium.

IUstus ut palma.

Secretum.

DOnis celestibus da nobis quesumus domine libera mente seruire. ut munera que deferimus interueniente beato euuangelista luca. et medicinam nobis operetur et gloriam. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens eterne deus : ut id quod de sancto altari tuo percepimus. precibus beate euangeliste tui luce saluiuificet animas nostras. per quod tuti esse possimus. Per.

In natali sancte fredeswythe uirginis officium.

[D[2]]Ilexisti.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus. da nobis in festiuitate beate fredeswythe uirginis tue congrua deuocione gaudere. ut et potenciam tuam in eius transitu laudemus et prouisum nobis percipiamus auxilium. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Specie tua.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

OFferimus tibi domine preces. *Respice in comuni.*

[1] *Sic.*

[2] A small *d* written by scribe but not filled in by illuminator.

Communio.

DIffusa est.

In octaua sancti eduuardi. omnia fiant sicut in die.

In natali sanctarum undecim milia uirginum officium.

UUltum tuum.

Oracio.

DEus qui digne tibi sacratis uirginibus mirandi agonis robur indidisti quo per martirii palmam ad superne contemplacionis pertingerent gloriam da quesumus earum nos intercessionibus adiuuari. quas hodierna die transcenso mortis stadio. in celestibus fecisti triumphare. Per.

Epistola.

DE uirginibus.

Graaale.

ANima nostra. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

FAc nos quesumus domine beatarum uirginum tuarum et martirum. continuis presidiis adiuuari. pro quarum ueneranda recordacione hec dona magestati tue dicanda offerimus. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

CElestis domine alimonie refecti sacramento quesumus ut intercedentibus sanctis uirginibus ac martiribus tuis que pro/ illarum celebra- [fo. 278. mus gloria: ad nostre salutis proficiant incrementa. Per.

In natali sancti Romani archiepiscopi. Officium.

STatuit ei.

Oracio.

DEus cui beatus romanus pontifex ita sanctitatis gracia decoratus complacuit ut tuorum consorcium in celis promereretur sanctorum da quesumus ecclesie tue eius interuentu perpetuam consequi leticiam. cuius deposicionis diem gratulando celebrat solempnem. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euuangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

SUscipe quesumus omnipotens deus misticam humilitatis nostre oblacionem. quam pro ueneracione almiflui confessoris tui atque presulis romani tue offerimus magestati. quatinus

eius patrocinantibus meritis per hec ipsa sacrificia plebs tua a cunctis exuatur peccatis. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

FAmiliam tuam quesumus domine quam sacrosancti corporis et sanguinis tui participacione recreasti solita respice pietate : quatinus sancti presulis romani precibus fulta continuis. et eternis seculi huius liberetur incomodis. et ethereis redimatur incrementis. Qui uiuis et regnas cum deo.

In natali sanctorum martirum crispini et crispiniani officium.

SApienciam.

Oracio.

DEus qui sanctis martiribus tuis Crispino et crispiniano ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gracie contulisti da nobis famulis tuis nostrorum ueniam peccatorum ut sanctorum tuorum meritis intercedentibus ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per.

Epistola.

SAncti ludibria.

Gradale.

UIndica domine. Alleluya. ℣. Letamini.

Euuangelium.

CUm audieritis.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

SAcrificiis presentibus domine que tibi in tuorum commemoracione sanctorum deferimus intende placatus. ut et deuocioni nostre proficiant et saluti. Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

CElestis doni benediccione percepta supplices te domine deus omnipotens deprecamur ut idem nobis intercedentibus sanctis tuis crispino et crispiniano quorum festa agimus. et sacramenti causa sit et salutis. Per.

In uigilia apostolorum symonis et iude officium.

INtret oracio.

Oracio.

COncede quesumus omnipotens deus. ut sicut apostolorum./ tuorum sy- [fo. 278. b. monis et iude gloriosa natalicia preuenimus. sic ad tua beneficia promerenda magestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per.

Epistola.

IUstorum anime.

Gradale.

UIndica domine. *Si in dominica euenerit.* Alleluya. ℣. Nimis honorati.

Euuangelium.

SI manseritis.

Offertorium.

EXultabunt.

Secretum.

ACcepta tibi sit domine nostre deuocionis oblacio. et ad apostolicam puriores nos faciat uenire festiuitatem. Per.

Communio.

IUstorum anime.

Postcommunio.

QUesumus domine salutaribus repleti misteriis. ut quorum ieiunando sollempnia preuenimus eorum oracionibus adiuuemur. Per.

In die ad missam officium.

MIchi autem.

Oracio.

DEus qui nos per beatos apostolos tuos Symonem et iudam ad agnicionem nominis tui uenire tribuisti da nobis eorum gloriam sempiternam. et proficiendo celebrare. et celebrando proficere. Per.

Epistola.

SCimus quoniam.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Isti sunt.

Euuangelium.

HEc mando.

Offertorium.

IN omnem terram.

Secretum.

GLoriam domine sanctorum apostolorum tuorum Symonis. et Iude perpetuam uenerantes quesumus ut eandem sacris misteriis expiati dignius celebremus. Per.

Prefacio.

ET te suppliciter.

Communio.

UOs qui secuti.

Postcommunio.

SAnctificati diuino misterio quesumus omnipotens deus: ut pro nobis eorum non desit oracio. quorum nos donasti patrocinio gubernari. Per.

In natali sancti quintini martiris. Officium.

IN uirtute.

Oracio

OMnipotens sempiterne deus qui beatum quintinum martirem tuum tua uirtute fecisti uictorem. da nobis tue propiciacionis effectum. ut sicut illi palmam celestis contulisti triumphi. ita nobis eius intercessionibus ueniam largiaris peccati. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuenit sapienciam.

Gradale.

BEatus uir qui timet. Glleluya.[1] ℣. Gloria et honore.

[1] *Sic. for* Alleluya.

Euuangelium.

NOlite arbitrari.

Offertorium.

IN uirtute.

Secretum.

IN ueneracione beati quintini martiris tui omnipotens deus tibi laudis hostiam immolamus. orantes. ut ipse pro nobis intercessor existat qui pro tuo nomine gloriosa morte occubuit. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

PErcipiat domine quesumus plebs tua intercedente beato quintino martire tuo misericordiam quam deposcit ut tuis semper digna inueniatur/[fo. 279. sacramentis. Per.

Eodem die uigilia omnium sanctorum. Officium.

TImete.

Oracio.

DOmine deus noster multiplica super nos graciam tuam: ut quorum preuenimus gloriosa sollempnia: tribue subsequi in sancta professione leticiam. Per.

Leccio libri apocalipsis Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Ego iohannes uidi in medio throni et quatuor animalium. et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem et oculos septem qui sunt

septem spiritus dei missi in omnem terram. Et uenit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum quatuor animalia et uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum que sunt oraciones sanctorum. Et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius. quoniam occisus es. et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et nacione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram. Et uidi et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum: et erat numerus eorum milia milium uoce magna dicencium. Dignus est agnus qui occisus est accipere uirtutem et diuinitatem. et sapienciam. et fortitudinem. et honorem. et gloriam. et benediccionem. in secula seculorum.

Gradale.

EXultabunt. *Si dominica fuerit.* Alleluya. ℣. Uox exultacionis.

Euuangelium.

ELeuatis ihesus.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

ALtare tuum domine muneribus cumulamus oblatis. da quesumus ut ad salutem nostram omnium sanctorum tuorum precacione proficiant. quorum sollempnia uentura precurrimus. Per.

Communio.

BEati mundo.

Postcommunio.

SAcramentis domine et gaudiis optate celebritatis expletis quesumus. ut eorum precibus adiuuemur. quorum recordacionibus exhibentur. Per.

In die officium.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore omnium sanctorum de quorum sollempnitate [fo. 279. b gaudent angeli et collaudant filium dei. *Ps.* Exultate iusti.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate uenerari: quesumus ut desideratam nobis tue propiciacionis habundanciam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per.

Leccio libri apocalipsis iohannis apostoli.

IN diebus illis: Ego iohannes uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei uiui. Et clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari neque arboribus: quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda. duodecim

milia signati. Ex tribu ruben. duodecim milia signati. Ex tribu gad duodecim milia.[1] Ex tribu asser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon. duodecim milia signati. Ex tribu ioseph. duodecim milia signati. Ex tribu beniamyn: duodecim milia signati. Post hec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Et clamabant uoce magna dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum: et quatuor animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adorauerunt deum dicentes. Benediccio et claritas et sapiencia et graciarum accio et honor et uirtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorum amen.

Gradale.

TImete dominum. Alleluya. ℣. Iudicabunt sancti naciones et dominabuntur populis et regnabit illorum rex ineternum.

Sequencia.

CHristo inclito candida nostra canunt melodiam agmina. Laudes omnibus dancia sanctis per

[1] signati *omitted in MS.*

hec sacrata festalia. Mariam primum uox sonet nostra per quam./ nobis uite sunt data premia. [fo. 280. Regina que es mater et casta solue nostra per filium peccamina. Angelorum concio sacra et archangelorum turma inclita. Nostra diluant iam peccata. poscendo celi supera gaudia. Tu propheta preco lucerna atque plusquam propheta. In lucida nos pone uia mundans nostra corpora. Apostolorum princeps atque cuncta iuncta caterua. Iam corrobora uera in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilans in corona sanctorum que martirum turma ualida. Forcia date corda corpora atque firma sacra ut hostem uincant rite spicula. Martine inclite et presulum omnis caterua. Suscipe nunc pia modo nostra clemens precata. Regina uirginum premaxima tu mater incorrupta uirgo et grauida. Sacrata domino castissimas[1] nostras serua animas munda que corpora. Monachorum ueneranda suffragia. Omniumque sanctorum contubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora. Nos que ducant ad supera polorum uera gaudia. Subiungant pium omnia amen redempta.

Euuangelium.

UIdens turbas.

Offertorium.

MIrabilis.

Secretum.

MUnera tibi domine nostre deuocionis offerimus que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum. et nobis salutaria te miserante reddantur. Per.

[1] *Sic: for* est castitas.

Communio.

GAudete.

Postcommunio..

DA quesumus domine fidelibus populis per huius sacramenti participacionem omnium sanctorum tuorum semper ueneracione letari. et eorum perpetua supplicacione muniri. Per.

In natali sancti Eustachii sociorum que eius. Officium.

INtret in conspectu.

Oracio.

DEus qui beatum eustachium in temptacionibus probasti. et probatum coronasti. ipsius sociorumque eius meritis in omnibus temptacionibus tuum nobis presta auxilium et sempiternum gaudium. Per.

Epistola.

BEnedictus deus.

Gradale.

CLamauerunt. Alleluya. ℣. Confitebuntur.

Euuangelium.

SEdente ihesu.

Offertorium.

LEtamini in domino.

Secretum.

SIt tibi omnipotens pater hoc holocaustum sicut quod tibi optulit qui peccata nostra in cruce pertulit. et sanctis intercedentibus ad illud sumendum nos dignos prepara. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

SIcut beatus eustachius domine cum sociis suis in celesti gloria semper gaudet. sic sancta que sumpsimus illis intercedentibus tecum gaudere nos efficiant. Per.

Eodem die commemoracio omnium fidelium defunctorum. Officium.

REquiem eternam.

Oracio.

FIdelium deus./ [fo. 280. b.

Epistola.

UIr fortissimus.

Gradale.

SI ambulem.

Tractus.

DE profundis.

Euuangelium

OMne quod michi.

Offertorium.

DOmine ihesu christe.

Communio.

LUx eterna.

In natali sancti Leonardi abbatis officium.

OS iusti.

Oracio.

MAgestati tue quesumus domine sanctissimi confessoris tui leonardi nos pia iugiter commendet oracio: ut quem deuoto ueneramur officio. ipsius suffragio subleuemur optato. Per.

Epistola.

IUstus cor suum.

Gradale.

DOmine preuenisti. Glleluya.[1] ℣. Iustus germinabit.

Euuangelium.

NEmo lucernam.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

MUneribus sacris et precibus beati leonardi confessoris tui nobis domine succurre placatus. et presta ut quod fideliter petimus. efficaciter impetremus. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

PUrificet semper et muniat tui nos domine suscepcio sacramenti. et intercessione sanctissimi confessoris tui leonardi. perpetuis per eam gaudiis mereamur admisceri. Per.

In natali sanctorum martirum quatuor coronatorum officium.

INtret.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martires claudium nichostratum simphorianum castorium atque simplicium fortes in sua confessione cognouimus. pios apud te in nostra intercessione senciamus. Per.

Epistola.

REmemoramini.

Gradale.

UIndica. Alleluya. ℣. Exultent.

Euuangelium.

CUm persequentur.

Offertorium.

ANima nostra.

Secretum.

BEnediccio tua quesumus domine larga descendat. que et munera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta. et nobis sacramentum redempcionis efficiat. Per.

Communio.

POsuerunt.

Postcommunio.

CElestibus refecti sacramentis et gaudiis. supplices te domine deprecamur. ut quorum gaudemus triumphis protegamur auxiliis. Per.

In natali sancti theodori martiris officium.

IN uirtute tua.

[1] *Sic: for* Alleluya.

Oracio.

DEus qui nos beati theodori martiris tui confessione gloriosa circumdas et protegis. presta nobis eius imitacione proficere. et oracione fulciri. Per.

Epistola.

NEmo militans.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. V. Iustus ut palma.

Euuangelium.

NIchil opertum.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

MUneribus domine oblatis beati theodori martiris tui festa uenerantes quesumus : ut qui consciencie nostre prepedimur obstaculis. illius meritis reddamur accepti. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio./ [fo. 281.

DIuini muneris largitate saciati. quesumus domine deus noster. ut intercedente beato theodoro martire tuo. eius semper participacione uiuamus. Per.

In natali sancti menne martiris officium.

OS iusti.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut qui beate[1] menne martiris tui natalicia colimus. intercessione eius : in tui nominis amore roboremur. Per.

Epistola.

IUstus si morte.

Gradale

GLoria et honore. Alleluya. ℣. Os iusti.

Euuangelium.

SI quis uult.

Offertorium.

DEsiderium.

Secretum.

SAncto menna martire tuo interueniente ita dignos fac nos quesumus domine hec misteria tractare. ut tibi uero eternoque pontifici. templum et hostia placabilis esse[2] mereamur esse. Qui uiuis.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

HOc in nobis quesumus domine gracia tua semper excerceat : ut diuinis instauret corda nostra misteriis et beati menne martiris tui festiuitate letificet. Per.

In natali sancti martini episcopi et confessoris officium.

STatuit ei dominus.

[1] *Sic.*
[2] Struck through with black line.

Oracio.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus concede propicius: ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis. contra omnia aduersa muniamur. Per.

Epistola.

ECce sacerdos magnus qui in uita.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Hic martinus pauper et modicus celum diues ingreditur. ympnis celestibus honoratur. Alleluya. ℣. O martine presul contexisti ueste dominum christum. iccirco poscimus nostri memor assis.

Sequencia.

SAcerdotem christi martinum. Alleluya. Cuncta per orbem canat ecclesia. pacis catholice. Atque illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filii. Ytalia exultet alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certet litigio cuius esse debeat presul. Set pariter habere se patrem omnes gaudeant turoni soli eius corpus foueant. Huic francorum atque germanie plebs omnis plaudat. Quibus uidendum inspexit dominum in sua ueste. Hic celebris est egypti partibus grecie quoque cunctis sapientibus. Qui impares se martini meritis senciunt atque eius medicamini. Nam febres sedat demones que fugat paralitica membra glutinat. Et mortuorum sua prece trium reddit corpora uite pristine. Hic ritus sacrilegos destruit et ad christi gloriam dat ignibus ydola. Hic nudis misteria brachiis con-/ficiens preditus est celesti [fo. 281. b. lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis uiribus suspensus terrena cuncta respuit. Eius ori numquam christus abfuit siue iusticia uel quicquid ad ueram uitam pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine ut qui multa mira hic ostendisti. Eciam de celo graciam christi nobis supplicatu tuo semper infundas.

Euuangelium.

NOlite timere.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

DEus cui[1] omne bonum in tu sacri corporis misterio continere uoluisti: concede propicius: ut hoc munus quod in beati martini confessoris tui atque pontificis ueneracione tibi offerimus. ipso intercedente nobis proficere senciamus. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

DUlcedinem tui amoris inmitte quesumus domine mentibus nostris. ut percepcione corporis et sanguinis tui letificati beati martini confessoris tui et episcopi meritis mereamur semper ab omnibus periculis defendi. Qui uiuis.

Infra octauas sancti martini episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei.

[1] *sic*

Oracio.

DEus qui conspicis.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. O martine.

Euuangelium.

NOlite timere.

Offertorium.

UEritas mea.

Communio.

FIdelis seruus.

In natali sancti Bricii episcopi et confessoris. Officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

COnserua domine quesumus populum tuum intercessione beati bricii confessoris tui atque pontificis in tuo amore confisum. ut mereamur ipso intercedente consortes fieri celestium gaudiorum. Per.

Epistola.

OMnis pontifex.

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Iurauit.

Euuangelium.

SInt lumbi.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

HEc hostia domine sic tibi sit acceptabilis sicut beatus bricius ecclesie tue factus est confessor uenerabilis. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

REfecti mense celestis collacione quesumus domine. ut beato bricio pontifice intercedente ab omni nos aduersitate defendas. Per.

In natali sancti machuti episcopi et confessoris. Officium.

SAcerdotes dei.

Oracio.

DEus lumen indeficiens sanctorum tuorum nosquesumus attolle beneficiis donorum atque consecuta abolicione peccatorum. sancti interuentu machuti celestium infulis ascribe gaudiorum. Per.

Epistola.

HAbemus pontificem.

Gradale.

IUrauit. Alleluya. ℣. Inueni dauid. *Require post festum sancti dyonisii.*

Euuangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

UEritas mea.

Secretum.

ANte conspectum magestatis/ tue quesumus omni- [fo. 282. potens deus munera nostra grata perueniant et sancto machuto intercedente peccatorum nostrorum remissio fiant. Per.

Communio.[1]

FIdelis seruus.

Postcommunio.

DIuini percepcio sacramenti famem domine quesumus a nobis repellat animarum. et sancti machuti intercessio ad celestium perducat dulcedinem epularum. Per.

In natali sancti edmundi archiepiscopi. Officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui largiflue bonitatis consilio ecclesiam tuam beati edmundi confessoris tui atque pontificis preclare uite meritis decorasti: et gloriosis letificasti miraculis. concede nobis famulis tuis ut et ipsius in melius reformemur exemplis et ab omnibus eius patrocinio protegamur aduersis. Per.

Epistola.

ECce sacerdos.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

[1] Written in particoloured blue and red letters.

Euuangelium.

HOmo quidam peregre.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

BEati edmundi confessoris tui atque pontificis quesumus domine precibus tibi munera offerenda complaceant. et oblata nobis proficiant ad salutem. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

MEntes nostras quesumus domine susceptis robora sacramentis ut sicut eas beati edmundi confessoris tui atque pontificis dignatus es confortare miraculis sic eciam iuuare et illustrare digneris exemplis. Per.

In natali sancte Hilde uirginis. Officium.

DIlexisti iusticiam.

Oracio.

EXaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate hilde uirginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuocionis erudiamur affectu. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Diffusa.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum et postcommunio. in seruicio unius uirginis.

Communio.

DIffusa est.

In octaua sancti martini officium.

STatuit.

Cetera sicut in die. preter sequentem oracionem.

COncede quesumus omnipotens et misericors deus ut beati martini confessoris tui atque pontificis frequentata sollempnitas ad perpetuam populo tuo transeat salutem. et quem sepius ueneramur in terris. semper habeamus patronum in celis. Per.

Secretum.

HEc oblacio domine quesumus quam iterata sancti martini confessoris tui atque pontificis festiuitate offerimus tue magestati. prosit nobis ad/ indulgenciam. ut per [fo. 282. b. eam a nostris liberemur peccatis et sacris altaribus astare digni efficiamur. Per.

Communio

FIdelis

Postcommunio.

SAcramenta domine deus que sumpsimus beato martino confessore tuo atque pontifice intercedente ab omni nos aduersitate defendant et perpetua prosperitate tibi soli seruire concedant. Per.

In natali sancti edmundi regis et martiris officium.

LEtabitur iustus.

Oracio.

DEus ineffabilis misericordie qui beatissimum regem edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo uincere: concede propicius huic familie tue. ut eo interueniente. mereatur in se antiqui hostis incitamenta superando extinguere. Per.

Epistola.

BEatus uir qui in sapiencia.

Gradale.

BEatus uir. Alleluya. ℣. Letabitur.

Euuangelium.

SI quis uult.

Offertorium.

POsuisti.

Secretum.

HOc sacrificium redempcionis nostre quesumus omnipotens deus clementer respice et intercedente beato edmundo martire tuo pro hac familia tua placatus assume. Per.

Communio.

MAgna.

Postcommunio.

SInt tibi omnipotens deus grata nostre seruitutis obsequia. et hec sancta que sumpsimus beato edmundo martire tuo intercedente prosint nobis ad capescenda uite eterne premia. Per.

In natali sancte cecilie uirginis et martiris. Officium.

LOquebar.

Oracio.

SAncte martiris tue cecillie domine supplicacionibus tribue nos foueri. ut cuius uenerabilem sollempnitatem digno preuenimus officio. eius intercessionibus commendemur et meritis. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

AUdi filia. Alleluya. ℣. Quinque prudentes.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

PResta quesumus misericors deus ut sicut diuina offerimus in sancte cecilie uirginis tue sollempnitate sacramenta. sic indulgencie tue largitatem piis eius precibus assequamur. Per.

Communio.

COnfundantur.

Postcommunio.

UEnerande cene sacramentorum domine participes effecti. imploramus clemenciam tuam. ut beate cecilie uirginis tue et meritis interuentu peccatorum nostrorum consequamur ueniam. Per.

In natali sancte felicitatis martiris officium.

LOquebar.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus ut beate felicitatis martiris./ tue sollempnia [fo. 283. recensentes. meritis ipsius protegantur et precibus. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

MUlier sapiens os suum aperuit sapiencie. et lex clemencie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius et beatissimam predicauerunt et uir eius laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuicias tu supergressa es uniuersas. Fallax gracia et uana est pulcritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis: opera eius.

[1] [Proverb. xxxi. 26–31.]

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Diffusa.

Euuangelium.

LOquente ihesu.

Offertorium.

FIlie regum.

Secretum.

MUnera tibi domine pro sancte felicitatis gloriosa sollempnitate deferentes obsecramus ut que nobis huius celebritatis effectum confessione dedicauit et sanguine. miseracionis tue continuum imploret auxilium. Per.

Communio.

QUicumque.

Postcommunio.

HEc domine sacramenta sumentes quesumus: ut intercedente beata felicitate martire tua uite eterne in nobis nutriant alimenta. Per.

Eodem die sancti clementis [pape et[1]] martiris officium.

DIcit dominus sermones mei quos dedi in os tuum non deficient de ore tuo adest enim nomen tuum. et munera tua accepta erunt super altare meum. *Ps.* Misericordias domini.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui in omnium sanctorum es uirtute mirabilis: da nobis in beati Clementis annua sollempnitate letari. qui filii tui martir et pontifex quod ministerio gessit testimonio comprobauit et quod predicauit ore confirmauit exemplo. Per.

Ad philippenses.

FRatres: Rogo uos karissimi et desideratissimi gaudium meum et corona mea sic state in domino karissimi. Euchodiam rogo et sinticem deprecor: idipsum sapere in domino. Eciam rogo et te germane compar adiuua illas que mecum laborauerunt in euuangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sunt: in libro uite.

Gradale.

IUrauit. Alleluya. ℣. Hic in oracione.

Euuangelium.

CIrcuibat.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

PRo passione beati Clementis gratanter tibi domine munus offerimus quia/ sicut [fo. 283. b. eum sentimus in te uiuere gloriosum sic pro nobis interuenire confidimus. Per dominum.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

PUrificet nos domine quesumus et diuini percepcio sacramenti. et gloriosa deprecacio beati clementis pontificis. Per.

[1] Erased.

In natali sancti Grisogoni martiris officium.

LEtabitur.

Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris ut qui ex iniquitate nostra reos nos cognoscimus. beati grisogoni martiris tui intercessione liberemur. Per.

Epistola.

BEatus uir qui inuentus.

Gradale.

IUstus ut palma. Alleluya. ℣. Letabitur.

Euuangelium.

QUi amat.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

MUnera nostra quesumus domine sereno intuitu suscipe. et[1] sancto grisogono intercedente. criminum nostrorum contagia expurgent. Per.

Communio.

POsuisti.

Postcommunio.

ANnue quesumus domine ut misteriis tuis recreati sancti quoque grisogoni martiris tui semper muniamur auxiliis. Per.

In natali sancte katerine uirginis et martiris officium.

GAudeamus.

[1] *Sic.*

Oracio.

DEus qui es corona uirginum et tuorum gloria sanctorum ecclesie tue supplicanti presta benignus auditum : et beate katerine interuenientibus meritis uite presentis et eterne largire subsidium. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. ℣. Ueni electa.

Sequencia.

DIlecto regi uirtutum omnes pari concordia. Laudes demus uenerantes huius diei gaudia. In qua contempta maxencii cesaris crudelitate et malicia. Uirgo gloriosa et martir insignis ad celi peruenit fastigia. Urbe alexandria. Exorta katerina. Clara ex prosapia. Costis regis filia. Uirtutum prefulgens gracia literarumque sciencia. Spiritus sancti potencia sua lustrante precordia. Philosophorum. uacua honore gignasia. Argumentis approbauit et uerbi constancia. Hinc tenetur hinc arcetur carcerali custodia. Genera quidem penarum perferens inmania. Ad quam regina uisitandam processit prima noctis uigilia. Cum porphirio credidit uidens ibi angelorum obsequia. Claritate fulgencia. Ueritate potencia. Quorum suffragiis rotas uincens ereas. Serras et tharincas exuperans ferreas. Christo katerinam uocante ad regna sempiterna. Sanguine laureata celos ascendit die hodierna. Cuius corpus sepelliuit manus angelica in monte syna. Liquor olei illius efficax fit infirmis/ medicina. Omnes [fo. 284. ergo celebrantes huius natalicia. Per

secula sint possidentes amen superna premia.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum decem.

[*Offertorium.*[1]]

DIffusa est.

Secretum.

MUnera domine presentis sacrificii que tibi offerimus in honore sancte uirginis katerine fiant nobis eius precibus uita perpetua. et te donante salus infinita. Per.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis eterne misteriis suppliciter deprecamur. ut beate katerine uirginis tue et martiris intercessione animas et corpora nostra custodias et cuncta[2] a nobis iniquitates expellas. Per.

In natali sancti Saturnini martiris officium.

STatuit.

Oracio.

DEus qui nos beati saturnini martiris tui concedis natalicio perfrui. eius nos tribue meritis adiuuari. Per.

Epistola.

BEnedicentes.

[1] Omitted in MS. [2] *sic.*

Gradale.

ECce sacerdos. Alleluya. ℣. Disposui.

Euuangelium.

CIrcuibat ihesus.

Offertorium

UEritas mea.

Secretum.

OBlatum tibi domine munus pro beati saturnini martiris tui passione propicius assume. quod eius intercessione magestati tue fiat acceptabile. Per.

Communio.

BEatus seruus.

Postcommunio.

UT hec communio nos domine tua uisitacione dignos efficiat. beati saturnini martiris tui pia intercessio quesumus optineat. Per.

Eodem die uigilia sancti andree apostoli. Officium.

DOminus secus mare galilee uidit duos fratres petrum et andream et uocauit eos. uenite post me faciam uos fieri piscatores hominum. *Ps.*[1] At illi continuo relictis rethibus secuti sunt eum.

Oracio.

QUesumus omnipotens deus : ut beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium. ut a nostris reatibus absoluti a cunctis eciam periculis eruamur. Per.

[1] *Sic.*

Epistola.

BEnediccio domini.

Gradale.

NImis honorati. *Si indominica euenerit.* Alleluya. ℣. Per manus.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore : Stabat iohannes : et disciPuli eius duo. Et respiciens ihesum ambulantem : dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem : et secuti sunt ihesum. Conuersus autem ihesus et uidens eos sequentes se. dicit eis. Quem queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi quod dicitur interpretatum magister. Ubi habitas? Qui dicit eis. Uenite et uidete. Uenerunt et uiderunt ubi/ maneret : et apud illum [fo. 284. b. manserunt illo die. Hora autem erat : quasi decima. Erat autem andreas frater symonis petri : unus ex duobus qui audierant ab iohanne. et secuti fuerunt eum. Inuenit hic primum fratrem suum symonem : et dixit ei. Inuenimus messyam : quod est interpretatum christus. Et adduxit eum ad ihesum. Iutuitus autem eum ihesus : dixit. Tu es symon filius iohanna : tu uocaberis cephas : quod interpretatur petrus. In crastinum autem uoluit exire in galileam. et inuenit phillippum et dicit ei. [1]Sequere me.[1] Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanaelem : et dicit ei.

[1]—[1] These words struck through by black line.

Quem scripsit moyses in lege et prophete : inuenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dicit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. [1]Dicit ei philippus.[1] Ueni et uide. Uidit ihesus nathanaelem uenientem ad se : et dicit de eo. Ecce uere israelita : in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Respondit ihesus : et dixit ei. Priusquam te philippus uocaret cum esses sub ficu : uidi te. Respondit ei nathanael : et dixit. Rabi : tu es filius dei : tu es rex israel. Respondit ihesus et dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu credis : magis hiis uidebis. Et dixit eis. Amen amen amen dico uobis : uidebitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes : super filium hominis.

Offertorium.

GLoria et honore.

Secretum.

SAcrandum tibi domine munus offerimus quo beati andree sollempnitatem ieiuniis et deuotis officiis preuenientes. purificacionem quoque mentibus nostris imploramus. Per.

Communio.

DIcit andreas symoni fratri suo. inuenimus messyam qui dicitur christus. et adduxit eum ad ihesum.

Postcommunio.

PErceptis salutaribus sacramentis humiliter te domine deprecamur. ut intercedente beato andrea apostolo tuo que

[1]—[1] Repeated, but struck through by black line.

pro illius ueneranda egimus sollempnitate nobis proficiant ad salutem. Per.

In die sancti Andree apostoli officium.

MIchi autem.

Oracio.

MAgestatem tuam domine suppliciter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus/ [fo. 285. Andreas apostolus extitit predicator et rector. ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per.

Ad romanos.

FRatres: Corde creditur nos ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum: non confundetur. Non enim est distinccio iudei et greci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt. Aut quomodo credent ei quem non audierunt. Quomodo autem audient: sine predicante? Quomodo ergo predicabunt: nisi mittantur. Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euuangelizancium pacem: euuangelizancium bona. Set non omnes obediunt euuangelio. ysayas autem dicit. Domine. quis credit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum christi. Set dico. Numquid non audierunt. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

Gradale.

COnstitues. Alleluya. ℣. Dilexit andream dominus in odorem suauitatis.

Sequencia.

SAcrosancta hodierne festiuitatis preconia. Digna laude uniuersa categorizet ecclesia. Mitissimi sanctorum sanctissima extollendo merita. Apostoli andree admiranda prepollens gracia. Hic accepto ab iohanne baptista. Quod uenisset qui tolleret peccata. Mox eius intrans habitacula audiebat eloquia. Inuentoque fratre suo bariona. Inuenimus ouans ait messyam. Et duxit eum ad dulcifluam saluatoris presenciam. Hunc perscrutantem maria. christi uocauit clemencia. Artem piscandi commutans dignitate apostolica. Huius animam post clara festi pascalis tempora. Sancti spiritus preclara perlustrauit potencia. Ad predicandum populis penitenciam. Et dei patris per filium clemenciam. Gratulare ergo tanto patre achaya. Illustrata eius salutari doctrina. Honorata multimoda signorum frequencia. Et tu gemens plora trux carnifex egea. Te lues inferna et mors tenet eterna. Et andream felicia per crucem manent gaudia. Iam regem tuum spectas iam adoras iam in eius conspectu andrea stas. Odorem suauitatis iam aspiras quem diuini amoris aroma dat. Sis ergo nobis inclita. Dulcedo spirans intima. Celestis uite balsama./ [fo. 285. b.

Matheum.

IN illo tempore: Ambulans ihesus iuxta mare galilee uidit duos fratres symonem qui uocatur petrus et andream fratrem

eius mittentes rethe in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Uenite post me: faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis rethibus: secuti sunt eum. Et procedens inde: uidit alios duos fratres iacobum zebedei. et iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua. Et uocauit eos. Illi autem statim relictis rethibus et patre: secuti sunt eum.

Offertorium.

MIchi autem.

Secretum.

SAcrificium nostrum tibi domine quesumus beati andree precacio sancta conciliet ut cuius honore sollemniter exhibetur. meritis efficiatur acceptum. Per.

Communio.

UEnite post me faciam uos piscatores hominum. at illi relictis rethibus et naui secuti sunt dominum.

Postcommunio.

SUmpsimus domine diuina misteria beati andree festiuitate letantes que sicut sanctis tuis ad gloriam. ita nobis quesumus ad ueniam prodesse perficias. Per.

In natali sancti Nicholai episcopi et confessoris officium.

STatuit ei dominus.

Oracio.

DEus qui beatum nicholaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus: ut eius meritis et precibus a gehenne incendiis liberemur. Per.

Epistola.

ECce sacerdos magnus qui in uita.

Gradale.

INueni dauid. Alleluya. ℣. Iurauit dominus.

Sequencia.

CHristo regi cantica uocum per discrimina eya pangat musica. Cuius ex potencia prodeunt miracula sibi non insolita. Qui repleuit maxima nicholaum gracia strictum adhuc fascia. Nam inter crepundia quarta et sexta feria semel suxit ubera. Felix puericia senectutis opera gessit facti nescia. O beata parcitas que mira primordia nicholai nuncia. Patris fugat crimina dantis per inopiam scortum fore filias. Quas uir dei miserans auri dando pondera traxit ab infamia. Hec inter insignia sumpsit uoce celica presulatus culmina. O mirrea ciuitas felix es per secula tanto patre predita. Cuius per miracula bis bina per climata pollens satis rutilans. Nautas namque liberat quos tempestas ualida quassans pene merserat. Plebem fame tabidam. uerbo cibo subleuat per frumenta prestita. Que mensura propria./ dantibus in patria [fo. 286. sunt reperta integra. Soluit maleficia inter undas diana que deceptrix finxerat. Iuuenum innocua militumque capita a iugulo liberat. Puerum cum situla uoto facta aurea mersum seruat ab unda. Latrones exterritat ut sublata referant sue ymagini tradita. Plura sunt magnalia fide gesta uiuida quam referri ualeant. Que per eum gracia adimpleuit diuina nunc quoque accumulat. Eius de

[1]tumba sudat oleum quo morbida membra[1] reddit ualida. Sacro cuius transitu dies hec est inclita anni per curricula. Ipse nobis conferat per sua suffragia sempiterna gaudia.

Euuangelium.

UIdete uigilate.

Offertorium.

INueni dauid.

Secretum.

SAnctifica quesumus domine munera oblata que in ueneracione sancti antistitis tui nicholai offeruntur. ut per ea uita nostra inter aduersa et prospera ubique dirigatur. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SAcrificia que sumpsimus domine pro sollempnitate sancti Nicholai pontificis tui. sempiterna nos proteccione confirment. Per.

Infra et in octaua sancti andree. Officium.

MIchi autem.

Infra octauas. Oracio.

MAgestatem.

In die. Oracio.

PRotegat nos domine sepius beati andree apostoli tui sepius repetita sollempnitas : ut cuius patrocinia pia deuocione recolimus. perpetuam defensionem senciamus. Per.

Epistola.

COrde creditur.

[1]—[1] Written over erasure.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Salue crux que in corpore christi dedicata es et ex membris eius ornata.

Euangelium.

AMbulans ihesus.

Offertorium.

IN omnem terram.

Secretum.

INdulgenciam nobis domine quesumus prebeant hec munera largiorem que beati andree apostoli tui suffragiis offeruntur. Per.

Communio.

UEnite.

Postcommunio.

PRebeat nobis domine quesumus beatus andreas apostolus optatum presidium. quo salutare nobis sumptum proficiat sacramentum. Per.

In concepcione sancte marie uirginis. Officium.

GAudeamus.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui per beate marie uirginis fecundidatem et partum salutem generis humani fieri uoluisti : da nobis ita concepcionis eius hodierna die digne celebrare misterium. ut ad incarnati filii quem ipsa concepit et peperit mereamur pertinere consorcium. Per.

Leccio libri numeri.

IN diebus illis: Cum uidisset balaam quod pla-/ [fo. 286. b. ceret domino ut benediceret israeli: direxit contra desertum uultum suum. Et eleuans oculos uidit populum in tentoriis commorantem per tribus suas. et irruente in se spiritu dei assumpta parabola ait. Quam pulcra tabernacula tua iacob et tentoria tua israel ut ualles nemerose. Pulcre sunt et ut orti iuxta fluuios irrigui ut tabernacula que fixit dominus quasi cedri propter aquas. Fluet aqua de situla eius. et in aquas multas erit semen illius. Tolletur propter agag rex eius: et regnum illius auferetur. Deus eduxit eum de egypto: cuius fortitudo similis est rinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius. ossa que eorum confringent et perforabunt sagittis. Accubans dormiuit ut leo: et quasi leena quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi. erit et ipse benedictus et qui maledixerit tibi. in malediccionem reputabitur. Uidebo eum set non modo: intuebor illum set non prope. Orietur stella ex iacob. et consurget uirga de israel. Et percuciet duces moab. uastabitque filios seth et erit ydumea possessio eius. Hereditas seyr cedet inimicis suis israel uero fortiter aget. De iacob erit qui dominetur: et perdet reliquias ciuitatum.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Concepcio gloriose uirginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid.

Euuangelium.

LIber generacionis.

Offertorium.

DIffusa est.

Secretum.

SAnctifica domine muneris oblati libamina. et beate dei genitricis intercessione nobis salutaria fore concede. Per.

Prefacio.

ET te in concepcione.

Communio.

DIffusa est.

Postcommunio.

PEr hec redempcionis humane sacrosancta misteria nobis quesumus domine celestis gracie benediccionem infunde: ut concepcionis eius gloriosa sollempnitas famulis tuis ad salutem prosit eternam que sine uiro uirgo concepit. et mundo peperit lucem et uitam. dominum nostrum.

In natali sancti damasi [*pape*][1] *confessoris officium.*

SAcerdotes dei.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus da quesumus nobis sancti pontificis tui damasi precibus adiuuari. ut cuius festa recolimus. auxilium capiamus. Per.

[1] Erased.

Epistola.

DIlectus deo.

Gradale.

IUrauit dominus. Alleluya. ℣. Inueni dauid.

Euangelium.

UIgilate quia.

Offertorium.

UEritas.

Secretum.

DA nobis quesumus domine./ semper hec uota [fo. 287. tibi gratanter persoluere quibus sancti damasi confessoris tui sollempnitatem recolimus. et presta: ut in eius ueneracione tuam semper gloriam predicemus. Per.

Communio.

FIdelis seruus.

Postcommunio.

SAcris muneribus sumptis tuam domine misericordiam humiliter exoramus. ut beati damasi confessoris tui intercessione muniti. sempiterna mereamur felicitate gratulari. Per.

In natali sancte Lucie uirginis et martiris. Officium.

DIlexisti.

Oracio.

EXaudi nos deus salutaris noster. ut sicut de beate lucie uirginis tue festiuitate gaudemus. ita pie deuocionis erudiamur affectu. Per.

Epistola.

COnfitebor.

Gradale.

DIlexisti. Alleluya. ℣. Diffusa.

Euangelium.

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

GRatanter domine munera dicanda intuere que nomini tuo pro sollempnitate sancte lucie martiris tue suppliciter immolamus. Per.

Communio.

DIffusa.

Postcommunio.

SAncte Lucie martiris tue nos domine precacio tibi grata conciliet: ut hec sancta que sumpsimus. salutaria senciamus. Per.

Eodem die sancti Iudoci episcopi et confessoris.

Oracio.

DEus qui beatissimum iudocum confessorem tuum eternitatis gloria sublimasti: concede nobis famulis tuis eius festa celebrantibus cunctorum ueniam delictorum: et eterne beatitudinis premium sempiternum. Per.

Secretum.

SAcrificia hec quesumus domine magestati tue reddantur grata.

et sancto iudoco interueniente corda nostra holocausta ydonea tibi efficiant. Per.

Postcommunio.

SUmpta refeccio domine quesumus nos ad celestia introducant[1] conuiuia. et sancti Iudoci intercessio. tanto conuiuio nos. dignos efficiat. Per.

In natali sancte barbare uirginis.
Officium.

LOquebar.

Oracio.

DEus qui beatissimam uirginem barbaram roseo martirii cruore perfusam hodie in thalamo regni tui collocasti concede propicius. ut per eam suorum apud te delictorum ueniam optineant. qui eius sempiterne claritati humilima deuocione congaudent. Per.

Epistola.

DOmine deus.

Gradale.

SPecie tua. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euuangelium.

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

IN sancte martiris tue barbare pas/sione preciosa. [fo. 287. b. te domine mirabilem predicantes

[1] *Sic.*

presta quesumus ut sicut eius tibi grata sunt merita. sic nostre seruitutis accepta reddantur. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

LIbantes domine mense munera beata. quesumus ut sancte barbare martiris tue interuencionibus. et presentem nobis misericordiam conferat et et[1] eternam. Per.

In uigilia sancti thome apostoli officium.

EGo autem. *Et cetera sicut in uigilia unius apostoli.*

In die ad missam officium

MIchi autem.

Oracio.

DA nobis domine quesumus beati thome apostoli tui ita sollempnitatibus gloriari: ut eius semper et patrociniis subleuemur. et fidem congrua deuocione sectemur. Per.

Epistola.

IAm non estis.

Gradale.

NImis honorati. Alleluya. ℣. Non uos.

Iohannem.

IN illo tempore: Thomas unus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum discipulis quando uenit ihesus. Dixerunt ergo et alii discipuli. Uidimus

[1] *Sic* twice.

dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum. et mittam digitum meum in locum clauorum. et mittam manum meum[1] in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: et thomas cum eis. Uenit ihesus ianuis clausis. et stetit in medio et dixit. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc et uide manus meas. et affer manum tuam. et mitte in latus meum. et noli esse incredulus set fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus. et deus meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me credidisti. Beati qui non uiderunt: et crediderunt.

Offertorium.

IN omnem.

[1] *Sic.*

Secretum.

DEbitum domine nostre reddimus seruitutis suppliciter exorantes. ut suffragiis beati thome apostoli tui. in nobis tua munera tuearis. cuius honorando confessionem. laudis tibi hostias immolamus. Per.

Prefacio.

ET te domine suppliciter.

Communio.

MItte manum tuam et cognosce loca clauorum alleluya et noli esse incredulus set fidelis alleluya. alleluya.

Postcommunio.

PRosit plebi tue misericors deus diuini percepcio sacramenti. et intercessio beati thome apostoli tui. ut saluacionem mentis et corporis. et incessabiliter expetat et affluenter accipiat. Per./ [fo. 288.

[Fo. 288. b. is blank.]

In uigilia unius apostoli. Officium.

EGo autem sicut oliua fructificaui in domo domini. speraui in misericordia dei mei et expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. *Ps.* Quid gloriaris in malicia: qui.

Oracio.

QUesumus omnipotens deus: ut nostra deuocio que natalicia beati apostoli tui .N. antecedit. patrocinia nobis intercessionis eius accumulet. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

BEatus uir qui inuenit sapienciam: et qui affluit prudencia. Melior est adquisicio eius negociacione argenti et auri: primi et purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus: et omnia que desiderantur non ualent huic comparari. Longitudo dierum in dextera eius. in sinistra illius diuicie et gloria. Uie eius uie pulchre: et omnes semite illius pacifice. Lignum uite est hiis qui apprehenderint eam. et qui tenuerint eam beati. Dominus sapiencia fundauit terram. stabiliuit celos prudencia. Sapiencia illius eruperunt abyssi. et nubes rore concrescunt.

Gradale.

IUstus ut palma florebit. sicut cedrus libani multiplicabitur. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et ueritatem tuam per noctem. *Si dominica fuerit.* Alleluya. ℣. Gloria et honore coronasti eum domine. et constituisti eum super opera manuum tuarum.

[1] [Proverb. iii. 13–21.]

Secundum Iohannem

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi uos. Manete in dileccione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dileccione mea. Sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in eius dileccione. Hec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit: et gaudium uestrum impleatur.

Offertorium.

GLoria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Secretum.

INtercessio quesumus domine beati. N apostoli tui munera nostra tibi commendet. ut eius sacrata natalicia frequentemus. et conspiciamus eterna. Per.

Communio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Postcommunio.

PResta nobis eterne largitor eius ubique pia [fo. 289. protegi oracione cuius natalicia per hec sancta que sumpsimus uotiuo preuenimus obsequio. Per.

In die officium.

MIchi autem nimis honorati sunt amici tui deus minis[1] conforta-

[1] *Sic: for* nimis.

tus est principatus eorum. *Ps.* Domine probasti me.

Oracio.

DEus qui ecclesiam tuam beati .N. apostoli tui predicacione instruxisti. et martirio decorasti : concede tuis fidelibus eius semper meritis adiuuari. et beneficiis gratulari. Per.

Leccio epistole beati pauli ad ephesios.

FRatres. Iam non estis hospites et aduene : set estis ciues sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum. ipso summo angulari lapide christo ihesu. In quo omnis edificacio constructa: crescit in templum sanctum in domino. In quo et uos coedificamini in habitaculum dei : in spiritu sancto.

Gradale.

NImis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Alleluya. ℣. Per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Alleluya. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

Sequencia.

CLare sanctorum senatus apostolorum. Alleluya. Princeps orbis terrarum rectorque regnorum. Ecclesiarum mores et uitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt ubique. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrannidem tu paule alexandrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli uellere. Qui maculas nesciat aliquas uestisti candido. Thoma bartholomee iohannes philippe symon Iacobique pariles. Andrea thadee dei bellatores incliti. En uos occidens et oriens. Immo teres mundi circulus se patres habere gaudet et expectat iudices. Et iccirco mundus omnis laudes uobis et honorem sanctis debitum supplex impendit.

Iohannem.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem : sicut dilexi uos. Maiorem hac dileccionem nemo habet : ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis : si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos : quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos : quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me [1]elegistis set ego[1] elegi uos. et posui uos. ut eatis et fructum/ afferatis [fo. 289. b. et fructus uester maneat. Et quodcumque pecieritis patrem in nomine meo: det nobis.

Offertorium.

IN omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

Secretum.

MUnus oblatum quesumus domine propiciatus intende et ut digne tuis famulemur altaribus sancti apostoli tui .N intercessione que deliquimus indulge. Per.

[1]—[1] Repeated, but struck through with black line.

Communio.

EGo uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat.

Postcommunio.

CElebrantes que apostoli tui .N. beata passione domine peregimus. ipsius nobis quesumus fiant intercessione salutaria in cuius natalicio sunt percepta. Per.

In natali plurimorum apostolorum officium.

MIchi autem.

Oracio.

DEus mundi creator et rector qui beatos apostolos tuos .N. et N ineffabili gloria decorasti: exaudi populum tuum eorum doctrinis imbutum: ut per eos proficiat ad fidei et caritatis augmentum. Per.

Ad Romanos.

FRatres: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: hiis qui secundum propositum [1]uocati sunt sancti.[1] Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos et uocauit. Et quos uocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui eciam proprio filio suo non pepercit: set pro nobis omnibus tradidit illum.

[1]—[1] Repeated, but struck through with black line.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe: et erant unanimiter omnes in porticu salamonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis. set magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credencium in domino multitudo uirorum ac mulierum ita ut in plateis eicerent infirmos et ponerent in lectulis et grabatis. ut ueniente petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum. et liberarentur ab infirmitatibus suis. Currebat autem et multitudo uicinarum iherusalem afferentes egros et uexatos a spiritibus inmundis qui omnes curabantur.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Exurgens princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant que est heresis sa/duceorum repleti sunt [fo. 290. zelo. et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt illos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris: et educens eos dixit. Ite stantes in templo loquimini plebi omnia uerba uite huius. Que cum audissent intrauerunt diluculo in templum: et docebant.

Leccio actuum apostolorum.

IN diebus illis: Consenserunt scribe et pharisei uniuerse turbe: et conuocantes apostolos cecis[1] denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine ihesu et dimiserunt eos. Et illi quidem

[1] *Sic. for* cesis.

ibant gaudentes a conspectu consilii. quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. Omni autem die in templo et circa domos non cessabant docentes et euuangelizantes : ihesum christum.

Gradale.

IN omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Gradale.

COnstitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Alleluya. ℣. Non uo[1] me elegistis set ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. Alleluya. ℣. Isti sunt due oliue candelabra lucencia ante dominum habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius quia lingue eorum claues celi facte sunt.

Sequencia.

HOdierne lux diei recolit athletas dei petrum paulum pariter. Qui de fide questione posita coram nerone uicerunt uiriliter. Petrus docet frendet nero nec petrus ob hoc a uero declinat iudicio. Set allegat ex prophetis argumentis et decretis et ex euuangelio. Paulus uas eleccionis pari forma racionis natum de uirguncula. Christum pandit et confundit oblatrantes et contundit synagoge iacula. Isti sunt oliue bine legis apices diuine candelabra gemina. Per quos mundo lux est data per quos mira declarata mundi micat machina. Migrauerunt ex hac luce paulus ense petrus cruce nunc regnant in gloria. Quo nos sua per precata ducant omnes impetrata delictorum uenia.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Hec mando uobis : ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis : mundus quod suum erat/ dili- [fo. 290. b. geret. Quia uero de mundo non estis : set ego elegi uos de mundo : propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei : quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt et uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt : et uestrum seruabunt. Set hec omnia facient uobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem et locutus eis fuissem : peccatum non haberent. Nunc autem excusacionem non habent de peccato suo. Qui me odit et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit : peccatum non haberent. Nunc uiderunt : et oderunt et me et patrem meum. Set ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est : quia odio habuerunt me gratis.

Secundum Matheum.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Ecce ego mitto uos : sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes : et simplices sicut columbe. Cauete. autem ab hominibus. Tradent enim uos

[1] *Sic.*

in consiliis suis.[1] et in synagogis suis flagellabunt uos. Et ante reges et presides ducemini propter me: in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis: in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini: set spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et insurgent filii in parentes et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit.

Secundum lucam.

IN illo tempore: Facta est contencio inter discipulos ihesu: quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gencium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Uos autem non sic. Set qui maior est in uobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Uos autem estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit michi/ pater meus regnum. ut edatis [fo. 291. et bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel.

Secundum. Matheum.

IN illo tempore: Misit ihesus duodecim discipulos suos precipiens eis et dicens. In uiam gencium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: set pocius ite ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate. mortuos suscitate. leprosos mundate. demones eicite. Gratis accepistis: et gratis date.

[1] Struck out with red line.

Offertorium.

COnstitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui in omni progenie et generacione.

Offertorium.

MIchi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secretum.

OFferimus domine munera tuorum tibi grata sollempnitatibus apostolorum suppliciter exorantes: ut quod ad illorum pertinet gloriam. nobis prosit ad ueniam. Per.

Communio.

AMen dico uobis quod uos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et uitam eternam possidebitis.

Communio.

UOs qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus

Postcommunio.

SUmentes domine diuina misteria imploramus clemenciam tuam ut tribuas nobis pia deuocione eorum consequi doctrinam quorum in uere fidei confessione

uniuersam solidasti ecclesiam. Per.

In natali unius Euuangeliste. Officium.

IN medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eum dominus spiritu sapiencie et intellectus stola glorie induit eum. ℣. Iocundidatem et exultacionem thesaurizauit super eum.

Oracio.

MAgnificet te domine sancti tui .N. euuangeliste beata sollempnitas: per quam illi gloriam sempiternam. et opem nobis ineffabili prouidencia contulisti. Per.

Leccio ezechielis prophete.

SImilitudo uultus quatuor animalium: facies hominis et facies leonis: desuper ipsorum quatuor. Facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies eorum et penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum: coram facie sua ambulabat. Ubi erat spiritus impetus illuc gradiebantur:/ nec reuertebantur cum [fo. 291. b. ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum: quasi carbonum ignis ardencium. et quasi aspectus lampadarum. Hec erat uisio discurrens in medio animalium. Splendor ignis: et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et reuertebantur: in similitudinem fulguris choruscantis.

Gradale.

BEatus uir qui metuit dominum in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius generacio rectorum benedicetur. Alleluya. ℣. Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Alleluya. ℣. Primus ad syon dicet assum. et iherusalem euuangelistam dabo.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Designauit dominus et alios septuaginta duos discipulos et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neque peram. neque calciamenta et neminem per uiam salutaueritis. In quamcumque domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illam pax uestra. Sin autem ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua.

Offertorium.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Secretum.

DOnis celestibus da nobis domine tibi libera mente seruire. ut munera que deferimus interueniente euuangelista tuo .N. et medelam nobis operentur et gloriam.

Communio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo. gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus ut id quod de sancto altari tuo accepimus precibus beati euuangeliste tui .N. sanctificet animas nostras per quod tuti esse possimus. Per.

In natali unius martiris.
Officium.

LEtabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. *Ps.* Exaudi deus oracionem meam cum deprecor.

Officium.

IN uirtute tua domine letabitur iustus super salutare tuum exultabit uehementer desiderium anime eius tribuisti ei./ *Ps.* [fo. 292. Quoniam preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis.

Aliud officium.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. *Ps.* Bonum est confiteri domino : et psallere.

Officium.

IUstus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius tota die miseretur et comodat et semen eius in benediccione erit ineternum conseruabitur. *Ps.* Noli emulari in malignantibus.

Officium.

GLoria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. *Ps.* Domine dominus noster.

Officium.

PRobasti domine cor meum et uisitasti nocte. igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. *Ps.* Exaudi domine iusticiam meam.

Officium.

PRotexisti me deus a conuentu malignancium. alleluya. a multitudine operancium iniquitatem alleluya alleluya. *Ps.* Exaudi deus oracionem meum cum deprecor.

Oracio.

DEus qui hodierna die beatum .N. martirem tuum. gloria et honore coronasti : tribue nobis propicius. ut qui gloriam non meremur. indulgenciam ipso interueniente consequamur. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

BEatus uir qui in sapiencia morabitur. et qui in iusticia meditabitur et in sensu cogitabit circumspeccionem. dei. Cibabit illum pane uite et intellectus : et aqua sapiencie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo. et non flectetur. et continebit illum. et non confundetur : et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum : dominus deus noster.

Leccio libri sapiencie.[2]

IUstus si morte preocupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis est non diuturna : neque annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis et etas senectutis uita inmaculata. Placens deo

[1] [Ecclesiasticus xiv. 22 ; xv. 3, 4, 6.]
[2] [iv. 7–12 ; 13–15.]

factus dilectus: et uiuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius: aut ne ficcio deciperet animam illius. Consummatus in breui expleuit tempora multa placita enim erat deo anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: quoniam gracia dei et misericordia est in sanctos eius. et respectus eius in electos illius.

Leccio libri sapiencie.[1]

BEatus uir qui inuentus est sine macula. qui post aurum non abiit nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eum? Fecit enim/ mirabilia in uita sua. [fo. 292. b. Quis probatus est in illo: et perfectus inuentus est. et erit illi gloria eterna? Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino. et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Ad thimotheum.

KArissime: Nemo militans deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probauit. Nam qui certat in agone non coronatur: nisi legitime certauerit. laborantem agricolam: oportet premium de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus: in omnibus intellectum. Memor esto ihesum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euuangelium meum in quo laboro usque ad

[1] [Ecclesiastic. xxxi. 8–11.]

uincula quasi male operans. set uerbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos ut et ipsi salutem consequantur. Que est in christo ihesu: cum gloria celesti.

Ad thymotheum.

KArissime: Dominus michi astitit et confortauit me: ut per me predicacio eius impleatur. Et audiant omnes gentes: quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo. et saluum faciet in regno suo celesti. Cui gloria: in secula seculorum amen.

Ad thimotheum.

MEmor esto dominum ihesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euuangelium meum in quo laboro usque ad uincula: quasi male operans. set uerbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur que est in christo ihesu. cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam. institucionem. propositum. fidem longaminitatem dileccionem. pacienciam. persecuciones. passiones qualia michi facta sunt antiochie. yconie listris quales persecuciones sustinui: et ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt pie uiuere in christo ihesu persecucionem paciuntur.

Leccio libri sapiencie.[4]

BEnedicentes dominum exaltate illum: quantum potestis. Maior est enim omni

[1] [Ecclesiastic. xliii. 33. 25. 26; xlv. 29. 3c.]

gloria. Ipse deduxit iustum per uias rectas. cuius memoria in benediccione est. In sermone eius siluit uentus: cogitacione sua pla/cauit abyssum [fo. 293. et plantauit illum dominus. Qui nauigat mare enarrat pericula eius. et audientes auribus non admirabuntur. In bonitate benignitatis et alacritate anime sue: placuit deo israel. Ideo statuit ad illum testamentum pacis ut sit illi sacerdòcii dignitas ineternum.

Ad Corinthios.

FRatres: Spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter christum: uos autem prudentes in christo. Nos infirmi: uos autem fortes. Uos nobiles: nos ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus: laboramus operantes mǎnibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. Persecucionem patimur: et sustinemus. Blasphemamur et obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsima: usque adhuc. Non ut confundam uos hec scribo: set ut filios meos karissimos moneo.

Leccio epistole beati Iacobi apostoli.

KArissimi: Omne gaudium existimate cum in temptaciones uarias incideritis: scientes quod probacio fidei uestre pacienciam operatur. Paciencia autem: opus perfectum habeat. ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Siquis autem uestrum indiget sapiencia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Postulet autem in fide: nichil hesitans. Qui autem hesitat: similis est fluctui maris qui a uento mouetur et circumfertur. Non ergo estimet homo ille quod aliquid accipiat a domino. Uir duplex animo: inconstans est in omnibus uiis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltacione sua: diues autem in humilitate. sua. quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefécit fenum: et flos eius decidit et decor uultus eius deperiit. Ita et diues in itineribus suis marcesset. Beatus uir qui suffert temptacionem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uite: quam repromisit. deus diligentibus se.

Ad philippenses.

FRatres. Uobis datum est pro christo non solum ut in eo credatis set ut eciam pro illo paciamini idem certamen habentes./ quale et uid- [fo. 293. b. istis in me. et nunc audistis de me. Siqua ergo consolacio in christo si quod solacium caritatis si qua societas spiritus si qua uiscera miseracionis: implete gaudium meum ut idipsum sapiatis. Eandem caritatem habentes: unanimes idipsum sencientes. Nichil per contencionem neque per inanem gloriam. set in humilitate superiorem sibi inuicem arbitrantes. Non que sua sunt singuli considerantes set ea que aliorum.

Ad hebreos.

FRatres: Doctrinis uariis et peregrinis: nolite abduci. Optimum est enim gracia stabilire cor non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem. qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et ihesus ut sanctificaret persuum sanguinem populum: extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: set futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo id est fructum labiorum confitencium nomini eius. Beneficiencie autem et comunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis: promeretur deus.

Gradale.

POsuisti domine super capud eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei. et uoluntate labiorum eius nonfraudasti eum.

Gradale.

BEatus uir qui timet dominum. in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius generacio rectorum benedicetur.

Gradale.

IUstus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miseretur et comodat et semen eius in benediccione erit.

Gradale.

GLoria et honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluya. ℣. Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Alleluya. ℣. Beatus uir qui suffert temptacionem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uite. Alleluya. ℣. Gloria et honore coronasti eum domine. Alleluya. ℣. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Alleluya. ℣. Posuisti domine super capud eius coronam de lapide precioso.

Tractus.

DEsiderium anime eius tribuisti ei. et uoluntate labiorum/[fo. 294. eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis. ℣. Posuisti super capud eius coronam de lapide precioso.

Tractus.

BEatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius generacio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuicie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi.

Sequencia.

ADest nobis dies alma et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma que gloriam cantat in excelsis uoce dulcissona cum symphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deum nostrum natum ex uirgine sancta maria. Aue inclite martir christi .N. flos pulcherime. Tu uestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Nam gratularis in domo superna.

possidens sedes almas. Quem postulamus et poscimus una. Adiuua tuo sancto suffragio fragilem uitam nostram. O beate. O sancte. N. Iuua cateruam hanc. O beate. O sancte .N. Pro nobis supplica. Ut una mereamur sancta celorum templa. Possidere leti cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honor et iubilacio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Siquis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem. et filios. et fratres et sorores adhuc et animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam et uenit post me non potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim edificare. non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum. ne postea quam posuerit fundamentum. et non potuerit perficere. omnes qui uiderint incipiant illudere ei dicentes quia hic homo cepit edificare et non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente: legacionem mittens. rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus.

Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia uenerim pacem mittere in terram. Non ueni pacem mittere: set/ gladium. [fo. 294. b. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non baiulat crucem suam. et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suam: perdet eam. Et qui perdiderit animam suam propter me: inueniet eam. Qui recipit uos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amen dico uobis: non perdet mercedem suam.

Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nichil opertum quod non reueletur: et occultum quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Set pocius eum timete qui postquam occiderit habet potestatem et corpus et animam

perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse ueneunt et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem et capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui est in celis.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Circuibat ihesus ciuitates omnes et castella: docens in synagogis eorum. et predicans euuangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis: quia erant uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa. operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut adiciat operarios in messem suam. Euntes autem predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate/mortuos [fo. 295. suscitate leprosos mundate. demones eicite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto uos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: accipere sibi regnum et reuerti. Uocatis autem decem seruis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos. Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant illum: et miserunt legacionem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno. Et iussit uocari seruos suos quibus dederat pecuniam: ut sciret quantum quisque negociatus esset. Uenit autem primus dicens. Domine: mna tua decem mnas adquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone: quia in modico fuisti fidelis: eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine: mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto supra quinque ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine: ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te: quia homo austerus. es. Tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti. Et dicit ei. De ore tuo te iudico: serue nequam. Sciebas quod ego hausterus homo sum: tollens quod non posui et metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad usuram et ego ueniens cum usuris utique exigissem[1] illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt illi. Domine: habet decem mnas. Dico autem uobis: quia omni habenti dabitur et habundabit. Ab eo autem qui non habet: et quod uidetur habere auferetur ab eo. Uerumptamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se: adducite huc et interficite ante me. Et hiis dictis: precedebat iherosolimam.

[1] *sic.*

Secundum Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Siquis uult uenire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere:/ perdet eam: Qui au- [fo. 295. b. tem perdiderit animam suam propter me: inueniet eam. Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur. anime uero sue detrimentum paciatur? Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua. Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opus suum. Amen dico uobis sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem: donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico uobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in uitam eternam custodit eam. Siquis michi ministrat: me sequatur. Et ubi ego sum: illic et minister meus erit. Siquis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus: qui est in celis.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Qui amat.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tolleteum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum uobis: Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me: et ego in eo. Hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet. et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis. petetis: et fiet uobis.

Offertorium.

POsuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso uitam peciit a te tribuisti ei. alleluya.

Offertorium.

GLoria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Offertorium.

IN uirtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuum exultabit uehementer/ de- [fo. 296. siderium anime eius tribuisti ei.

Offertorium.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Offertorium.

COnfessio et pulcritudo · in conspectu eius. sanctitas et magnificencia in sanctificacione eius.

In tempore paschali. Offertorium.

REpleti sumus mane misericordia tua et exultauimus et delectati sumus. alleluya.

Secretum.

PResencia munera domine serena pietate intuere: ut sancti spiritus perfundantur benediccione. ut in nostris cordibus eam ualidius dileccionem infundant. per quam sanctus martir .N. omnia tormenta deuicit. Per. In unitate eiusdem.

Communio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Communio.

POsuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.

Communio.

QUi uult uenire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

Communio.

QUi michi ministrat me sequatur et ubi ego sum illic et minister meus erit.

In tempore paschali. Communio.

LEtabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde alleluya alleluya.

Communio.

EGo sum uitis uera et uos palmites. qui manet in me et ego in eum hic fert fructum multum alleluya alleluya.

Postcommunio.

QUesumus domine deus noster: ut interueniente beato .N. martire tuo sacrosancta misteria que frequentamus actu subsequamur et sensu. Per.

In natali plurimorum martirum. Officium.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum. redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum uindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. *Ps.* Deus uenerunt gentes.

Officium.

SApienciam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia nomina autem uiuent in seculum seculi. *Ps.* Exultate iusti in domino.

Officium.

SAlus autem iustorum a domino et protector eorum est in tempore tribulacionis. *Ps.* Noli emulari in malignantibus.

Officium.

LOquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos. et in eos qui conuertuntur ad ipsum. *Ps.* Benedixisti domine terram tuam.

Officium.

MUlte tribulaciones iustorum. et de omnibus hiis liberauit eos dominus dominus custodit omnia ossa eorum unum ex hiis non conteretur. *Ps.* Benedicam.

Officium.

LAudate pueri dominum laudate nomen domini qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. *Ps.* Sit nomen.

Officium.

IUsti epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in leticia. *Ps.* Exurgat deus et dissipentur. ℣. Gloria patri.

Officium.

TImete dominum omnes sancti eius/ eius[1] quoniam [fo. 296. b. nichil deest timentibus eum diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dominum non deficient omni bono. *Ps.* Benedicam dominum. Gloria.

Officium.

SAncti tui domine benedicent te. gloriam regni tui dicent alleluya. *Ps.* Exaltabo te domine. Gloria patri.

Officium.

CLamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos. alleluya. *Ps.* Benedicam dominum. Gloria.

Officium.

ECce oculi domini super metuentes eum sperantes in misericordia eius alleluya. ut eripiat a morte animas eorum quoniam adiutor et protector noster est alleluya alleluya. *Ps.* Exultate iusti. ℣. Gloria.

Officium.

IUsti epulentur et exultent in conspectu dei. et delectentur in leticia. *Ps.* Exurgat.

[1] *Sic.* repeated.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem beatorum .N. et .N. martirum tuorum martirio consecrasti : da nobis salutem mentis et corporis. ut et illorum passioni sit ueneracio. ex nostra deuocione. et nobis auxilium proueniat de eorum sanctissima intercessione. Per.

Ad hebreos.

FRatres : Sancti per fidem uicerunt regna : operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones. Opturauerunt ora leonum : extinxerunt impetum ignis effugarunt aciem gladii conualuerunt de infirmitate. et fortes facti sunt in bello. Castra uerterunt exterorum acceperunt mulieres. de resurreccione mortuos suos. Alii autem distenti sunt non suscipientes redempcionem : ut meliorem inuenirent resurreccionem.

Ad hebreos.

SAncti ludibria et uerbera experti insuper et uincula et carceres. Lapidati sunt : secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes : et in montibus. et in speluncis et in cauernis terre. Et hii omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo ihesu : domino nostro.

Leccio libri sapiencie.

IUstorum anime in manu dei sunt : et non tanget illos tormentum malicie. Uisi sunt oculis

insipiencium mori et estimata est affliccio exitus illorum et quod a nobis est iter extermini[1] illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt. spes illorum inmortalitate plena est. In/ paucis [fo. 297. uexati: in multis bene disponentur: quoniam deus temptauit eos et inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocausta hostie accepit illos: et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt naciones et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum imperpetuum.

Leccio libri sapiencie.

REddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: et deducet illos in uia mirabili. Et fuit illis in uelamento diei: et in luce stellarum in nocte. Transtulit illos per mare rubrum: et transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare. et ab altitudine inferorum eduxit eos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: et decantauerunt domine nomen sanctum tuum. Et uictricem manum tuam laudauerunt pariter: domine deus noster.

Ad hebreos.

FRatres: Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem obprobriis et tribulacionibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersancium

[1] *Sic.*

effecti. Nam et uinctis compassi estis et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem et manentem substanciam. Nolite itaque amittere confidenciam uestram. que magnam habet remuneracionem. Paciencia enim uobis necessaria est. ut uoluntatem dei facientes. reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum: qui uenturus est ueniet et non tardabit. Iustus autem meus: ex fide uiuit.

Leccio libri apocalipsis: beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Respondens unus de senioribus dixit michi. Hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde uenerunt. Et dixi illi. Domine mi tu scis. Et dixit michi. Hii sunt qui uenerunt de tribulacione. et lauerunt stolas suas. et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno: habitat super illos. Non/ esu- [fo. 297. b. rient neque sicient amplius: et non cadet super illos sol neque ullus estus. quoniam agnus qui in medio throni est reget illos et deducet illos ad uite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam: ab oculis eorum.

Ad Corintheos.

FRatres: Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. Pater misericordiarum et deus tocius [1]consolacionis qui[1] consolatur nos in omni tribulacione nostra ut possimus et ipsi

[1]—[1] Repeated, but struck through with red line.

consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortacionem qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniam sicut habundant passiones christi in nobis. ita et per christum habundat consolacio nostra. Siue tribulamur pro uestra exhortacione et salute. siue consolamur pro uestra consolacione que est intolleranciam[1] earumdem passionum quas et nos patimur et[1] spes nostra firma pro uobis. Scientes quoniam sicut socii passionum estis. sic eritis et consolacionis. In christo ihesu domino nostro.

Leccio libri sapiencie.[2]

LIngua sapiencium ornat scienciam et os fatuorum ebullit stulticiam. In omni loco: oculi domini speculantur bonos et malos. Lingua placabilis lignum uite: que autem inmoderata est conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo. et in fructibus impii conturbacio. Labia sapiencium disseminabunt scienciam: cor stultorum dissimile erit. Uictime ime[3] impiorum abhominabiles domino: uota iustorum placabilia. Qui diligit iusticiam dirigetur a domino.

Leccio libri sapiencie.[4]

HIi sunt uiri misericordie: quorum iusticie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter eos usque ineternum manent. Generacio eorum et gloria eorum: non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum uiuent in secula. Sapienciam sanctorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciat: omnis ecclesia sanctorum.

Leccio libri sapiencie.

IUsti imperpetuum uiuent et apud dominum est merces eorum et cogitacio illorum apud altissimum./ Ideo acci- [fo. 298. pient regnum decoris: et dyadema speciei de manu domini. Quoniam dextera sua teget eos et brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius et armabit creaturam ad ulcionem inimicorum. Induent pro thorace iusticiam: et accipient pro galea iudicium certum. Sument scutum inexpugnabile: equitatem ibunt directe promissiones. Sed ad certum locum deducet illos: dominus deus noster.

Leccio libri sapiencie.[1]

EXpectacio iustorum leticia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia domini: et pauor hiis qui operantur malum. Iustus ineternum non commouebitur: impii autem non habitabunt in terra. Os iusti parturit sapienciam: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: et supplantacio peruersorum uastabit illos. Iusticia rectorum liberabit eos: et in insidiis suis capientur iniqui. Iustus de angus-

[1] *Sic.*
[2] [Proverb. xv. 2–4, 6–8.]
[3] Struck through with black line.
[4] [Ecclesiastic. xliv. 10–15.]

[1] [Proverb. x. 28–32; xi. 3, 6, 8–11.]

tia liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur sciencia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perdicione impiorum erit. laudacio. In benediccione iustorum : exaltabitur ciuitas.

Leccio libri sapiencie.[1]

MEtuentes dominum sustinete misericordias eius : et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi : et non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum sperate in illum : et in oblectacione ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum : et illuminabuntur corda uestra. Respicite filii naciones hominum : et scitote quia nullus sperauit in domino et confusus est. permansit in mandatis eius et derelictus est. Aut quis inuocauit illum et despexit eum. Quoniam pius et misericors est : dominus deus noster.

Gradale.

GLoriosus deus in sanctis mirabilis in magestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in uirtute dextera manus tua confregit inimicos.

Gradale.

EXultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum nouum : laus eius in ecclesia sanctorum.

Gradale.

UIndica domine sanguinem sanctorum tuorum qui/ [fo. 298. b. effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre.

[1] [Ecclesiastic. ii. 7-13.]

Gradale.

IUstorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Uisi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace.

Gradale.

COnfitebuntur celi mirabilia tua domine. etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas domine ineternum cantabo in generacione et progenie.

Gradale.

CLamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos. et ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus hiis qui tribulato sunt corde. et humiles spiritu saluabit.

Gradale.

ANima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium. ℣. Laqueus contritus et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram.

Gradale.

TImete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono.

Gradale.

ECce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. ℣. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam barbam aaron. ℣. Mandauit dominus benediccionem et uitam

usque in seculum. Alleluya. ℣. Sancti tui domine benedicent te gloriam regni tui dicent. Alleluya. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium. et sicut odor balsami erunt ante te. Alleluya. ℣. Gaudete iusti in domino. rectos decet collaudacio. Alleluya. ℣. Mirabilis dominus noster in sanctis tuis. Alleluya. ℣. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Alleluya. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluya. ℣. Te martirum candidatus laudat excercitus domine. Alleluya. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. et gloriamini omnes recti corde. Alleluya. ℣. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Alleluya. ℣. Uox exultacionis et salutis in tabernaculis iustorum. Alleluya. ℣. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei delectentur in leticia. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent ineternum. Alleluya. ℣. Exultent iusti in conspectu dei et delectentur in leticia.

Tractus.

QUi seminant in lacrimis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem uenient cum exultacione. portantes manipulos suos.

Sequencia.

ECce pulcra canorum resonat uoce alleluya. Intimans requiem ciuium inclitam. Celi qua nimium angelorum rutilant agmina. Sancte. Sancte Sancte christo ouanter proclamancia. Domini/ [fo. 299. uestigia qui secuti sunt ista degentes in terra et post hanc inarcessibilem uitam. Sublimati cathedra apostolorum sancta fulgent collegia tribus et linguas iudicancia. Hii sunt milites qui mundi preliarunt bella. Stolis candidis martirum adornantur colla. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iusta. Uel fide certantes. Respuerunt uana. Modo habent celestia regna. Ubi triumphant dicentes optima. Siue cantant psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi christo submittentes colla. Multum recitaris laude spirituum. Atque iubilaris in choro uirginum. Alleluya. Dulcimode. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit semper christe per omnia. Qui opitularis cantantes talia. Uoce pulcra. Alleluya. Et nos ipsi proclamantes una. Da nobis eterna regna florida. Ubi cantemus omnes alleluya.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Descendens ihesus de monte: stetit in loco campestri et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et iherusalem. et maritima. et tyri. et sydonis qui uenerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur a spiritibus inmundis: curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum seperauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum prop-

ter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et sediciones: nolite terreri. Oportet primum hec fieri: set nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. et terremotus magni erunt per loca. et pestilencie et fames. terrores que de celo et signa magna erunt. Set ante hec omnia inicient uobis manus suas et persequentur: tradentes in syna/go- [fo. 299. b. gas et custodias. trahentes ad reges et presides: propter nomen meum. Continget autem uobis: in testimonium. Ponite ergo in cordibus uestris non premeditari: quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapienciam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum: et capillus de capite uestro non peribit. In paciencia uestra: possidebitis animas uestras.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me: et ego ineeo.[1] Hic fert fructum multum quia sine me nichil potestsi facere. Siquis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet et colligent eum et in[2] mittent et ardet. Si manseritis[3] me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum: quod est ypocrisis. Nichil enim opertum quod non reueletur neque absconditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et que in aure locuti estis in cubilibus: predicabitur in terris. Dico autem uobis amicis meis: ne terreamini ab hiis qui occidunt corpus et post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem uobis: quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis: hunc timete. Nonne quinque passeres ueneunt dipondio: et unus ex illis non est

[1] *Sic.*
[2] ignem: *omitted in MS.*
[3] in: *omitted in MS.*

in obliuione coram deo./ [fo. 300. Set et capilli capitis uestri: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Dico autem uobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus: et filius hominis confitebitur illum: coram angelis dei.

Secundum Marcum.

IN illo tempore: Egrediente ihesu de templo: ait illi unus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides et quales structure? Et respondens ihesus: ait illis. Uides has omnes magnas edificaciones? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum: interogabant eum seperatim petrus et iacobus. et iohannes et andreas. Dic nobis quando ista fient et quod signum erit aduentus tui. et quando hec omnia incipient consummari. Et respondens ihesus cepit dicere illis. Uidete: nequis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum: et seducent multos. Cum autem audieritis bella. et oppiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim fieri: set nondum finis. Exurget autem gens super gentem et regnum [1]super regnum[1] et erunt terremotus per loca et fames. Inicium dolorum hec. Uidete autem: uosmetipsos. Tradent uos in consiliis: et in synagogis uapulabitis. Et ante reges et presides stabitis propter me: in testimonium illis. Et in omnes gentes: primum oportet predi-

[1]—[1] Repeated, but struck out with red line.

cari euuangelium. Et cum duxerint uos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: set quod datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes: set spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et consurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Uidens turbas ihesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi conso-/ [fo. 300. b. labuntur. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos: mencientes propter filium hominis. Gaudete in illa die. et exultate: quoniam merces uestra: multa est in celis.

Secundum matheum.

IN illo tempore Sedente ihesu super montem oliueti: acces-

serunt ad eum discipuli eius secreto dicentes: Dic nobis quando hec erunt et quod signum aduentus tui et consummacionis seculi: Et respondens ihesus: dixit eis. Uidete nequis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones preliorum. Uidete ne turbemini. Oportet enim hec fieri: set nondum est finis. Consurget autem gens in gentem et regnum in regnum: et erunt pestilencie et fames et terremotus per loca. Hec autem omnia: inicia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulacionem et occident uos: et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent. et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducent multos. Et quoniam habundauit iniquitas: refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Eleuatis ihesus oculis: in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum seperauerint et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

MEDIAEVAL S ST. MICHAEL'S

Secundum matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Cum persequentur uos in ciuitate ista: fugite in aliam./ Amen [fo. 301. dico uobis: non consummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius: et seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt: quantomagis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ponite in cordibus uestris non premeditari: quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapienciam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex uobis. Eritis odio omnibus: propter nomen meum. Et capillus de capite uestro: non peribit. In paciencia uestra: possidebitis animas uestras.

[*Secundum Lucam*[1]]

IN illo tempore: Dicebat ihesus turbis phariseorum et principibus iudeorum. Ue uobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini: quod consentitis operibus patrum uestrorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderunt: uos

[1] Omitted in MS.

autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapiencia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos : et ex illis occident et persequentur ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitucione mundi. a generacione ista. A sanguine abel iusti : usque ad sanguinem zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico uobis : requiretur ab hac generacione. Ue uobis legis peritis : quia tulistis clauem sciencie. Ipsi non introistis : et eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret : ceperunt pharisei et legis periti grauiter insistere et os eius opprimere de multis insidiantes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius : ut accusarent illum.

Offertorium.

LEtamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Offertorium.

EXultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultaciones dei in faucibus eorum.

Offertorium.

ANima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Offertorium.

GLoriabuntur in te omnes qui/ diligunt nomen tuum. [fo. 301.b. quoniam tu domine benedices iusto. domine ut scuto bone uoluntatis tue coronasti eos.

Offertorium.

MIrabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit uirtutem

et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluya alleluya.

Offertorium.

COnfitebuntur celi mirabilia tua domine et ueritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya.

Secretum.

SUscipe quesumus domine munera populi tui pro martirum festiuitate sanctorum : et sincero nos corde fac eorum nataliciis interesse. Per.

Communio.

IUstorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. uisi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace.

Communio.

MUltitudo languencium. et qui uexabantur a spiritibus inmundis ueniebant ad eum quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes.

Communio.

ANima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium.

Communio.

AMen dico uobis quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis uenite benedicti patris mei possidere preperatum uobis regnum ab inicio seculi.

Communio.

POsuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas uolatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre. secundum magnitudinem brachii tui posside filios morte punitorum.

Communio.

BEati mundo corde. quoniam ipsi deum deum[1] uidebunt. beati

[1] *Sic* twice.

pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam : quoniam ipsorum est regnum celorum.

Communio.

ET si coram hominibus tormenta passi sunt deus temptauit eos tanquam aurum in fornace probauit eos et quasi holocausta accepit eos.

Communio.

DIco autem uobis amicis meis ne terreamini ab hiis qui uos persequntur.[1]

Communio.

QUod dico uobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis : predicate super tecta.

Communio.

QUicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus.

Communio.

SIgna eos qui in me credent hec sequentur demonia eicient super egros manus imponent et bene habebunt.

In tempore paschali. Communio.

GAudete iusti in domino alleluya rectos decet collaudacio alleluya.

Communio.

EGo sum uitis uera. *ut supra unius martiris.*

Postcommunio.

SAcramentorum tuorum domine participacione letantes. suppliciter exoramus : ut quorum merita celebrare condonas. eorum nos facias unitari constanciam. Per.

[1] *Sic.*

In natali unius confessoris.
Officium.

STatuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum/ ut sit illi sacerdocii dignitas [fo. 302. ineternum. *Ps.* Misericordias domini. Gloria.

Officium.

SAcerdotes tui domine induant iusticiam. et sancti tui exultent propter dauid seruum tuum non auertas faciem christi tui. *Ps.* Memento domine dauid. Gloria.

Aliud officium.

SAcerdotes dei benedicite dominum. sancti et humiles corde laudate deum. *Ps.* Benedicite omnia. Gloria.

Officium.

SAcerdotes eius induant[1] salutari. et sancti eius exultacione exultabunt. *Ps.* Memento domine. Gloria.

Oracio.

DEus qui hodiernam diem sanctissimam nobis in beati .N confessoris tui celebrare concedis : adesto propicius ecclesie tue precibus ut cuius gloriatur meritis muniatur suffragiis. Per.

Leccio libri sapiencie.[2]

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo : et inuentus est iustus. Et in tempore iracundie. factus est reconsiliacio. Non est inuentus similis illi : qui conseruaret legem

[1] *Sic.*
[2] [a cento from Ecclesiasticus.]

excelsi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benediccionem omnium gencium dedit illi: et testamentum suum confirmauit super capud eius. Cognouit eum in benediccionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam etinuenit graciam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: et dedit illi sacerdocium magnum et beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdocio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum: in odorem suauitatis.

Leccio libri sapiencie.[1]

DEdit dominus confessionem sancto suo: et excelso uerbo glorie. De omni corde suo laudauit dominum: et dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potenciam: et stare fecit cantatores ante altare: et in sonos eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebracionibus decus: et ornauit tempora usque ad consummacionem uite. christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit ineternum cornu ipsius. Sapiencia laudabit animam suam: et in domino honorabitur. et in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum: et in conspectu uirtutis illius gloriabitur. Et in medio populi sui laudabitur: et in/ plenitudine sancta [fo. 302. b.

[1] [Ecclesiastic. xlvii. 7–13; xxiv. 1–4.]

admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem dei: et inter benedictos: benedicetur.

Leccio libri sapiencie.[1]

ECce sacerdos magnus qui in uita sua curauit gentem suam: et liberauit illam a perdicione. Qui suffulsit domum: et in diebus suis coroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatem: et adeptus est gloriam in conuersacionem gentis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarum in diebus uerni.[2] Quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne: et quasi uas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pululans et cypressus in altitudinem se tollens in accipiendo illum stolam glorie. Et uestiri eum consummacionem uirtutis: in ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum et ipse stans iuxta aram porrexit manum suam. in libacionem: et libauit odorem diuinum excelso principi. Et iterauit oracionem suam uolens ostendere uirtutem dei: qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam. Ut det nobis iocunditatem cordis et fieri pacem in diebus nostris in israel: per dies sempiternos.

[1] [a cento from Ecclesiastic. l.]
[2] *Sic.*

Leccio epistole beati pauli apostoli. Ad hebreos.

FRatres: Habemus pontificem: qui consedet in dextera sedis magnitudinis in celis. sanctorum minister. et tabernaculum ueri quod fixit deus et non homo. Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur. Unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram: nec esset sacerdos cum essent qui offerent secundum legem munera qui exemplari et umbre deseruiunt celestium. Sicut responsum est moysi. cum consummaret tabernaculum. Uide inquid omnia facito secundum exemplar: quod tibi ostensum est in monte.

Ad hebreos.

FRatres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constitu/itur [fo. 303. in hiis que sunt ad deum: ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit hiis qui ignorant et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum et pro populo. ita eciam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumat sibi sibi[1] honorem set qui uocatur a deo tanquam aaron quemadmodum scriptum est. Tu es sacerdos ineternum: secundum ordinem melchisedech.

Leccio malachie prophete.

HEc dicit dominus. Scitis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum leui: dicit dominus excercituum. Pactum meum fuit cum eo: uite et pacis. Et dedi ei timorem et timuit me. et a facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius: et iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace et in equitate ambulauit mecum: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scienciam. et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini excercituum est.

[1] *Sic*, repeated.

Leccio libri sapiencie.

IUstum deduxit dominus per uias rectas: et ostendit illi regnum dei. et dedit illi scienciam sanctorum. Honestauit illum in laboribus et compleuit labores illius. In fraude circumueniencium illum affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi ut uinceret: et sciret quoniam omnium potencior est sapiencia. Hec uenditum iustum non dereliquid: set a peccatoribus liberauit eum. Descendit que cum illo in foueam: et in uinculis non dereliquid eum. donec afferret illi sceptrum regni et potenciam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculauerunt eum. Et dedit illi claritatem eternam: dominus deus noster.

Leccio libri sapiencie.

OPtaui et datus est michi sensus. Et inuocaui: et uenit in me spiritus sapiencie. Et proposui illam regnis et sedibus et diuicias nichil esse dixi in

comparacione illius. Nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comperacione illius arena est exigua et tanquam lutum estimabitur argentum/ in conspectu [fo. 303. b. illius. Super salutem et speciem dilexi illam. et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen eius. Uenerunt michi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnibus quoniam antecedebat me ista sapiencia: et ignorabam quoniam omnium mater est. Quam sine ficcione didici et sine inuidia communicaui: et honestatem illius non abscondo. Infinitus est enim thesaurus hominibus quo qui usi sunt: principes facti sunt amicicie dei.

Gradale.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi.

Gradale.

INueni dauid seruum meum oleo sancto meo unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei. et brachium meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicis in eo. et filius iniquitatis non nocebit eum.

Gradale.

IUrauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos ineternum secundum ordinem melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis.

Gradale.

SAcerdotes eius induant[1] salutari. et sancti eius exultacione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alleluya. ℣. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo unxi eum. Alleluya. ℣. Disposui testamentum electis meis iuraui dauid seruo meo. Alleluya. ℣. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Alleluya. ℣. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos ineternum secundum ordinem melchisedech. Alleluya. ℣. Amauit eum dominus et ornauit eum stola glorie induit eum.

[1] *Sic.*

Tractus.

BEatus uir qui timet.

Sequencia.

ALma cohors una laudum sonora nunc prome preconia. Alleluya. Quibus en insignis rutilat augustinus ut luna sol que sydera. Meritorum et mirifica radians idem sacra prerogatiua. Hunc nam sophie mistica ornarunt mire dogmata qua fulsit nitida luculenter perampla orbis climata. Uerbi necnon fructifera seuit diuini semina mencium per arua. pellendo quoque cuncta noctis nubila. Hic famina fundens diua utpote celestia ferens in se numina. Sublimauit catholica uehementer culmina. sancta per eloquia. Hiis nempe celsa compos gloria nunc exultat inter letabunda celicolarum ouans contubernia. Sublimis extat sede supera fruens uita semper inexhausta sat per saluberrima christi pascua./ O dignum cuncta [fo. 304. laude precelsa. Presulem tanta nactum gaudia. Uirtutum propter merita quibus uiguit ardens uelud lampada. Nos uoce clara hunc et iocunda. Dantes oremus preces et uota. Qui nobis ferat commoda impetret et eterna poscens premia. Quod petit presens caterua presulum

gemma. Deuota rependens munia mentis sincera. Fauendo sibi precum instancia silicet ut polorum intret limina. Quo nam intra palacia stantes supprema. Leti gratulentur adepti polorum regna. Qui tua presul sistentes hac aula iubilemus ingenti cum leticia. Recinentes dulcia nunc celsa que alleluya.

Secundum Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uigilate quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideoque et uos estote parati: quia [1]qua ho[1] qua hora nescitis filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituet dominus suus super familiam suam ut det illis cibum in tempore? Beatus. ille seruus: quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico uobis: quoniam super omnia bona sua: constituet eum.

Secundum marcum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uidete uigilate: et orate. Nescitis enim: quando tempus sit. Sicut homo qui peregre proficiscens reliquid domum suam et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: et ianitori precepit ut uigilet. Uigilate ergo. Nescitis enim: quando dominus domus ueniat. Sero an media nocte. an gallicantu an mane. Ne cum uenerit repente: inueniat uos dormientes. Quod autem dico: omnibus dico uigilate.

[1]—[1] Struck through with red line.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: quoniam complacuit patri uestro dare uobis regnum. Uendite que possidetis et date elemosinam. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt: thesaurum non deficientem in celis quo fur non appropiat neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus uester est: ibi et cor uestrum erit.

Secundum Lucam.

IN illo. tempore: Dixit ihesus discipulis./ suis. [fo. 304. b. Sint lumbi uestri precincti: et lucerne ardentes in manibus uestris. Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum: quando reuertatur a nupciis. Ut cum uenerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia et si in tercia uigilia uenerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret: uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et uos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis ueniet. Ait autem ei petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? Dixit autem dominus. Quisputas est fidelis dispensator et prudens quem constituet dominus suus super familiam suam ut det

illi in tempore tritici mensuram. Beatus illi seruus: quem cum uenerit dominus inuenierit ita ita[1] facientem. Amen dico uobis: quia supra omnia que possidet: constituet eum.

Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilum ualet ultra: nisi ut foras mittatur et conculcetur ab hominibus. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam. et ponunt eam sub modio set super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra bona. et glorificent patrem uestrum qui in celis est. Nolite putare: quia ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere: set adimplere. Amen quippe dico uobis: donec transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis: et docuerit sic homines. minimus uocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum.

Secundum Lucam./ [fo. 305.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Qui uos audit: me audit. Et qui uos spernit: me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo: cum gaudio di-

[1] *Sic.*

centes. Domine: eciam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Uidebam sathanan: sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones: et supra omnem potestatem inimici: et nichil uobis nocebit. Uerumptamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus uobis subiciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra: scripta sunt in celis.

Secundum Matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens: uocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta: alii autem duo. alii uero unum. Unicuique secundum propriam uirtutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis et lucratus alia quinque. Similiter qui duo acceperat. lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat: abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum et posuit racionem cum eis. Et accedens qui qui[1] quinque talenta acceperat: optulit alia quinque talenta dicens. Domine: quinque talenta tradidisti michi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et

[1] *Sic.*

ait. Domine: duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam. Intra in gaudium: domini tui.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. set super cande/labrum. ut lu- [fo. 305. b. ceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona. et glorificent patrem uestrum: qui in celis est.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Eleuatis ihesus oculis: in discipulos suos dicebat. Beati pauperes spiritu: quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines. et cum seperauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enim merces uestra: multa est in celo.

Offertorium.

INueni dauid seruum meum et in oleo sancto meo unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei. et brachium meum confortabit eum.

Offertorium.

UEritas mea et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Offertorium.

DEsiderium anime eius tribuisti ei domine et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Secretum.

OBlacio quam tibi offerimus domine nos purget ab omni crimine. quo per eius intercessionem sacram recolimus festiuitatem eternam mereamur consequi felicitatem. Per.

Communio.

BEatus seruus quem cum uenerit dominus inuenerit uigilantem. amen dico uobis super omnia bona sua constituet eum.

Communio.

FIdelis seruus et prudens quem constituet dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram.

Communio.

DOmine quinque talenta tradidisti michi ecce alia quinque superlucratus sum. euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. intra in gaudium domini tui.

Communio.

SEmel iuraui in sancto meo si dauid menciar semen eius ineternum manebit et sedes eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta ineternum et testis in celo fidelis.

Postcommunio.

PIgnus eterne deus uite eterne capientes domine humiliter imploramus. ut intercedente be-

ato .N confessore tuo quod in ymagine contingine[1] contingimus sacramenti manifesta participacione sumamus. Per.

Unius confessoris non pontificis oracio.

ADesto domine precibus nostris quas in sancti .N confessoris tui sollempnitate deferimus :/ ut qui nostre [fo. 306. iusticie fiduciam non habemus. eius qui tibi placuit precibus et meritis adiuuemur. Per.

Secretum.

SUscipe quesumus domine hostiam redempcionis humane et intercedente beato .N. confessore tuo salutem nobis et mentis et corporis placatus operare. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus ut cuius festiuitate uotiua sunt sacramenta eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per.

In natali unius confessoris et doctoris. Oracio.

DEus qui beatum .N. confessorem tuum doctorem precipuum catholice fidei predicatorem eligere dignatus es presta quesumus : ut ipso pro nobis intercedente : peccatorum nostrorum mereamur exui malis. et tibi domino sinceris mentibus famulari. Per.

Secretum.

SUscipe domine sacrificium placacionis et laudis quod nos interueniente sancto .N confes-

sore tuo. et perducat ad ueniam et in perpetuam graciarum constituat accionem. Per.

Postcommunio.

SUmentes domine salutaria sacramenta. quesumus ut eius nos tribuas subsequi documenta cuius celebramus gloriosa sollempnia. Per.

In translacione oracio.

DEus qui hunc diem sanctissimum .N. confessoris tui translacione decorasti : fac nos eius meritis in sanctorum tuorum societatem transferri. Per.

Secretum.

IN sancti .N. confessoris tui domine sollempnitate nos hec oblacio pietati tue reddat acceptos ut sicut illum beata retribucio ita nos gracie tue comitetur miseracio. Per.

Postcommunio.

IMpetret quesumus domine fidelibus tuis auxilium tuum oracio sancti N. confessoris tui et celestis percepcio sacramenti ut in cuius sunt celebritate deuoti. fiant eius perpetua societate participes. Per.

In natali unius abbatis officium.

OS iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. *Ps.* Noli emulari.

Aliud.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plan-

[1] Struck out by black line.

tatus in domo domini in atriis domus dei nostri. *Ps.* Bonum est confiteri domino : et psallere. nomen tuum altissime.

Oracio.

DEus qui in sanctorum tuorum meritis semper es mirabilis quesumus clemenciam tuam :/ ut sicut beato .N. con- [fo. 306. b. fessori tuo atque abbati. eminentem gloriam contulisti. sic ad consequendam misericordiam tuam eius nos facias precibus adiuuari. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

IUstus cor suum tradet ad uigilandum diluculo. ad dominum qui fecit illum : et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oracione : et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus uoluerit : spiritu intelligencie replebit illum. Et ipse tanquam ymbres mittet eloquia sapiencie sue : et in oracione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue : et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapienciam eius : et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius : et nomen eius requiretur : a generacione in generacionem.

Leccio libri sapiencie.[2]

BEnediccio domini super capud iusti ideo dedit illi hereditatem et diuisit ei partem in tribubus duodecim et inuenit graciam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in conspectu inimicorum et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum : et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne. Dedit illi precepta et legem uite et discipline : et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentum sempiternum : et circumcinxit eum zona iusticie. Et induit eum dominus : corona glorie.

Leccio libre sapiencie.[1]

DIlectus deo et hominibus : cuius memoria in benediccione est. Similem fecit illum in gloria sanctorum : et magnificauit eum in timore inimicorum : et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum : et unxit illum coram populo suo et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum : et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim uocem ipsius et induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta : et legem uite : et discipline.

Gradale.

DOmine preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam peciit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi./ [fo. 307.

Gradale.

IUstus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. ℣. Ad

[1] [Ecclesiastic. xxxix. 6–14.]
[2] [Ecclesiastic. xliv. 26, 27 ; xlv. 2–6, 8–9.]

[1] [Ecclesiastic. xlv. 1–6.]

annunciandum mane misericordiam tuam et ueritatem tuam per noctem.

Gradale.

OS iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius. et non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. ℣. Iustus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dominum. Alleluya. ℣. Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Alleluya. ℣. Disposui testamentum electis meis : iuraui dauid seruo meo.

In tempore paschali.

ALleluya. ℣. Hic in oracione confitebitur domino et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue. Alleluya. ℣. Os iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium.

Sequencia.

ORganicis canamus modulis nunc benedicti sollempnia. Omnigenis domino uocibus reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis multiplici uirtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nam et in ipsis quasi quibusdam musicis instrumentis digitos proprios fides agitat fides uirtutum sonora. Has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis dyatesseron mellifluam melodiam. Quam generat mater uirtutum illa. Que aliis decenter composita reddit suauem symphoniam. Qua sine cuncta. Fiunt dissona. Necnon et friuola. Qua cum omnia. Fiunt consona. Necnon utilia. Qua iusti bene. Morati rite. Petentes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica in cythara treicia. Quorum agentes festa consorcium mereamur in celesti patria.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque sub modio set super candelabrum : ut qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui : est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex : totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit : eciam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est : tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris : illuminabit te.

Secundum matheum.

IN illo tempore : Dixit simon petrus ad ihesum. Ecce nos reliquimus omnia : et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Ihesus autem dixit eis. Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me. in regeneracione cum sederit filius/ hominis [fo. 307. b. in sede magestatis sue sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores. aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter nomen meum. centuplum accipiet et uitam eternam possidebit.

Euuangelium.

UOs estis lux mundi.

Secretum.

BEati .N confessoris tui atque abbatis precibus hec tibi domine grata reddatur oblacio. et

per eam nostrum purifica famulatum. Per.

Postcommunio.

QUos donis celestibus domine saciasti sancti confessoris tui atque abbatis attolle presidiis: ut a noxiis omnibus expediti. post salutaria tua toto corde curramus. Per.

In natali plurimorum confessorum officium.

SAcerdotes eius.

Oracio.

MAgnificantes domine clemenciam tuam suppliciter exoramus: ut qui nos sanctorum confessorum tuorum N. et .N. facis nataliciis interesse: perpetuis tribuas gaudere suffragiis. Per.

Ad hebreos.

FRatres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: iccirco quod morte prohiberentur permanere. Ihesus autem eo quod maneat ineternum: sempiternum habet sacerdocium. Unde et saluare imperpetuum potest accedens per semetipsum ad deum: semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus innocens impollutus segregatus a peccatoribus et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis dilectis[1] hostias offerre. deinde pro populo. Hoc enim fecit semel seipsum offerendo: dominus noster ihesus christus.

[1] *Sic.*

Gradale.

SAcerdotes eius. ℣. Illuc producam. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti. Alleluya. ℣. Exultent iusti. Alleluya. ℣. Iusti epulentur. *Require in serie unius apostoli.*

Euuangelium.

MIsit ihesus duodecim discipulos suos.

Offertorium.

EXultabunt sancti.

Secretum.

DA nobis domine quesumus pure deuocionis affectum. et intercedentibus sanctis tuis. eciam nostra munera propicius intuere. Per.

Communio.

EGo uos elegi.

Postcommunio.

ADesto domine populo tuo: ut que sumpsit fideliter intercessione beatorum confessorum tuorum .N. et .N mente et corpore sibi profutura conseruet. Per.

In natali unius uirginis. Officium./ [fo. 308.

GAudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore .N. uirginis de cuius sollempnitate gaudent angeli et collaudant filium dei. *Ps.* Eructauit. *Ps.*[1] Inmaculatus dominus inmaculatam sibi famulam in hoc fragili corpore positam misericorditer consecrauit. Gloria.

[1] *Sic.*

Officium.

LOquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. *Ps.* Beati inmaculati.

Aliud.

ME expectauerunt peccatores ut perderent me testimonia tua domine intellexi omnis consummacionis uidi finem latum mandatum tuum nimis. *Ps.* Beati inmaculati. Gloria.

Aliud.

UUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducentur regi uirgines post eam proxime eius adducentur tibi in leticia et exultacione. *Ps.* Eructauit cor meum. Gloria.

Aliud.

COgnoui domine quia equitas iudicia tua et in ueritate tua humiliasti me confige timore tuo carnes meas a mandatis tuis non me repellas. *Ps.* Beati inmaculati. Gloria.

Aliud.

DIlexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. *Ps.* Eructauit cor meum. Gloria.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus auctor uirtutis et amator uirginitatis. da nobis quesumus sancte N. uirginis tue et martiris placitis tibi meritis commendari: cuius uita merito castitatis tibi complacuit. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

COnfitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es michi et liberasti corpus meum a perdicione. A laqueo lingue inique: et a labiis operancium mendacium. Et in conspectu persequencium factus es michi adiutor: et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. de manibus querencium animam meam et de multis tribulacionibus et a pressura flamme que circumdedit me et in medio ignis non sum estuata. De altitudine uentris inferi et a lingua coinquinata et a uerbo mendacii. A rege iniquo: et lingua iniusta liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis sustinentes te. Et liberas eos de manibus angustie: domine deus meus.

Leccio libri sapiencie.[2]

DOmine deus meus exal/tasti super terram habi-[fo. 308. b. tacionem meam: et pro morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei ut non derelinquat me in die tribulacionis mee et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo illud in confessione et exaudita est oracio mea. Liberasti me de perdicione: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi[3] et laudem dicam nomini tuo: domine deus meus.

[1] [Ecclesiastic. li. 1–9, 12.]
[2] [Ecclesiastic. li. 13–17.]
[3] Struck out with black line.

Leccio libri sapiencie.

SApiencia uincit maliciam attingit ergo a fine usque ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuentute mea. et quesiui sponsam michi eam[1] assumere: et amator factus sum forme illius. Generositatem glorificat contubernium habens dei set et omnium dominus dilexit illam. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operum illius.

Ad corinthios.

FRatres: Qui gloriatur: in domino: glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est; set quem deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipiencie mee set et supportate me. Emulor enim uos: dei emulacione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam: exhibere christo.

Leccio libri sapiencie.

O Quam pulcra est casta generacio cum claritate. Inmortalis est enim memoria illius: quoniam et apud deum nota est et apud homines. Cum presens est imitantur illam: et desiderant eam cum seduxerit et imperpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum premium uincens.

Unius uirginis non martiris.
Ad Corinthios.

FRatres: De uirginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a do-

[1] am *repeated and struck out.*

mino. ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter presentem necessitatem quoniam bonum est homini sic esse. Hoc itaque dico fratres: tempus breue est. Reliquum est ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint. et qui flent tanquam non flentes. et qui gaudent tanquam non gaudentes et qui emunt tanquam non possidentes. et qui utuntur hoc mundo: tanquam non utantur. Preterit enim figura/ huius [fo. 309. mundi. Uolo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est. sollicitus est que domini sunt. quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et diuisus est. Et mulier innupta et uirgo: cogitat que domini sunt. ut sit sancta: et corpore et spiritu.

Leccio libri sapiencie.[1]

AUdite me diuini fructus et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi libanus odorem suauitatis habete. florete flores quasi lilium date odorem. Et frondete in graciam et collaudate canticum. et benedicite dominum in operibus suis. Date magnificenciam nomini eius et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum. in canticis labiorum et cytharis et sic dicetis in confessione opera domini uniuersa bona ualde. Benediccio illius quasi fluuius inundabit et nunc in omni corde et ore collaudate et benedicite nomini eius. Ipse enim omni-

[1] [Ecclesiastic. xxxix. 17–22, 27, 41; xliii. 30, 31, 33.]

potens super omnia opera sua terribilis dominus et magnus uehementer et mirabilis potencia ipsius. Benedicentes dominum exaltate illum quantum potestis: maior est enim omni laude.

Leccio libri sapiencie.[1]

GAudens gaudebo in domino: et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me uestimento salutis et indumento leticie circumdedit me. Quasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum: et sicut ortus semen suum. germinat: sic dominus deus germinabit iusticiam et laudem coram uniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cum uirgine: et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam: et gaudebit super te deus tuus. Dicit dominus omnipotens.

Gradale.

SPecie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Propter ueritatem et mansuetudinem. et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua.

Gradale.

PRopter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.

Gradale.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. ℣. Propter ueritatem et mansuetudinem.

[1] [Isaiae lxi. 10, 11; lxii. 5.]

Gradale.

ADiuuabit eam deus uultu suo deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat/ ciuitatem dei [fo. 309. b. sanctificauit tabernaculum suum altissimus. ℣. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.

Gradale.

SPecie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Diffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Alleluya. ℣. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. Alleluya. ℣. Adducentur regi uirgines post eam proxime eius adducentur tibi in leticia. Alleluya. ℣. Quinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam christo domino. Alleluya. ℣. Ueni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. ℣. Emulor enim uos dei emulacione despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo.

Tractus.

QUi seminant.

Sequencia.

UIrginis uenerande de numero sapientum festa celebremus socii. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii. Hec luxuriam secuit ense asmonie. Hec contra cunctos mortis dimicauit impetus. Et hostem cruentum freta

christi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Tute iam dulcibus plena deliciis. Christo miserias nostras suggerito. Nobis consolacionem precando.

Matheum.

IN illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnorum celorum decem uirginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Set quinque fatue: acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitauerunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostre extinguntur. Responderunt prudentes dicentes. Neforte non sufficiat nobis et uobis: ite pocius ad uendentes et emite uobis. Dum/ autem irent emere: [fo. 310. uenit sponsus. Et que parate erant: intrauerunt cum eo ad nupcias. et clausa est ianua. Nouissime uero: ueniunt et relique uirgines dicentes. Domine domine: aperi nobis. Et ille respondens ait. Amen dico uobis: nescio uos. Uigilate itaque quia nescitis diem: neque horam.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Loquente ihesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dicit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ille respondens. dicenti sibi ait. Que est mater mea. et qui sunt fratres mei? Et extendens manum: in discipulos suos dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater: et soror et mater est.

Secundum matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus ihesus[1] discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita: abiit et uendidit omnia que habuit: et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa sua malos autem foras miserunt. Sic erit in consummacione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor gencium.[2] Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Eciam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno

[1] *Sic* twice. [2] *Sic.*

celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo : noua et uetera.

Secundum marcum.[1]

IN illo tempore : Uenerunt ad ihesum mater et fratres eius : et non poterant adire eum pre turba. Et nunciatum est illi. Mater tua et fratres tui stant foris : uolentes te uidere. Qui respondens: dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hii sunt. qui uerbum dei audiunt et/ [fo. 310. b. faciunt.

Offertorium.

OFferentur regi uirgines post eam proxime eius offerentur tibi.

Offertorium.

OFferentur regi uirgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultacione adducentur in templum regi domino.

Offertorium.

FIlie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

OFferimus domine preces et munera in honore sancte .N uirginis tue et martiris gaudentes presta quesumus : ut et conuenienter hec agere. et remedium sempiternum ualeamus. adquirere. Per.

Communio.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum.

[Luc. viii. 19 21.]

Communio.

QUinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam christo domino.

Communio.

SImile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta una preciosa margarita dedit omnia sua et comperauit eam.

Communio.

FEci iudicium et iusticiam domine non calumpniantur michi superbi. ad omnia mandata tua dirigebar omnem uiam iniquitatis odio habui.

Communio.

PRincipes persecuti sunt me gratis et a uerbis tuis formidauit cor meum letabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa concupiuit anima mea testimonia tua domine et dilexit ea uehementer.

Communio.

COnfundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me ego autem in mandatis tuis excercebor in tuis iustificacionibus ut non confundar.

Communio.

QUi me. dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco deum uiuum.

Communio.

QUicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus.

Postcommunio.

SAcri altaris participacione refecti tuam domine misericordiam suppliciter exoramus ut qui hec in beate .N uirginis et martiris tue ueneracione percepimus eius nosconfoueri suffragiis senciamus. Per.

Unius uirginis non martiris.
Officium.

DIlexisti.

Oracio.

DEus qui nos hodie beate .N. uirginis tue annua sollempnitate letificas: concede propicius. ut eius adiuuemur meritis. cuius castitatis irradiamur exemplis. Per.

Epistola.

QUi gloriatur.

Gradale.

DIffusa est. ℣. Propter ueritatem. Alleluya. ℣./ [fo. 311. Quinque prudentes.

Tractus.

QUi seminant.

Euuangelium

SImile est regnum celorum thesauro.

Offertorium.

FIlie regum.

Secretum.

MUnera tibi domine dicanda meritis beate .N. uirginis tue placatus intende et eius salutari deprecacione nosmetip sos sanctificare dignare. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

SUpplices te rogamus omnipotens deus ut qui percepimus celestis mense substanciam. intercedente beata .N. uirgine tua ad uitam perueniamus eternam. Per.

In natali plurimarum uirginum officium.

UUltum tuum.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui ydoneos nos esse non perpendis ad magestatem tuam sicut dignum est exorandam fac sanctas uirgines tuas pro nostris interuenire peccatis: quarum meritis indulgenciam largiaris. Per.

Epistola.

DE uirginibus.

Gradale.

ANima nostra. ℣. Laqueus. Alleluya. ℣. Adducentur.

Euuangelium

SImile est regnum celorum decem.

Offertorium.

OFferentur.

Secretum.

INtercedentibus sanctis uirginibus tuis domine plebis tue munus sanctifica ut ab omnibus

noxiis expedita et hic et ineternum cuncta sibi profutura percipiant. Per.

Communio.

QUinque prudentes.

Postcommunio.

REspice domine propicius plebem tuam et quam diuinis tribuis participare sacramentis sanctarum uirginum tuarum meritis ab omnibus absolue peccatis. Per.

Unius Matrone officium.

DIlexisti.

Oracio.

QUesumus omnipotens deus ut nobis beate .N ueneranda festiuitas salutis prestet incrementum: cuius admiranda uita salutis prebet exemplum. Per.

Epistola.

GAudens gaudebo.

Gradale.

PRopter ueritatem. Alleluya. ℣. Diffusa est.

Euuangelium.

UEnerunt ad ihesum mater.

Offertorium.

DIffusa est.

Secretum.

ANnue quesumus omnipotens deus ut sacrificia pro sancte .N. festiuitate oblata desiderium nos temporale doceant habere contemptum. et

ambire dona faciant celestium gaudiorum. Per.

Communio.

SImile est regnum celorum.

Postcommunio.

SUmptis sacramentis domine quesumus nutriatur in nobis sancte deuocionis affectus. et beate .N. meritis et exemplis augeatur. Per./ [fo. 311. b.

In commemoracione sancte Trinitatis officium.

BEnedicta sit sancta trinitas atque indiuisa unitas confitebimur ei. quia fecit nobiscum misericordiam suam. *Ps.*[1] Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione uere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere. et in potencia magestatis adorare unitatem: quesumus ut eiusdem fidei firmitate. ab omnibus semper muniamur aduersis. Per.

Ad corinthios.

FRatres: Gaudete: perfecti estote. Exhortamini: idem sapite. Pacem habete: et deus dileccionis et pacis erit uobiscum. Et gracia domini nostri ihesu christi et caritas dei et communicacio sancti spiritus sit semper cum omnibus uobis.

Gradale.

BEnedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super

[1] *Sic.*

INSTITUTE OF MEDIAEVAL ST... ST. MICHAEL'S

cherubyn. ℣. Benedictus es in firmamento celi et laudabilis et gloriosus in secula. Alleluya. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Cum uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritus ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis: quia ab inicio mecum estis. Hec locutus sum uobis: ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Set uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis: quia non nouerunt patrem neque me. Set hec locutus sum uobis: ut cum uenerit hora eorum reminiscamini: quia ego dixi uobis.

Offertorium.

BEnedictus sit deus pater unigenitus que dei filius sanctus quoque spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Secretum.

SAnctifica quesumus domine deus per tui sancti nominis inuocacionem huius oblacionis hostiam. et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui uiuis.

Prefacio.

QUi cum unigenito.

Communio.

BEnedicite deum celi et coram omnibus uiuentibus confitemini

ei quia fecit uobiscum misericordiam suam.

Postcommunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti./ [fo. 312. suscepcio. et sempiterne sancte trinitatis eiusdem que indiuidue unitatis confessio. In qua uiuis.

Commemoracio de sancto spiritu.
Officium.

SPiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya. et hoc quod continet omnia scienciam habet uocis alleluya. alleluya alleluya. *Ps.* Exurgat deus et dissipentur.

Oracio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustracione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere. et de eius semper consolacione gaudere. Per. In unitate eiusdem.

Alia oracio.

DEus cui omne cor patet et omnis uoluntas loquitur et quem nullum latet secretum. purifica per infusionem sancti spiritus cogitaciones cordis nostri. ut perfecte te diligere et digne laudare mereamur. Per dominum. In unitate eiusdem.

Ad corintheos.

FRatres: Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapiencie: alii autem sermo sciencie secundum eundem spiritum. Alteri fides: in eodem spiritu. Alii

1113

gracia sanitatum: in uno spiritu. Alii operacio uirtutum. alii prophecia. alii discrecio spirituum. Alii genera linguarum: alii interpretacio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus: diuidens singulis prout uult.

Gradale.

BEata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Alleluya. ℣. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium. et tui amoris in eis ignem accende. Alleluya. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre.

Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit uobis ut maneat uobiscum ineternum. Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere: quia non non[1] uidit eum nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum quia apud uos manebit: et in uobis erit.

Offertorium.

EMitte spiritum tuum et creabuntur. et renouabis faciem terre sit gloria domini in secula alleluya.

Secretum.

MUnera domine quesumus oblata sanctifica. et corda nostra sancti spiritus illustracione emunda. Per dominum. In unitate eiusdem./ [fo. 312. b.

[1] *Sic.*

1114

Aliud secretum.

HEc oblacio domine deus cordis nostri maculas emundet. et sancti spiritus digna efficiatur habitacio. Per dominum. In unitate eiusdem.

Communio.

SPiritus sanctus docebit uos alleluya quecumque dixero uobis alleluya alleluya.

Postcommunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio et. sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. In unitate eiusdem.

Alia postcommunio.

SAcrificium salutis nostre sumentes concede quesumus domine deus purificatis mentibus sepius tue pietatis frequentate misterium. Per.

Feria sexta. de sancta cruce officium.

NOs autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu christi. in quo est salus uita et resurreccio nostra per quam saluati et liberati sumus. Per. *Ps.* Deus misereatur nostri. ℣. Gloria patri

Oracio.

DEus qui unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi precioso sanguine uiuifice crucis uexillum sanctificari uoluisti: concede quesumus. eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore. tua quoque ubique proteccione gaudere. Per eundem.

Alia oracio in resurreccione domini.

DEus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti. ut inimici a nobis expelleres potestatem : concede nobis famulis tuis. ut resurreccionis graciam consequamur. Per eundem.

Ad philippenses.

FRatres : Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem : mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium. terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus christus : in gloria est dei patris.

Gradale.

CHristus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera. que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

In tempore paschali.

ALleluya. ℣. Surrexit christus iam non moritur mors illi ultra non dominabitur.

Matheum.

IN illo tempore : Ascendens ihesus iherosolimam assumpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce as-

cendimus iherosolimam : et filius hominis tradetur principibus sacerdotum/ et [fo. 313. scribis : et condempnabunt eum. morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum. et flagellandum. et crucifigendum. Et tercia die resurget.

Offertorium.

PRotege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium ut tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluya.

Secretum.

HEc oblacio domine quesumus ab omnibus nos purget offensis. que in ara crucis immolata eciam tocius mundi tulit offensam. Per.

Aliud secretum.

DEus qui per crucem et sanguinem domini nostri ihesu christi filii tui dedisti pacem hominibus. et celestium collegium angelorum da nobis tue pacis uberitate repleri. et angelice societatis unitate letari. Per. eundem.

Prefacio.

QUi salutem humani.

Communio.

PEr lignum serui facti sumus. et per sanctam crucem liberati sumus fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluya.

Postcommunio.

REfecti cibo potuque celesti quesumus omnipotens deus.

ut ab hostium defendas formidine: quos redemisti precioso sanguine filii tui domini nostri ihesu christi. Per eundem.

Alia postcommunio.

DEus cuius filius per tropheum crucis mundum redimere dignatus es. concede propicius: ut qui redempcione nostra letamur: eternis gaudiis te donante perfrui mereamur. Per eundem.

Feria secunda. De angelis officium.

ADorate deum omnes angeli eius audiuit et letata est syon. et exultauerunt filie iude. *Ps.* Dominus regnauit exultet terra. Gloria patri.

Oracio.

PErpetuum nobis domine tue miseracionis presta subsidium: quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Per.

Leccio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis: Dixit michi angelus. Scribe: Beati qui ad cenam nupciarum agni uocati sunt. Et dixit michi. Hec uerba: uerba dei sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dixit michi. Uide ne feceris. Conseruus tuus ego sum et fratrum tuorum habencium testimonium ihesu. Deum: adora.

Gradale.

ANgelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis

tuis. ℣. In manibus portabunt te neumquam offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluya. ℣. Laudate deum omnes angeli eius. laudate eum omnes uirtutes eius.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Erat dies festus/ iudeorum: et [fo. 313. b ascendit ihesus iherosolimam. Est autem iherosolimis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In hiis iacebat multitudo magna languencium. cecorum. claudorum. arridorum. expectancium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post mocionem aque: sanus fiebat: a quacumque detinebatur infirmitate.

Offertorium.

IMmittit angelus domini in circuitu timencium eum et eripiet eos gustate et uidete quam suauis est dominus.

Secretum.

HOstias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes. ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio. et placatus accipias. et ad salutem nostram prouenire concedas. Per.

Communio.

DIco uobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente.

Postcommunio.

REpleti domine benediccione celesti suppliciter implora-

mus ut quod fragili celebramus officio. sanctorum angelorum atque archangelorum nobis prodesse senciamus auxilio. Per.

Per totum aduentum usque ad festum natalis domini.
De sancta maria. Officium.

ROrate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet ·saluatorem. *Ps.*[1] Et iusticia oriatur simul : ego dominus creaui eum. Gloria patri.

Oracio.

DEus qui de beate marie uirginis utero uerbum tuum angelo nunciante carnem suscipere uoluisti : presta supplicibus tuis : ut qui uere eam dei genitricem credimus. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Leccio ysaye prophete.

HEc dicit dominus deus. Egredietur uirga de radice iesse : et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapiencie et intellectus. spiritus consilii et fortitudinis. spiritus sciencie et pietatis. et replebit eum spiritus domoris[1] domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit : neque secundum aurium arguet. set iudicabit in iusticia pauperes : et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percuciet terram uirga oris sui : et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum eius : et fides cinctorium renum eius.

[1] *Sic.*

Gradale./ [fo. 314.

IN sole posuit tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius. Alleluya. ℣. Aue maria gracia plena domin us tecum. benedicta tu in mulieribus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid : et nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gracia plena : dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset : turbata est in sermone eius : et cogitabat qualis esset ista salutacio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria : inuenisti enim graciam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium : et uocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus : et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius. et regnabit in domo iacob ineternum. et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quia uirum non cognosco : Et respondens angelus : dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te : et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum : uocabitur filius dei. Et ecce elizabet cognata tua : et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis : quia non erit impossibile apud deum omne

uerbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. Fiat michi: secundum uerbum tuum.

Offertorium.

AUe maria gracia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

Secretum.

DEus qui filium tuum pro nostra salute de sancta maria uirgine incarnatum in hunc mundum misisti: quesumus ut huius oblacionis misterium quod pro ipsius incarnacionis sacramento tue magestati est oblatum. perpetue salutis nobis tribuat gaudium. Per. eundem.

Prefacio.

ET te in ueneracione.

Communio.

ECce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius emanuel.

Postcommunio.

SUmptum quesumus domine tue gracie sacramentum sanctissima unigeniti tui genitrix uirgo maria nobis ad eterne redempcionis prouenire optineat remedium. Per eundem./

[fo. 314. b.

Commemoracio de sancta maria a festo natalis domini usque ad purificacionem. Officium.

SAlue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. ℣. Quia concupiuit rex speciem tuam. quoniam in se est dominus deus tuus.

Oracio.

DEus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere senciamus: per quam meruimus auctorem uite suscipere. dominum nostrum ihesum christum filium tuum.

Ad galathas.

FRatres: Cum essemus paruuli: sub elementis huius mundi eramus seruientes. At ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret ut adopcionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater. Itaque: iam non es seruus set filius. Quod si filius: et heres per deum.

Gradale.

BEnedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta est mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo. Alleluya. ℣. Per te dei genitrix nobis est uita perdita data que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem.

Secundum lucam.

IN illo tempore: Erant ioseph et maria mater ihesu mirantes super hiis que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum in

israel : et in signum cui contra dicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius : ut reuelentur ex multis cordibus cogitaciones.

Secundum lucam.

IN illo tempore : Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus usque bethleem : et uideamus hoc uerbum quod factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et uenerunt festinantes : et inuenerunt mariam et iosep et infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt et de hiis que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem consueruabat omnia uerba hec : comferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant/ et uide- [fo. 315. rant : sicut dictum est ad illos.

Secundum matheum.

IN illo tempore : Factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero habebit et pariet filium : et uocabunt nomen eius emanuel. Quod est interpretatum nobiscum deus. Exurgens autem ioseph a sompno : fecit sicut precepit ei angelus domini. Et accepit coniugem suam et non cognoscebat eam. donec peperit filium suum. Et uocauit nomen eius ihesum.

Offertorium.

FElix namque es sacra uirgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

Secretum.

OBlatis domine muneribus suppliciter deprecamur. ut qui ueram uerbi tui incarnacionem fideliter ueneramur ueram eiusdem carnis ac sanguinis quam per spiritum sanctum uirgo mater edidit substanciam in hoc presenti misterio salubriter percipiamus. Per. In unitate eiusdem.

Prefacio.

QUia per incarnati.

Communio.

BEata uiscera marie uirginis que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

UEram uerbi tui omnipotens pater suscipientes ex integra uirgine incarnacionem. presta quesumus : ut pro nostra interuentrix existat fragilitate que nobis eundem peperit deum et hominem ihesum christum filium tuum. Qui tecum.

De sancta maria in paschali tempore officium. Salue sancta *et termnetur*[1] *usque ad festum sancte Trinitatis cum.* Alleluya.

Oracio.

GRaciam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde. ut qui angelo nunciante christi filii tui incarnacionem cognouimus per passionem eius et crucem ad resurreccionis

[1] *Sic.*

gloriam perducamur. Per eundem.

Leccio libri sapiencie.[1]

EGo quasi uitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructum honoris et honestatis. Ego mater pulchre dileccionis et timoris: et magnitudinis et sancte spei. In me omnis gracia uite et ueritatis: in me omnis spes uite et uirtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generacionibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generacione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sicient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt./ Et [fo. 315. b. qui elucidant me: uitam eternam habebunt.

Per totam resurreccionem erit primum.

ALleluya. ℣. Post partum uirgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Alleluya. ℣. Per te dei genitrix.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Stabant iuxta crucem ihesu mater eius. et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum uidisset ergo ihesus matrem et discipulum quem diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eum[2] discipulus in sua.

[1] [Ecclesiastici xxiv. 23–3~~2~~.]
[2] *Sic: for* eam.

Offertorium.

FElix namque.

Secretum.

ACcepta tibi sit quesumus domine hec oblacio plebis tue quam offerimus ob incarnacionem passionem simul et resurreccionem redemptoris nostri ihesu christi te supplices deprecantes ut beate uirginis marie genitricis sue intercessione placatus eam digneris accipere. Per eundem.

Communio.

BEata uiscera. *et finiatur cum.* alleluya.

Postcommunio.

BEate et gloriose dei genitricis semperque uirginis marie intercessionibus quesumus omnipotens deus: ut per huius uirtutem sacramenti quod sumpsimus in resurreccionis gloria mereamur stola beate inmortalitatis uestiri. Per. eundem.

De sancta maria a festo purificacionis usque ad pascha. et a festo sancte Trinitatis usque ad aduentum domini. Officium.

SAlue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. *Ps.* Quia concupiuit rex speciem tuam: quoniam in se est dominus deus tuus.

In commemoracionibus sine nota.

Ps.[1] Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui.

[1] *Sic.*

Oracio.

COncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beate marie semper uirginis intercessione a presenti liberari tristicia. et eterna perfrui leticia. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

AB inicio et ante secula creata sum : et usque ad futurum seculum non desinam et in habitacione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum : et in ciuitate sanctificata similiter requieui. et in iherusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato : et in partes dei mei hereditas illius. Et in plentitudine sanctorum detencio mea.

Leccio ezechielis prophete.

IN diebus illis. Conuerti me ad uiam porte/ sanctuarii [fo. 316. exterioris que respiciebat ad orientem : et erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clausa erit et non aperietur et uir non transibit per eam : quoniam dominus deus israel ingressus est per eam eritque clausa. Princeps ipse sedebit in ea : ut comedat panem coram domino. Per uiam uestibuli porte ingredietur : et per uiam eius : egredietur.

Gradale.

BEnedicta et uenerabilis es uirgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo. Alleluya. ℣. Post partum uirgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Alleluya. ℣. Per te dei genitrix nobis est uita perdita data que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem.

Tractus.

GAude maria uirgo cunctas hereses sola interemisti. ℣. Que gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dum uirgo deum et hominem genuisti et post partum uirgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Factum est cum loqueretur ihesus ad turbas : extollens uocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit et ubera que suxisti. At ille dixit. Quinnimo. Beati qui audiunt uerbum dei : et custodiunt illud.

Euangelium.

STabant iuxta crucem ihesu. *Require ut supra.*

Offertorium.

FElix namque es sacra uirgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus.

Offertorium.

DIffusa est gracia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum et in seculum seculi.

Secretum.

TUa domine propiciacione et beate dei genitricis semper que uirginis marie intercessione

[1] [Ecclesiastic. xxiv. 14–17.]

ad perpetuam atque presentem hec oblacio nobis proficiat prosperitatem et pacem. et iram tue indignacionis quam iuste meremur propiciatus auerte. Per.

Prefacio.

ET te in ueneracione.

Communio.

BEata uiscera marie uirginis que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis nostre subsidiis da quesumus beate dei genitricis semper que uirginis marie patrociniis nos ubique protegi in cuius ueneracione hec tue optulimus magestati. Per eundem.

De apostolis petro et paulo officium.

MIchi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. *Ps.* Domine probasti.

Oracio.

DEus cuius dextera beatum petrum ambulantem in/ fluctibus ne mergere- [fo. 316. b. tur erexit. et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius et concede. ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Qui uiuis.

Ad ephesios.

FRatres: Iam non estis hospites et aduene; set estis ciues sanctorum et domestici dei super edificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo. angulari lapide christo ihesu. In quo omnis edificacio constructa: crescit in templum sanctum in domino. In quo et uos coedificamini in habitaculum dei: in spiritu sancto.

Gradale.

NImis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Alleluya. ℣. Non uos me elegistis set ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. Alleluya. ℣. Per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.

Secundum iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dileccionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis set ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. Et quodcumque pecieritis patrem in nomine meo: det uobis.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me

non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis: propter sermonem quem ego[1] locutus sum uobis. Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut/ palmes [fo. 317. et arescet: et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis: et fiet uobis.

Offertorium.

IN omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

Secretum.

OFferimus tibi domine preces et munera. que ut tuo sint digna conspectu apostolorum tuorum petri et pauli quesumus precibus adiuuemur. Per.

Prefacio.

ET te domine suppliciter.

Communio.

EGo uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat.

Postcommunio.

DIuini quesumus domine percepcio sacramenti. beatorum

[1] Struck out with red line.

apostolorum tuorum petri et pauli supplicacionibus nos ab uniuersis tueatur aduersitatibus ut quos habuimus in fide doctores: in omni senciamus necessitate pios adiutores. Per.

Commemoracio de sancto Petro.
Oracio.

FAmiliam tuam domine propicius respice. et intercedente beato petro apostolo tuo a cunctis eam aduersitatibus defende. Per.

Secretum.

MUnera familie tue domine propicius respice. et intercedente beato petro a cunctis eam. aduersitatibus defende. Per.

Postcommunio.

QUesumus domine ut per hec sacrosancta misteria et intercedente beato petro apostolo tuo. familiam tuam ab omni aduersitate protegas. Per.

In commemoracione sancti thome.
Officium.

LEtabitur iustus in domino et sperabit in eo. et laudabuntur omnes recti corde. *Ps.* Exaudi deus oracionem meam cum deprecor.

Oracio.

DEus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex thomas gladiis impiorum occubuit presta quesumus: ut omnes qui eius implorant auxilium peticionis sue salutarem consequantur effectum. Per.

1133

Leccio libri sapiencie.[1]

DIlectus deo et hominibus: cuius memoria in benediccione est. Similem fecit illum in gloria sanctorum. et magnificauit eum in timore inimicorum: et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: et unxit illum coram populo suo. et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim uocem ipsius: et induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem uite: et discipline.

Gradale.

POsuisti domine super capud/ eius coronam de [fo. 317. b. lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei. et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluya. ℣. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor. animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oues proprie. uidit lupum uenientem et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est. et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem et animam

[1] [Ecclesiastic. xlv. 1–6.]

1134

meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. et illas oportet me adducere: et uocem meam audient. Et fiet unum ouile: et unus pastor.

Offertorium.

POsuisti domine super capud eius coronam de lapide precioso.

Secretum.

SAlutaris hostie munus sacrandum quesumus domine beatus thomas pontifex et martir nobis ad salutem fore deposcat ut et conuersacionis eius experiamur insignia. et intercessionis eius percipiamus suffragia. Per.

Communio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine.

Postcommunio.

ADiuuet nos quesumus omnipotens et misericors deus per hec sancta que sumpsimus beati thome martiris tui atque pontificis intercessio ueneranda. qui pro tui nominis honore glorioso meruit coronari martirio. Per.

Commemoracio de sancto eduuardo officium.

OS iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. *Ps.* Noli emulari.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui donasti beatissimo regi eduuardo gloriam terrene potes-

tatis in diuinum conuertere amorem. tribue nobis quesumus. ex eius imitacione pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Leccio libri sapiencie.[1]

BEnediccio domini super capud iusti ideo dedit illi hereditatem et diuisit ei partem in tribubus duodecim et inuenit graciam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit./ eum in conspectu inimic- [fo. 318. orum et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Dedit illi precepta et legem uite et discipline: et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentum sempiternum: et circumcinxit eum zona iusticie. Et induit eum dominus: corona glorie.

Gradale.

DOmine preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam peciit a te tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Iustus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dominum.

In tempore paschali. ℣. Posuisti.

Lucam.

IN illo tempore: Facta est contencio inter discipulos ihesu: quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gencium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Uos autem non sic. Set qui maior est in uobis fiat sicut iunior: et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum: sicut qui ministrat. Uos autem estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit michi pater meus regnum: ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel.

Offertorium.

POsuisti. *ut supra in commemoracione precedente.*

Secretum.

SAcrificii presentis oblacionem quesumus domine beati regis eduuardi nos pia commendet intercessio. ut in cuius ueneracione suscipitur. ipso interueniente ad gaudia eterna suscipi mereamur. Per.

Communio.

MAgna est.

Postcommunio.

PIgnus perpetue salutis sumentes. clemenciam tuam omnipotens deus imploramus. ut beato rege eduuardo confessore tuo interueniente celestis uite premia consequi mereamur. Per

[1] [Proverb. x. 6. Ecclesiastic. xliv. 25, 26; xlv. 2–9.]

In commemoracione reliquiarum. Officium.

SApienciam sanctorum narrant populi et laudem eorum annunciet ecclesia. nomina autem eorum uiuent in seculum. *Ps.* Exultate iusti. Gloria.

Oracio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut beati regis eduuar/di patroni nostri et alio- [fo. 318. b. rum sanctorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia nos protegant merita: quatinus eorum precibus tranquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

HIi sunt uiri misericordie: quorum iusticie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis sicut semen eorum: et filii eorum propter eos usque ineternum manent. Generacio eorum et gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum uiuent in secula. Sapienciam sanctorum narrant omnes populi: et laudem eorum pronunciat: omnis ecclesia sanctorum.

Gradale.

EXultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluya. ℣. Sancti tui domine benedicent te gloriam regni tui dicent.

[1] [Eccl siastic. xliv. 10–15.]

Secundum matheum.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. set super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum: qui in celis est.

In tempore paschali euuangelium.

EGo sum uitis.

Offertorium.

LEtamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Secretum.

MUnera tue misericors deus magestati oblata benigno quesumus intuitu aspice: ut eorum nobis precibus fiant salutaria: quorum sacratissime in hac basilica reliquie sunt recondite.

Communio.

EGo uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat.

Postcommunio.

DIuina libantes misteria quesumus domine ut beati regis eduuardi patroni nostri et aliorum sanctorum nos ubique intercessio protegat quorum hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per.

In commemoracione sancti benedicti officium.

OS iusti meditabitur.

Oracio.

INtercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet : ut quod nostris meritis non ualemus eius patrocinio assequamur. Per.

Leccio libri sapiencie.[1]

IUstus cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum : et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oracione : et pro/ delictis suis deprecabi- [fo. 319. tur. Si enim dominus magnus uoluerit : spiritu intelligencie replebit illum. Et ipse tanquam ymbres mittet eloquia sapiencie sue : et in oracione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam. et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue : et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapienciam eius : et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius : et nomen eius requiretur : a generacione in generacionem.

Gradale.

DOmine preuenisti eum in benediccionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam peciit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Uir domini benedictus spiritu omnium iustorum plenus. fuit.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Nemo lucer-

[1] [Ecclesiastic. xxxix. 6–14.]

nam accendit et in abscondito ponit neque sub modio. set super candelabrum : ut qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui : est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex : totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit eciam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris : illuminabit te.

Offertorium.

UEritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secretum.

SAcris altaribus hostias domine superpositas beatus benedictus abbas quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per.

Communio.

AMen dico uobis quod uos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et uitam eternam possidebitis.

Postcommunio.

PRotegat nos domine cum tui percepcione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo. ut et conuersacionis eius experiamur insignia. et intercessionis ipsius senciamus patrocinia. Per.

De incarnacione domini.

Oracio.

COrda nostra quesumus domine sanctus splendor domi-

nice incarnacionis. natiuitatis circumcisionis passionis resurreccionis ascensionis et aduentus spiritus sancti clementi respectu illustret : quo mundi huius tenebris carere ualeamus. et ipso ducente preuenia/mus [fo. 319. b. ad patriam claritatis eterne. Per eundem.

Secretum.

IN mentibus nostris quesumus domine uere fidei sacramenta confirma. ut qui conceptum de uirgine deum uerum et hominem confitemur per eiusdem salutifere incarnacionis. natiuitatis. circumcisionis. passionis. resurreccionis. ascensionis et aduentus spiritus sancti potenciam ad eternam mereamur peruenire leticiam. Per eundem.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens pater. ut qui filii tui domini nostri ihesu christi. incarnacionis. natiuitatis. circumcisionis. passionis. resurreccionis. ascensionis et aduentus spiritus sancti memoriam debita ueneracionis laude colimus. ipsi per eiusdem spiritus sancti graciam a morte anime resurgamus et in tua semper sanctificacione uiuamus. Per.

De omnibus sanctis.
Oracio.

COncede quesumus omnipotens deus ut intercessio nos sancte dei genitricis marie. sanctarum que omnium celestium uirtutum. et beatorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum atque uirginum. et omnium electorum tuorum ubique letificet : ut dum eorum merita recolimus. patrocinia senciamus. Per.

Secretum.

OBlatis domine quesumus placare muneribus. et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis. a cunctis nos defende periculis. Per eundem.

Postcommunio.

SUmpsimus domine beate marie semper uirginis et omnium sanctorum tuorum commemoracionem facientes sacramenta celestia. presta quesumus : ut quod temporaliter gerimus. eorum precibus adiuti eternis gaudiis consequamur. Per.

Item de omnibus sanctis oracio.

A Cunctis nos quesumus domine mentis et corporis defende periculis. et intercedente beata et gloriosa uirgine dei genitrice maria. cum beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea. et beato rege eduuardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis. salutem nobis tribuas benignus et pacem. ut destructis aduersitatibus et erroribus uniuersis ecclesia tua tibi seruiat secura libertate. Per dominum.

Secretum.

EXaudi nos domine deus noster : ut per uirtutem huius sacramenti intercedente beata et gloriosa uirgine dei geni-/[fo. 320. trice maria cum beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea

et beato rege eduuardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis. a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis. graciam tribuens in presenti. et gloriam in futuro. Per dominum.

Postcommunio.

MUndet et muniat quesumus domine diuini sacramenti nos munus oblatum : ut intercedente beata et gloriosa uirgine dei genitrice maria cum beatis apostolis tuis petro et paulo. atque andrea et beato rege eduardo patrono nostro cum omnibus sanctis tuis. a cunctis nos reddas et peruersitatibus expiatos et aduersitatibus expeditos. Per dominum.

Pro ecclesia catholica. Oracio.

ECclesie tue domine preces placatus admitte. ut destructis aduersitatibus et erroribus uniuersis. secura tibi seruiat libertate. Per.

Secretum.

PRotege nos domine quesumus tuis misteriis seruientes : ut diuinis rebus et corpore famulemur et mente. Per.

Postcommunio.

QUesumus domine deus noster ut quos diuina tribuis participacione gaudere humanis non sinas subiacere periculis. Per.

Pro prelatis et subditis. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus. pretende super famulos

tuos et super cunctas congregaciones illis commissas spiritum gracie salutaris. ut et in ueritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benediccionis infunde. Per.

Secretum.

HOstias domine famulorum tuorum placatus intende. et quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus. proficere sibi senciant ad medelam. Per.

Postcommunio.

QUos celesti recreas munere perpetuo domine comitare presidio : et quos fouere non desinis. dignos fieri sempiterna redempcione concede. Per.

Pro rege et regina liberis que eorum. Oracio.

DEus in cuius manu corda sunt regum qui es humilium consolator et fidelium fortitudo et protector omnium in te sperancium da regi nostro et regine liberis que eorum populoque christiano. triumphum uirtutis tue scienter excolere. ut per te semper reparentur ad ueniam. Per.

Secretum.

SUscipe domine preces et hostias ecclesie tue pro salute/ famuli tui regis nostri [fo. 320. b. et regine. liberorum que eorum. et proteccione fidelium populorum supplicantis. ut antiqua brachii tui te operante miracula. superatis inimicis. secura tibi seruiat christianorum libertas. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus. ut per hec misteria que sumpsimus rex noster et regina. liberi que eorum. et populus christianus semper racionabilia meditantes. que tibi sunt placita. et dictis exequantur et factis. Per.[1]

Pro congregacione officium.

MEmento nostri domine in beneplacito populi tui uisita nos in salutari tuo ad uidendum in bonitate electorum tuorum in leticia gentis tue ut lauderis cum hereditate tua. *Ps.* Confitemini domino quoniam.

Oracio.

FAmiliam huius sacri cenobii quesumus domine intercedente sancta maria. et beato petro apostolo tuo. et beato rege edwardo patrono nostro cum omnibus sanctis: perpetuo guberna moderamine: ut assit nobis

et in securitate cautela et inter aspera fortitudo. et iram tue indignacionis quam iuste meremur propiciatus auerte. Per.

Leccio Ieremie prophete.

SI iniquitates nostre contenderint contra nos: domine libera nos. Fac quesumus propter nomen tuum. quoniam multe sunt aduersiones nostre. Tibi peccauimus expectacio israel: saluator noster in tempore tribulacionis. Tu autem in nobis es domine: et nomen tuum inuocatum est super nos. Ne derelinquas nos: domine deus noster.

Gradale.

PRopicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos. Alleluya. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Petite. et accipietis. querite et inuenietis. Pulsate: et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et querit inuenit. et pulsanti aperietur. Aut quis ex uobis homo quem si pecierit filius eius panem numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona dare filiis uestris: quanto magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se.

Offertorium.

SIcut in holocaustum arietum et taurorum et / sicut [fo. 321.

[1] In lower margin are written the following:

[Q]Uesumus omnipotens deus ut famulus tuus rex noster .N. qui tua miseracione suscepit regni gubernacula. uirtutum eciam omnium accipiat incrementa. quibus decentur (*sic*) ornatus et uiciorum uoraginem deuitare et hostes superare: et ad te qui uia ueritas et uita es. graciosus ualeat peruenire. Per dominum.

[M]Unera quesumus domine oblata sanctifica. ut nobis unigeniti tui corporis et sanguinis fiant et famulo tuo regi nostro .N. ad optinendam anime corporis que salutem ad peragendum iniunctum sibi officium te largiente usquequaque proficiant. Per dominum.

[H]Ec domine salutaris sacramenti [percepcio *omitted in MS.*] famulum tuum regem nostrum .N. ab omnibus tueatur aduersis. quatinus et ecclesiastice pacis optineat tranquilitatem: et post istius temporis decursum ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum.

in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine.

Secretum.

RESPICE quesumus domine propicius ad hostiam nostre seruitutis tuo conspectui immolandam. ut professionis sancte propositum quod te inspirante suscepimus. te gubernante custodiamus. Per.

Communio.

AMEN dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis.

Postcommunio.

SUMPTA domine nos muniant sacramenta. et muro custodie tue hoc sanctum ouile circumda: ut omni aduersitate depulsa. sit hoc semper domicilium incolumitatis et pacis. Per.

Pro pace officium.

DA pacem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur exaudi preces serui tui. et plebis tue israel. *Ps.*[1] Ut sciant omnes. Gloria patri.

Oracio.

DEUS a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem. ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua proteccione tranquilla. Per.

[1] *Sic.*

Leccio libri machabeorum.

IN diebus illis. Oracionem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo israel. ionatha inchoante. ceteris autem respondentibus et dicentibus. Beneficiat uobis deus et meminerit testamenti sui quod ab abraham et ysaac et iacob locutus est seruorum suorum fidelium. Et det uobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius uoluntatem. Adaperiat dominus cor uestrum in lege sua. et in preceptis suis et faciat pacem. Exaudiat oraciones uestras: et reconsilietur uobis. Nec uos deserat in tempore malo: dominus deus noster.

Gradale.

LETATUS sum in hiis que dicta sunt michi in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in uirtute tua et habundancia in turribus tuis. Alleluya. ℣. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti saciat te.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ecce uenit hora et iam uenit: ut dispergamini unusquisque in propria. et me solum relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecum est. Hec locutus sum uobis: ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: set confidite ego uici mundum.

Offertorium.

DEUS tu conuertens uiuificabis/ nos et plebs tua [fo. 321. b. letabitur in te. ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secretum.

DEus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus. dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere : ut pax tua pietate concessa. christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per.

Communio.

AMen dico.

Postcommunio.

DEus auctor pacis et amator. quem nosse uiuere cui seruire regnare est. protege ab omnibus impugnacionibus supplices tuos. ut qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per.

Missa pro quacumque tribulacione.
Officium.

SAlus populi ego sum dicit dominus de quacumque tribulacione clamauerint ad me exaudiam eos. et ero illorum dominus imperpetuum. *Ps.* Attendite popule meus.

Oracio.

INeffabilem misericordiam tuam nobis domine clementer ostende ut simul nos et a peccatis exuas : et a penis quas pro hiis meremur clementer eripias. Per.

Leccio libri esdre.

IN diebus illis : Orauit esdras dicens. Queso domine fortis magne atque terribilis qui custodis pactum atque misericordiam hiis qui te diligunt et custodiunt mandata tua. ut fiat auris tua ascultans. et oculi tui aperti ad oracionem serui tui quam ego oro coram te nocte ac die pro seruis tuis. et confiteor pro peccatis eorum qui peccauerunt tibi. Memento uerbi tui quod mandasti moysi famulo tuo dicens. Si reuersi fueritis ad me ut custodiatis mandata mea. et faciatis ea eciam si adducti ad extrema celi fueritis. inde congregabo uos et inducam uos in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi in sempiternum. Et ipsi serui tui et populus tuus quos redemisti in fortitudine tua magna et in manu ualida. Et nunc domine sit auris tua intendens ad oracionem famuli tui. et seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum. et dirige eos hodie. Et da misericordiam populo tuo : domine deus noster.

Gradale.

AD dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluya. ℣. Domine refugium factus es nobis a generacione et progenie.

Secundum Lucam.

IN illo tempore : Dixit ihesus discipulis suis. Petite et dabitur uobis. Querite. et inuenietis./ Pulsate : et aperietur [fo. 322. uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem : Numquid lapidem dabit illi ? Aut piscem : numquid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si pecierit ouum : numquid porriget illi scorpionem ? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare

filiis uestris: quantomagis pater uester de celo dabit spiritum bonum: petentibus se.

Offertorium.

SPerent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon. quoniam non est oblitus oracionem pauperis.

Secretum.

SAcrificia tibi domine immolanda quesumus corda nostra purificent. et indulgencie tue nobis dona concilient. et de aduersis prospera sentire perficiant. Per.

Communio.

AMen dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis.

Postcommunio.

QUos celesti munere reficis domine diuina tuere uirtute. ut tuis misteriis perfruentes nullis subdantur aduersis. Per.

Pro pastore. Oracio.

DEus omnium fidelium pastor et rector famulum tuum .N. quem ecclesie tue preesse uoluisti propicius respice: da ei quesumus uerbo et exemplo quibus preest proficere. ut ad uitam una cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per.

Secretum.

OBlatis quesumus domine placare muneribus et famulum tuum .N. quem pastorem populo tuo preesse uoluisti: assidua proteccione guberna. Per.

Postcommunio.

HEc nos domine diuini sacramenti percepcio protegat et famulum tuum .N. quem pastorem ecclesie tue preesse uoluisti una cum grege commisso saluet semper et muniat. Per.

Pro abbate. Oracio.

COncede quesumus domine famulo tuo abbati nostro .N. ut predicando et excercendo que recta sunt exemplo bonorum operum animas suorum instruat subditorum. et eterne remuneracionis mercedem a te piissimo pastore percipiat. Per.

Secretum.

MUnera nostra quesumus domine suscipe placatus. et famulum tuum .N. abbatem nostrum gregemque sibi commissum benignus semper et ubique misericorditer protege. Per.

Postcommunio.

HEc nos domine communio purget a crimine et fa/mulum tuum abbatem [fo. 322. b. nostrum .N. commissumque sibi gregem benigna pietate conserua. Per.

Missa pro seipso. Officium.

DEus in nomine tuo saluum me fac et in uirtute tua iudica me. deus exaudi oracionem meam. *Ps.* Quoniam alieni insurrexerunt.

Oracio.

SUppliciter te deus pater omnipotens qui es creator omnium rerum deprecor. ut dum me famulum tuum coram omnipotencia magestatis tue grauiter

deliquisse confiteor. manum michi misericordie tue porrigas. quatinus dum ego hanc oblacionem tue pietati pro peccatis meis offero: quod nequiter admisi clementissime digneris absoluere. Per.

Ad Romanos.

FRatres: Condelector legi dei. secundum interiorem hominem. Uideo autem aliam legem in membris meis. repugnantem legi mentis mee. et captiuum me tenentem in lege peccati.[1] membris meis. Infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gracia dei: per ihesum christum dominum nostrum.

Gradale.

ESto michi in deum protectorem et in domum refugii ut saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine non confundar ineternum. Alleluya. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me.

Matheum.

IN illo tempore: Cum descendisset ihesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit eum dicens. Uolo. mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Uide nemini dixeris: set ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses: in testimonium illis.

Offertorium.

INtende uoci oracionis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine.

[1] *A space left here: probably for* que est in.

Secretum.

DEus misericordie deus pietatis. deus indulgencie. indulge queso et miserere mei famuli tui. ut sacrificium quod pietati tue pro peccatis meis offero benigne digneris suscipere. et peccata que labentibus uiciis per ignoranciam contraxi. tu pius et propicius ac miseratus indulgeas. et locum penitencie ac flumina lacrimarum michi concedas. ut ueniam a te merear accipere delictorum. Per.

Communio.

AB occultis meis munda me domine. et ab alienis parce seruo tuo.

Postcommunio./. [fo. 323.

DEus qui uiuorum es saluator omnium in te sperancium. qui non uis mortem peccatorum nec letaris in perdicione moriencium. te suppliciter deprecor. ut concedas michi ueniam delictorum meorum. ut et admissa defleam. et postmodum non admittam. ut cum michi extrema dies. finis que uite mee aduenerit. emundatum delictis omnibus me angelus sanctitatis suscipiat. et ad uitam eternam perducat. Per.

Contra teptacionem[1] *carnis.*

URe igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine. ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Per dominum. In unitate eiusdem.

Secretum.

DIrumpe domine uincula peccatorum nostrorum ut

[1] *sic.*

sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus. retribue que ante tribuisti et salua nos per indulgenciam. quos saluare dignatus es per graciam. Per.

Postcommunio.

DOmine adiutor et protector noster adiuua nos. et refloreat caro nostra uigore pudicicie et sanctimonie nouitatis. ereptamque de manu tartari. in resurreccionis gaudium iubeas presentari. Per.

Contra paganos oracio.

OMnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates. et omnia iura regnorum. respice in auxilium christianorum : et gentes paganorum qui in sua feritate confidunt dextere tue potencia conterantur.

Secretum.

SAcrificium domine quod immolamus intende. et propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequicia. et in tue proteccionis securitate constituas. Per.

Postcommunio.

PRotector noster aspice deus et propugnatores tuos a paganorum defende periculis ut ab omnibus perturbacionibus summoti. liberis tibi mentibus seruiant. Per.

Pro iter agentibus. Oracio.

ADesto domine supplicacionibus nostris et uiam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone. ut inter omnes uie et uite huius uarietates tuo semper protegamur auxilio. Per.

Secretum.

PRopiciare domine supplicacionibus nostris et has oblaciones quas tibi offerimus pro famulis tuis .N. benignus. assume. ut uiam illorum et precedente gracia tua dirigas. et sub/sequente comitari digneris. ut [fo. 323. b. de actu atque incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per.

Postcommunio.

SUmpta quesumus domine celestis misterii sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant. et eos ad salutaria cuncta perducant. Per.

Pro familiaribus. Oracio.

DEus qui caritatis dona per graciam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infundis da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clemenciam salutem mentis et corporis ut te tota uirtute diligant. et que tibi placita sunt tota dileccione perficiant. Per. In unitate.

Secretum.

MIserere quesumus domine famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus magestati. ut per hec sancta superne benediccionis graciam optineant. et gloriam eterne felicitatis adquirant. Per.

1157

Postcommunio.

DIuina libantes misteria quesumus domine ut hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem: pro quorum quarumque dileccione hec tue optulimus magestati. Per.

Pro quolibet. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus miserere famulo[1] tuo[2] et dirige eum[3] secundum tuam clemenciam in uiam salutis eterne ut te donante tibi placita cupiat[4] et tota uirtute perficiat.[5] Per.

Secretum.

PRoficiat quesumus domine hec oblacio quam tue suppliciter offerimus magestati. ad salutem famuli[6] tui[7] .N. ut tua prouidencia eius[8] uita inter aduersa et prospera ubique dirigatur. Per.

Postcommunio.

SUmentes domine perpetue sacramenta salutis tuam deprecamur clemenciam ut per ea famulum[9] tuum[10] ab omni aduersitate protegas. Per.

Pro tribulacione amicorum. Oracio.

DEus qui contritorum non despicis gemitum et merencium non spernis affectum intercedentibus omnibus sanctis tuis adesto precibus nostris quas pietati tue pro tribulacione famuli[1] tui[2] .N. offerimus implorantes. ut eum clementer respicias. et solito bonitatis tue intuitu tribuas ut quicquid contra eum[3] dyabolice atque humane molliuntur aduersitates ad nichilum redigas. et consilio misericordie tue allidas. Per.

Secretum./ [fo. 324.

DEus qui tribulatos corde sanas. et mestificatos actu letificas. ad hanc propicius hostiam. dignanter attende. qua tocius mundi uoluísti relaxare delicta. et pro tribulacione famuli[4] tui[5] .N. illam clemenciam assume eius[6] que cuncta crimina solue. tribulacionem adime. miserias pelle. angustias et pressuras ammoue. ut exuti omnibus que patimur malis. in tuis semper delectemur exultare iudiciis. Per.

Postcommunio.

DImitte quesumus domine peccata nostra. et tribue nobis misericordiam tuam oris que nostri alloquio deprecatus famuli[7] tui[8] .N. humilitatem attende. uincula solue. delicta dele. tribulacionem inspice. aduersitatem repelle. effectumque peticioni nostre largiens iugiter et clementer exaudi. Per.

1158

[1] famulis: *written above line.*
[2] tuis: *written above line.*
[3] eos: *written above line.*
[4] cupiant: *written above line.*
[5] perficiant: *written above line.*
[6] famulorum: *written above line.*
[7] tuorum: *written above line.*
[8] eorum: *written above line.*
[9] famulos: *written above line.*
[10] tuos: *written above line.*

[1] famulorum: *written above line.*
[2] tuorum: *written above line.*
[3] eos: *written above line.*
[4] famulorum: *written above line.*
[5] tuorum: *written above line.*
[6] eorum: *written above line.*
[7] famulorum: *written above line.*
[8] tuorum: *written above line.*

Pro serenitate aeris postulanda. Oracio.

AD te nos domine clamantes exaudi. et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur misericordia tua preueniente clemenciam senciamus. Per.

Secretum.

EXaudi domine preces et suscipe uota populi tui. et iube ymbres inundancium cessare pluuiarum. flagellumque huius elementi. ad effectum tui conuerte misterii. ut qui se regenerantibus aquis gaudent renatos gaudeant hiis castigantibus esse correctos. Per.

Postcommunio.

PReces populi tui quesumus domine benignus exaudi. et per huius uirtutem sacramenti pacem tuam nunciet nobis purgati aeris serena tranquillitas. ut qui delinquentes uerberas. peccata confitentibus parcas. Per.

Ad pluuiam postulandam. Oracio.

DEus in quo uiuimus mouemur et sumus. pluuiam nobis tribue congruentem. ut presentibus subsidiis sufficienter adiuti. sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Secretum.

OBlatis quesumus domine placare muneribus. et oportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. Per.

Postcommunio.

TUere nos quesumus domine tua sancta sumentes. et ab omnibus propiciatus absolue peccatis. terram que arridam aquis fluenti celestis dignanter infunde. Per.

Pro mortalitate hominum. Oracio.

DEus qui non mortem set penitenciam desideras peccatorum. populum quesumus ad te conuerte/ pro- [fo. 324. b picius: ut dum tibi deuotus extiterit iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per.

Secretum.

PRotege nos quesumus domine gracia tua tibi sancta sacrificia immolantes. et plagam quam super nos iminere pauemus. per auxilium gracie tue senciamus cessare. Per.

Postcommunio.

SUmptis domine salutis nostre subsidiis tuam misericordiam suppliciter deprecamur ut et ab iminenti nos plaga defendas et ab eterna dampnacione eripias.

Pro infirmis[1] officium.

IUstus es domine et rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. *Ps.* Beati inmaculati in uia:

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus confitenti[2] tibi[3] famulo tuo[3] .N. pro tua pietate peccata relaxa. ut nonplus ei ualeat consciencie reatus ad penam. quam indulgencia tue pietatis ad ueniam. Per.

[1] *sic:* for *penitentibus.*
[2] confitentibus: *written above line.*
[3]–[3] famulis tuis: *written above line.*

Leccio ezechielis prophete.

HEc dicit dominus. Conuertimini et agite penitenciam ab omnibus peccatis uestris. Et quare moriemini domus israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui. Iusticia iusti non liberabit eum in quacumque die peccauerit. et impietas impii non nocebit ei in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua. Numquid uoluntas mea est mors[1] impii dicit dominus. et nonmagis ut reuertatur a uia sua et uiuat? Quia nolo mortem peccatoris. set ut conuertatur et uiuat. Dicit dominus: omnipotens.

Gradale.

AB occultis meis munda me domine. et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc inmaculatus ero. et emundabor a delicto maximo. Alleluya. ℣. Qui sanat contritos corde et alligat contriciones eorum.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Discumbente ihesu in domo pharisei: et ecce mulier peccatrix et publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu. et discipulis eius. Et murmurabant pharisei et scribe: dicentes ad discipulos suos. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? At ihesus dicens ait. Non est opus ualentibus medicus: set male habentibus. Euntes autem dicite quid est misericordiam uolo. et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos: set peccatores ad penitenciam.

[1] Repeated and struck out with red line.

Offertorium.

MIserere michi domine secundum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitatem meam.

Secretum./ [fo. 325.

REspice quesumus domine ad preces famuli[1] tui[2] .N. qui tibi corde et mente peccasse grauiter confitetur. presta ut per oblacionem tui corporis et sanguinis quam tibi pro ipso offerimus. ei ueniam impetrare ualeamus. Per.

Communio.

DIco uobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente.

Postcommunio.

OMnipotens et misericors deus qui omnem animam penitentem et confitentem magis uis emendare quam perdere respice propicius super famulum[3] tuum[4] .N. et per hec sancta que sumpsimus auerte ab eo iram indignacionis tue. et omnia peccata sua ei dimitte. Per.

Pro infirmis officium.

IUstus es domine. *Ps.* Beati inmaculati.

Oracio.

OMnipotens sempiterne deus salus eterna credencium exaudi nos pro famulo[5] tuo[6] .N.

[1] famulorum: *written above line.*
[2] tuorum: *written above line.*
[3] famulos: *written above line.*
[4] tuos: *written above line.*
[5] famulis: *written above line.*
[6] tuis: *written above line.*

pro quo[1] misericordie tue imploramus auxilium. ut reddita sibi sanitate. graciarum tibi in ecclesia tua referat[2] accionem. Per.

Epistola.

COnuertimini et agite penitenciam.

Gradale.

AB occultis meis. ℣. Si mei non. Alleluya. ℣. Qui sanat.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Uidit ihesus publicanum nomine leui sedentem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum ipsis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicentes ad discipulos suos. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens ihesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: set qui male habent. Non ueni uocare iustos: set peccatores ad penitenciam.

Offertorium.

MIserere michi.

Secretum.

DEus cuius uiribus uite nostre momenta decurrunt. suscipe preces et hostias famuli[3] tui[4] .N. pro quo[5] misericordiam tuam egrotante imploramus. ut de

[1] quibus: *written above line.*
[2] referant: *written above line.*
[3] famulorum: *written above line.*
[4] tuorum: *written above line.*
[5] quibus: *written above line.*

cuius[1] periculo metuimus. de eius[2] salute letemur. Per.

Communio.

DIco uobis.

Postcommunio.

DEus infirmitatis humane singulare presidium auxilii tui super infirmum[3] nostrum[4] ostende uirtutem. ut opere misericordie tue adiutus.[5] integre sanitati restitui mereatur.[6] Per.

Pro fidelibus defunctis. Officium.| [fo. 325. b.

REquiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. *Ps.* Te decet ympnus.

Sequens collecta pro fratre defuncto presente in qualibet missa pro eodem celebranda dicetur antequam sepelliatur. Decurso tamen ab hora qua sepelliendus obierit die naturali uerba que cum rubrica ibidem et insecreta scribuntur. ex more sunt omittenda.

Oracio.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodierna die de hoc seculo migrare iussisti. ut non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem set iube eam a sanctis angelis susci[7] et ad patriam paradisi perduci. et quia in te sperauit et credidit non

[1] quorum: *written above line.*
[2] eorum: *written above line.*
[3] infirmos: *written above line.*
[4] nostros: *written above line.*
[5] adiuti: *written above line.*
[6] mereantur: *written above line.*
[7] *sic: for* suscipi.

penas eternas sustineat. set gaudia eterna possideat. Per.

Leccio libri machabeorum.

IN diebus illis. Uir fortissimus iudas collacione facta duodecim milia dragmas argenti misit iherosolimam offerre ea ibi pro peccatis mortuorum iuste et religiose de resurreccione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret. superfluum uideretur et uanum orare pro mortuis. Set quia considerabat quod hii qui cum pietate dormicionem acceperant. optimam haberent repositam graciam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare : ut a peccatis soluantur.

Leccio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis. Audiui uocem de celo : dicentem michi. Scribe. Beati mortui : qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum: secuntur illos.

Ad tessalonicenses.

FRatres. Nolumus uos ignorare de dormientibus : ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod ihesus mortuus est et resurrexit : ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini. quia nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. quoniam ipse dominus in iussu et in uoce archangeli et in tuba dei descendet de celo : et mortui qui in christo sunt resurgent primi./ Deinde nos qui uiui- [fo.326. mus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem : in uerbis istis.

In tempore paschali. pro defunctis. Ad corinthios.

FRatres : Christus resurgens ex mortuis : primicie dormiencium. Quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurreccio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriunti[1] ita et in christo omnes uiuificabuntur. Unusquisque autem : in suo ordine. Per ihesum christum : dominum nostrum.

Gradale.

REquiem eternam dona eis domine. et lux perpetua luceat eas.[1] ℣. Absolue domine animas eorum ab omni uinculo delictorum.

Tractus.

DE profundis clamaui ad te domine domine exaudi uocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in oracionem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. ℣. Quia apud te propiciacio est. et propter legem tuam sustinui te domine.

In deposicione alicuius regis. Tractus. Commouisti. *Require in dominica quinquagesime.*[1]

Sequencia.

DE profundis christe mens humana clamat ad alta. De tenebris splendida rogans. Exaudi iam preces et carmina. Que uox promit

[1] *sic.*

tristis et anxia. Heu michi quanta commisi scelera grauia. Tanta peregi misella nimis illicita. Eya nunc ad te clemens reuoca. Sic pie sit cunctis salus uita. Unde tibi gracias referat cuncta plebs per secula amen fiat fiat.

Pro defuncto presenti. Euuangelium. Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit martha ad ihesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Set et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurreccione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sum resurreccio et uita. Qui credit in me eciam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur ineternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum uenisti.

Pro aliis defunctis sumatur euuangelium quodcumque missam celebraturus uoluerit de subscriptis.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat: sic et filius quos uult uiuificat./ Neque enim pater [fo. 326. b. iudicat quemquam: set omne iudicium dedit filio. ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem. Qui non honorificat[1] filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen

[1] *sic.*

amen dico uobis: quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me: habet uitam eternam. Et in iudicium non uenit: set transiet a morte in uitam.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Omne quod dat michi pater ad me ueniet: et eum qui uenit ad me non eiciam foras. Quia descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam: set uoluntatem eius qui misit me. Hec est enim uoluntas patris meii[1] qui misit me. ut. omne quod dedit michi non perdam ex eo. set resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim uoluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui uidet filium et credit in eum: habeat uitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.

Secundum Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane: uiuet ineternum. Et panis quem ego dabo caro mea est. pro mundi uita. Litigabant ergo iudei: adinuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Dixit ergo eis ihesus. Amen amen dico uobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: habet uitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.

[1] *sic.*

Iohannem.

IN illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen amen dico uobis: quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me: habet uitam eternam. Et in iudicium non uenit: set transeat a morte in uitam. Amen amen dico uobis: quia uenit hora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei. et qui audierunt uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso: sic dedit et filio habere uitam in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia omnes qui in monumentis/ sunt au- [fo. 327. dient uocem filii dei. Et procedent qui bona fecerunt. in resurreccionem uite. Qui uero mala egerunt in resurreccionem iudicii.

Offertorium.

DOmine ihesu christe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarum loca. set signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam quam olim abrahe promisisti et semini eius.

Faciendo oblacionem sacerdos super corporalia cum calice et patena dicat.

HOstias et preces tibi domine offerimus.

Et genuflectendo osculetur altare ministro ipsius cum ipso prosequente. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad uitam. quam olim abrahe promisisti et semini eius. ℣. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Quam olim.

— Musical notes above these words.

Secretum.

SUscipe quesumus misericors pater oblacionem quam tibi offerimus pro anima famuli tui quam hodie de carnali corrupcione liberasti. et concede ut ab omnibus condicionis humane excessibus hiis remediis expietur. et in requie sempiterna diem resurreccionis prestoletur. Per.

Communio.

LUx eterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis ineternum quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

PResta quesumus domine ut anima famuli tui .N. quam de hoc seculo migrare iussisti. hiis sacrificiis expiata. indulgenciam pariter et requiem capiat sempiternam. Per.

Pro episcopo defuncto. Oracio.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum .N. pontificali fecisti dignitate censeri: presta quesumus: ut quorum uicem gerebat ad horam in terris. eorum perpetuo consorcio letetur in celis. Per.

Secretum.

SUscipe domine pro anima famuli tui sacerdotis .N. quas offerimus hostias. ut cui pontificale donasti ministerium. dones et meritum. Per.

Postcommunio.

PRopiciare domine supplicacionibus nostris. et per hec sacrosancta misteria animam famuli tui .N. pontificis in regione uiuorum eternis gaudiis iubeas sociari. Per dominum.

Pro abbate oracio.

PResta quesumus domine/ ut anima famuli tui [fo. 327. b. .N. sacerdotis atque abbatis quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti. in celesti sede gloriosa semper exultet. Per.

Secretum.

MUnera quesumus domine tibi dicanda sanctifica. et per ea animam famuli tui .N. sacerdotis atque abbatis ab omni labe humane condicionis humane[1] absolue quibus tocius mundi deluisti peccata. Per.

Postcommunio.

COncede quesumus omnipotens deus ut anima famuli tui .N. sacerdotis atque abbatis per hec sancta misteria in conspectu tuo semper clara consistat. Per.

Pro patre et matre. Oracio.

DEus qui nos patrem et matrem honorare precepisti miserere clementer animabus patris et matris mee. eorumque peccata dimitte meque eos in eterne claritatis gaudio fac uidere. Per.

Secretum.

SUscipe sacrificium domine quod tibi pro animabus patris

[1] *struck out by black line.*

et matris mee offertur. eisque gaudium sempiternum in regione uiuorum concede. meque cum eis felicitati sanctorum coniunge. Per.

Postcommunio.

CElestis participacio domine sacramenti animabus patris et matris mee requiem et lucem optineat perpetuam : meque cum illis gracia tua coronet eterna. Per.

Pro fratribus defunctis nostre congregacionis officium.

Oracio.

DEus uenie largitor et humane salutis auctor quesumus clemenciam tuam ut nostrarum congregacionum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt beata maria semper uirgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consorcium peruenire concedas. Per.

Secretum.

DEus cuius misericordie non est numerus suscipe propicius preces humilitatis nostre. et animabus fratrum et sororum nostrarum congregacionum quibus tui nominis dedisti confessionem. per hec sacramenta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens et misericors deus : ut anime fratrum et sororum nostrarum congregacionum pro quibus hoc sacrificium laudis tue optulimus magestati. per huius uirtutem

sacramenti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per./ [fo. 328.

Pro fratribus defunctis. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus cui numquam sine spe misericordie supplicatur. propiciare animabus famulorum tuorum .N. ut qui de hac uita in tui nominis confessione decesserunt. sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per.

Secretum.

PRopiciare quesumus domine animabus famulorum tuorum pro quibus tibi hostias placacionis offerimus. et quia in hac luce in fide manserunt catholica. in futura uita eis retribucio condonetur. Per.

Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus ut anime[1] famulorum tuorum ab angelis lucis susceptas. in preparata deduci facias beatorum. Per.

Pro benefactoribus defunctis. Oracio.

MIserere quesumus domine animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum : et de beneficiis que nobis largiti sunt in terris. premia eterna consequantur in celis. Per.

Secretum.

SUscipe domine hec munera pro animabus omnium nostrorum benefactorum requies-

[1] *sic.*

cencium. et pro beneficiis eorum. quibus sustentamur de eis retribucionem in regno celorum. Per.

Postcommunio.

SUmpta sacramenta domine nos absoluant uinculis peccatorum : et animabus nostrorum benefactorum defunctorum consorcia optineant spirituum beatorum. Per.

Pro amico defuncto. Oracio.

ADiuua nos domine deus noster et betissime[1] dei genitricis semperque uirginis marie precibus exoratus. Animam famuli tui .N. in beatitudine sempiterne lucis constitue. Per eundem.

Secretum.

SUscipe quesumus domine hostias placacionis et laudis quas in honore beate dei genitricis semperque uirginis marie nomini tuo consecrandas deferimus et pro requie famuli tui .N. tibi suppliciter immolamus. Per.

Postcommunio.

AScendant ad te domine preces nostre : et animam famuli tu[1] N. gaudia eterna suscipiant. et quem fecisti adopcionis tue participem intercedente beata dei genitrice maria iubeas hereditatis tue esse consortem. Per.

In anniuersariis defunctorum. Oracio.

DEus indulgenciarum domine da anime famuli/ [fo. 328. b. tui .N. cuius anniuersarium deposicionis diem commemoramus

[1] *sic.*

refrigerii sedem. quietis beatitudinem luminis claritatem. Per.

Secretum.

SUscipe domine clementissime pater pro commemoracione anime famuli tui cuius anniuersarium deposicionis diem celebramus hostiam placacionis et laudis. ut sacrificii presentis oblacio. ad refrigerium anime eius et gaudium te miserante perueniat. Per.

Postcommunio.

HIis sacrificiis quesumus omnipotens deus purgata anima famuli tui .N. cuius anniuersarium deposicionis diem celebramus ad indulgenciam et refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per.

Pro quolibet defuncto. Oracio.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras : quibus misericordiam tuam supplices deprecamur. ut animam famuli tui .N. quam de hoc seculo migrare iussisti. in pacis ac lucis regione constituas. et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per.

Secretum.

ANimam famuli tui .N. ab omnibus uiciis et peccatis humane condicionis quesumus domine hec absoluat oblacio : que tocius mundi tulit immolata peccatum. Per.

Postcommunio.

ANnue nobis domine ut anima famuli tui .N. remissionem quam optauit mereatur percipere peccatorum. Per.

Pro defunctis sororibus. Oracio.

QUesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue. et a contagiis mortalitatis exutam. in eterne saluacionis partem restitue. Per.

Secretum.

HIis sacrificiis quesumus domine anima famule tue a peccatis omnibus exuatur. sine quibus a culpa nemo liber existit. ut per hec pie placacionis officia perpetuam misericordiam consequatur. Per.

Postcommunio.

INueniat quesumus domine anima famule tue lucis eterne consorcium. cuius perpetue misericordie consecuta est sacramentum. Per.

Pro quiescentibus in cimiteriis. Oracio.

DEus cuius miseracione anime fidelium requiescunt famulis et famulis[1] et famulabus tuis .N. omnibus hic et ubique in christo quiescentibus. da propicius ueniam peccatorum. ut a cunctis reatibus absoluti. tecum sine fine letentur. Per.

Secretum.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum .N. hic et ubique omnium catholicorum dormiencium hostiam domine/ suscipe benignus obla- [fo. 329. tam ut hoc singulari sacrificio uinculis horrende mortis exuti. uitam mereantur eternam. Per.

[1] *sic*, twice.

Postcommunio.

DEus fidelium lumen animarum adesto supplicacionibus nostris. et da famulis et famulabus tuis .N. quorum corpora hic et ubique in christo requiescunt refrigerii sedem. quietis beatitudinem. luminis claritatem. Per.

Pro omnibus fidelibus defunctis. Oracio.

FIdelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularum que tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgenciam quam optauerunt piis supplicacionibus consequantur. Per.

Secretum.

HOstias quesumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularum que tuarum offerimus propiciatus intende: ut quibus fidei christiane meritum contulisti dones et premium. Per.

Postcommunio.

ANnimabus[1] quesumus domine famulorum famularum que tuarum oracio proficiat supplicancium ut eas et a peccatis omnibus exuas. et tue redempcionis facias esse participes. Per.

Pro uiuis et defunctis. generalis oracio.

PIetate tua quesumus domine nostrorum solue uincula ominum delictorum. [2]et intercedente beata[2] et gloriosa semper que uirgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis [dompnum papam][3] reges et principes

[1] *sic.*
[2] repeated and struck through.
[3] erased.

episcopos et abbates. et omnem plebem illis commissam nosque famulos tuos atque loca nostra in omni sanctitate custodi. omnes que consanguinitate ac familiaritate uel confessione et oracione nobis iunctos seu omnem populum catholicum a uiciis omnibus purga. uirtutibus illustra. pacem et salutem nobis tribue. hostes uisibiles et inuisibiles remoue. pestem repelle. inimicis nostris caritatem atque infirmis sanitatem largire. et iter famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone et omnibus fidelibus uiuis ac defunctis in terra uiuencium uitam et requiem eternam concede. Per eundem.

Secretum.

DEus qui singulari corporis tui hostia tocius mundi soluisti delicta hac oblacione placatus maculas scelerum nostrorum absterge. et omnium christianorum fidelium uiuorum atque mortuorum peccata dimitte nobis que interce-/ [fo. 329. b. dente beata et gloriosa semper que uirgine maria cum omnibus sanctis tuis premia eterna largire. saluator mundi. qui uiuis.

Postcommunio.

SUmpta sacramenta quesumus domine omnia crimina nostra detergant. omnem que prauitatem et hostilem impugnacionem uisibilem et inuisibilem. seu infirmitatem atque subitam mortem meritis beate dei genitricis semperque uirginis marie. et omnium sanctorum tuorum intercessione a nobis procul repellant. et omnibus

fidelibus uiuis ac defunctis prosint ad ueniam. pro quorum quarumque tibi sunt oblata salute. Per eundem.

Pro uiuis atque defunctis. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul et mortuorum. omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis : te supplices exoramus ut pro quibus effundere preces decreuimus quosque uel presens seculum adhuc in carne retinet uel futurum iam exutos corpore suscepit pietatis tue clemencia. omnium delictorum suorum ueniam et gaudia consequi mereatur eterna. Per.

Secretum.

DEus cui soli cognitus est numeruselectorum in eterna felicitate locandus tribue quesumus ut uniuersorum quos in oracione commendatos suscepimus et omnium fidelium uiuorum atque mortuorum nomina beate predestinacionis liber ascripta retineat. Per.

Postcommunio.

PUrificent nos quesumus omnipotens et misericors deus sacramenta que sumpsimus et presta : ut hoc corporis tui sacramentum non sit nobis reatus ad penam. set intercessio salutaris ad ueniam. sit ablucio scelerum. sit fortitudo fragilium. sit contra omnia mundi pericula firmamentum. sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Qui uiuis.

Missa generalis oracio.

SAncte dei genitricis perpetue uirginis marie et beatorum omnium celestium uirtutum. sanctorum quoque patriarcharum. prophetarum. apostolorum. martirum. confessorum uirginum atque omnium simul sanctorum quesumus omnipotens deus meritis ac precibus placatus. tribue nobis misericordiam tuam et da populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem et pacem. repelle a nobis hostem et famem et pestem et omnem inmundiciam. da nobis in tua/ uirtute [fo. 330. constanciam et fortitudinem. inmitte hostibus nostris formidinem et inualitudinem retribue omnibus nobis bona facientibus uite eterne beatitudinem. da inimicis nostris et persequentibus nos recognicionem et indulgenciam. concede infirmis nostris ueram corporis et anime sanitatem defunctis nostris et omnibus in christo quiescentibus remissionem omnium peccatorum et requiem sempiternam. Per.

Secretum.

IN conspectu magestatis tue quesumus omnipotens deus intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis oblaciones nostre et preces acceptabiles fiant. et tua propiciacione ueniam nobis et pacem tribue. hostem famem et pestem et omnem inmundiciam a nobis repelle. fidem spem et caritatem nobis largire. defensione tua nos semper circumtege. hostium nostrorum superbiam et uirtutem contere. omnibus

nobis bona facientibus gracie tue habundanciam retribue. discordantes ad pacis bonum conuerte. infirmos nostros perfecte saluti restitue. defunctis nostris requiem concede. et omnibus fidelibus tuis uitam sempiternam largire. Per eundem.

Postcommunio.

PEr huius sacramenti misterium atque uirtutem quesumus domine deus noster omnipotens beata maria semper uirgine et omnibus sanctis tuis intercedentibus uiciorum nostrorum macule deleantur et preces nostre in conspectu magestatis tue acceptabiles inueniantur. populus tuus a peccatis et uiciis et hostibus liberetur et fidei rectitudine roboretur hostium nostrorum superbia et fortitudo proteratur. pestilencia et fames et omnis inmundicia procul pellantur bona nobis facientibus gracie tue habundancia repleantur. discordantes in fraternam pacem reuocentur. infirmi nostri integre sanitati restituantur. et omnes fideles tui uitam perpetuam adipisci mereantur. Per.

Pro uiuis atque defunctis oracio.

SAnctorum tuorum intercessionibus quesumus domine et nos protege et famulis et famulabus tuis quorum commemoracionem agimus. uel quorum elemosinas recepimus. seu eciam hiis qui nobis familiarite[1] iuncti sunt misericordiam tuam ubique pretende. ut ab omnibus inpugnacionibus defensi. tua opitulacione saluentur. et animas famulorum famularumque tuarum omnium/uidelicet [fo. 330. b. fidelium catholicorum ortodoxorum quorum commemoracionem agimus. et quorum corpora in hoc monasterio uel in cunctis cimiteriis fidelium requiescunt et quorum nomina super sanctum altare tuum ascripta esse uidentur. electorum tuorum iungere digneris consorcio. Per.

[1] *sic.*

Secretum.

PRopiciare domine supplicacionibus nostris et has oblaciones quas pro incolumitate famulorum famularumque tuarum. et pro animabus omnium fidelium catholicorum orthodoxorum quorum nomina super sanctum altare tuum ascripta esse uidentur nomini tuo consecrandas deferimus benignus assume. ut sacrificii presentis oblacio. ad refugium animarum eorum. te miserante perueniant. Per.

Postcommunio.

PUrificent nos quesumus domine et diuini percepcio sacramenti et gloriosa sanctorum tuorum oracio et animabus famulorum famularumque tuarum quorum commemoracionem agimus remissionem cunctorum tribue peccatorum. Per.

Alia missa generalis. Oracio.

OMnium sanctorum intercessionibus quesumus domine gracia tua nos protegat et cunctis coniunctis nobis oracione uel confessione. consanguinitate aut familiaritate et pro quibus pro-

misimus uel obnoxii sumus orare. et christianis omnibus uiuentibus atque defunctis misericordiam tuam ubique pretende ut uiuentes ab omnibus inpugnacionibus sint tua opitulacione defensi. et defuncti remissionem mereantur suorum accipere peccatorum. Per.

Secretum.

OBlacionibus nostris domine propicius intende. et ob tuorum omnium sanctorum honorem ueniam nobis tribue peccatorum et cunctis coniunctis nobis oracione uel confessione. consanguinitate. aut familiaritate. et pro quibus promisimus uel obnoxii sumus orare et christianis omnibus uiuentibus atque defunctis hec presens libacio et presentis uite subsidia. et future premia eterna adquirat. Per.

Postcommunio.

HEc sacrificia que sumpsimus domine meritis et intercessionibus omnium sanctorum nobis ad salutem proficiant et cunctis coniunctis nobis oracione uel confessione. consanguinitate aut familiaritate. et pro quibus promisimus uel obnoxii sumus orare et christianis omnibus uiuentibus atque defunctis te fauente eterna ac tempo/ralia premia [fo. 331 benigne adquirant.

Altera missa generalis. Oracio.

DEus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis atque lapsorum subleuator inenarrabilis. fac nos famulos tuos sancte dei genitricis semperque uirginis marie et omnium sanctorum tuorum ubique tuere presidiis necnon familiaritate atque consanguinitate nobis coniunctis. et omni populo christiano cunctis insidiis fallacis inimici depulsis concede ad celestem patriam redeundi aditum ac defunctorum omnium fidelium sacri baptismatis unda renatorum animabus quiete perfrui sempiterna. Per eundem.

Secretum.

HOstias domine quas tibi offerimus propicius suscipe et nos famulos tuos nec non familiaritate atque consanguinitate nobis coniunctos omnemque populum christianum ab omni prauitate defende cunctis que fidelibus defunctis eternam requiem propicius largire. Per.

Postcommunio.

MEnse celestis participacione refecti quesumus domine deuocionem nostram amore seruitutis tue corroborari cunctos que nobis carnali propinquante ac familiari dilectacione. ascitos atque uniuersum populum sacri baptismatis unda perfusum. tui fulciri munimine. omnibus que fidelibus uiuis ac defunctis eternam requiem et lucem concede propicius. Per.

Missa pro seipso. Oracio.

OMnipotens sempiterne deus qui me peccatorem sacris altaribus astare uoluisti. et sancti nominis tui laudare potenciam. concede queso per huius sacramenti misterium meorum michi ueniam peccatorum. ut tue magestati digne ministrare merear. Per.

INSTITUTE OF MEDIAEVAL S

1185

Secretum.

DEus qui te precipis a peccatoribus exorari. tibique sacrificium contriti cordis offerri. hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero acceptare dignare ut et ipse tibi hostia et sacrificium esse merear miseratus concede: quo per ministerii huius exhibicionem peccatorum omnium percipiam remissionem. Per.

1186

Postcommunio.

AUres tue pietatis mitissime deus inclina precibus meis. et per huius diuini sacramenti. carnis et sanguinis domini nostri ihesu christi filii tui quod indignus sumpsi misterium. gracia sancti spiritus illumina cor meum. ut tuis misteriis digne ministrare. teque eterna caritate diligere. et sempiterna gaudia percipere merear. Per eundem./

[fo. 331. b.

[fo. 332 blank on both sides.]

INcipit [1]*ordo professionis faciende. Lecto euuangelio ad missam antequam pronuncietur.* Credo in unum. *uel* Dominus uobiscum. *si credo non dicatur. introducatur nouicius*[2] *conuersus ad magnum altare frocco indutus absque cuculla: sua*[3] *in manu deferens scriptam professionem. et prosternat se ante gradus altaris super tapetum quod ibidem preponi debet. abbate cum uenire cepit. ps.* Miserere mei deus. *submissa uoce inchoante. qui ab utroque choro prosequatur. quo finito cum* Gloria patri. *erigat se nouicius atque ad altare accedens. professionem suam legat in hunc modum.*

EGo frater N. sacerdos. uel dyaconus. uel conuersus. promitto stabilitatem meam et conuersionem morum meorum et obedienciam secundum regulam sancti benedicti. coram deo. et sanctis eius in hoc monasterio quod est constructum in honore beati petri apostolorum principis. in presencia domini .N. abbatis.

Hoc dicto cedulam professionis super altare offerat. atque super eam signum sancte crucis cum incausto faciat. eamque postea domino Abbati cum genufleccione commendet. dexteram eius manum interim osculando. Quo facto redeat ad locum ubi prius prosternebatur et flectens suppliciter genua uersus altare dicat deuotissime cum curta uenia medietatem huius ℣. Suscipe me domine secundum eloquium tuum et uiuam. *Atque insurgendo alteram dimidietatem.* Et non confundas me ab expectacione mea. *Quo dicto repetatur ab omnibus. et sic fiat usque tercio. et subiungatur.* Gloria patri. *Que dum dicitur faciat nouicius ante et retro circumductum. ita uidelicet ut ibi perficiatur ubi incipiebatur. Quo facto ad benediccionem suscipiendam confestim se prosternat choro post.* Gloria patri *protinus subiungente.* Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. *Et postquam pronunciauerit abbas.* Et ne nos. *continuo subinferat ps.* Domine quis habitabit. Dominus regit.[1] Domini est terra. *Qui a choro dicantur. et cum.* Gloria patri *terminentur. Deinde dicat| abbas* ℣. Saluum fac seruum[2] [fo. 333. tuum.[3] Mitte ei[4] domine auxilium de sancto. Nichil proficiet inimicus in eo.[4] Esto ei[4] domine [5]turris fortitudinis.[5] Domine exaudi oracionem. Dominus uobiscum.

Oraciones sequentes[6] *per modum leccionis plane dicantur. Que dum proferuntur nouicius debitis horis magistro suo hoc eidem suggerente nomen suum secrecius intra se pronunciando specificet.*

Oracio.

DEus indulgencie pater qui seueritatem tue districcionis

[1] The text from this point to col. 1212 is collated with Rawl. C. 425 in the Bodleian Library at Oxford, beginning on fo. 83. b. of the MS. The variations are noted under the symbol O.

[2] *om.* O.

[3] *suam:* O.

[1] me: *add.* O.

[2] seruos: *written above line.*

[3] tuos: *written above line.*

[4] eis: *written above line.*

[5]—[5] *om.* O.

[6] *subsequentes:* O.

temperans indulsisti. ne filius portet iniquitatem patris. et qui mira dispensacione eciam malis bene utens. tue dignationis graciam per eos frequenter operaris: quesumus inmensam clemenciam tuam. ut huic[1] famulo[2] tuo[3] .N. non obsistat quod habitum religionis per nos tanta ac tali re indignos accipit.[4] sed ministerium quod exterius per nos exhibetur. tu interius per donum sancti spiritus exequaris. Per dominum. In unitate eiusdem.

Oremus.

DEus qui per coeternum filium tuum cuncta creasti. quique mundum peccatis inueteratum. per misterium sancte incarnacionis eius renouare dignatus es: te suppliciter exoramus. ut eiusdem domini nostri gracia super hunc[5] famulum[6] tuum[7] abrenunciacionem seculi profitentem[8] clementer respicere dignetur. per quam in spiritu sue mentis renouatus.[9] ueterem hominem cum suis actibus exuat.[10] et nouum qui secundum deum creatus est induere mereatur.[11] Per eundem.

Oremus.

DOmine ihesu christe qui es uia sine qua nemo uenit ad patrem. quesumus benignissimam clemenciam tuam. ut hunc[1] famulum[2] tuum[3] a carnalibus desideriis obstractum.[4] per iter discipline regularis deducas. et qui uocare dignatus es dicens. uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego uos reficiam: presta ut hec uox inuitacionis tue ita in eo[5] conualescat. quatinus peccatorum onera deponens.[6] et quam dulcis es gustans.[7] tua refeccione sustentari mereatur.[8] et sicut attestari de tuis ouibus dignatus es: agnosce eum[9] inter oues tuas. et ipse[10] te agnoscat[11] ut alienum non sequatur[12] sed te./ neque [fo. 333. b. audiat[13] uocem alienorum sed tuam qua dicis qui michi ministrat. me sequatur. Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas. deus. Per omnia secula seculorum.[14]

Dictis hiis tribus collectis abbas conuersus ad altare hunc ympnum moderata uoce incipiat. *Ueni creator spiritus.* *quem cum inchoauerit tam ipse quam ceteri omnes* [15]*genuflectant continuo.*[15]

[1] hiis: *written above line.*
[2] famulis: *written above line.*
[3] tuis: *written above line.*
[4] accipiunt: *written above line.*
[5] hos: *written above line.*
[6] famulos: *written above line.*
[7] tuos: *written above line.*
[8] profitentes: *written above line.*
[9] renouati: *written above line.*
[10] exuant: *written above line.*
[11] mereantur: *written above line.*

[1] hos: *written above line.*
[2] famulos: *written above line.*
[3] tuos: *written above line.*
[4] obstractos: *written above line.* abstractum *and* abstractos: O
[5] eis: *written above line.*
[6] deponentes: *written above line.*
[7] gustantes: *written above line.*
[8] mereantur: *written above line.*
[9] eos: *written above line.*
[10] ipsi: *written above line.*
[11] agnoscant: *written above line.*
[12] sequantur: *written above line.*
[13] audiant: *written above line.*
[14] amen: *add.* O.
– Musical notes above these words in W.[1] and O. which words in O. are inserted immediately after *ympnum.*
[15]—[15] *continuo genuflectant:* O.

Et ympnus [1]*ab utroque choro usque ad finem*[1] *deuote ac sollempniter prosequatur. ad cuius finem subiungat abbas.* Oremus. *absque* Dominus uobiscum. *atque legendo ut prius dicat oracionem.*

SAncte spiritus qui te deum ac dominum reuelare dignatus es mortalibus. inmensam tue pietatis graciam postulamus. ut sicut ubi uis spiras. sic et huic[2] famulo[3] tuo[4] affectum deuocionis indulgeas. et quoniam tua sapiencia [5]conditus est.[5] tua quoque prouidencia gubernetur.[6] quem[7] iuxta tibi consuetam graciam unccio tua de omnibus doceat per intercessionem beati benedicti quem precipuum huius sancte institucionis legis latorem dedisti. nec non et aliorum sanctorum ad quorum nomina peticionem facit[8] eum[9] a uanitate seculi ueraciter conuerte. et sicut es omnium peccatorum remissio. deprimentes impietatis obligaciones in eo[10] dissolue. et ad seruandam sancti huius propositi normam fac eum[11] certatim feruere. in tribulacionibus. in angustiis. ut tua indeficienti consolacione ualeat[12] respirare. et iuste. et pie. per ueram humilitatem atque obedienciam in fraterna caritate fundatus.[1] quod te donante promittit.[2] felici perseuerancia compleat.[3] Quod ipse prestare digneris. qui cum deo patre. sanctoque unigenito filio[4] eius domino nostro ihesu christo uiuis et gloriaris deus per omnia secula seculorum.

Finita hac oracione erigat se primum nouicius. et stante illo detur benediccio super cucullam sic. Dominus uobiscum.

Oremus.[5]

DOmine ihesu christe qui tegimen nostre mortalitatis induere dignatus es. obsecramus inmensam tue largitatis habundanciam in[6] hoc genus uestimenti quod sancti patres nostri ad innocencie uel humilitatis indicium/ abrenunciantibus [fo. 334. seculo ferre sanxerunt. ut[7] ita bene✠dicere digneris. ut hic[8] famulus[9] tuus[10] qui hoc usus fuerit[11] te induere mereatur.[12] Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum.[13]

Post hanc benediccionem aspergatur aqua benedicta cuculla et incensetur. Quo facto : cedat[14] *nouicius ad abbatem ad exuendum habitum secularem genuflectens*

[1]—[1] *usque ad finem ab utroque choro simul :* O.
[2] hiis : *written above line.*
[3] famulis : *written above line.*
[4] tuis : *written above line.*
[5]—[5] conditi sunt : *written above line.*
[6] gubernentur : *written above line.*
[7] quos : *written above line.*
[8] faciunt : *written above line.*
[9] eos : *written above line.*
[10] eis : *written above line.*
[11] eos : *written above line.*
[12] ualeant : *written above line.*

[1] fundati : *written above line.*
[2] promittunt : *written above line.*
[3] compleant : *written above line.*
[4] filo : O.
[5] *om.* O.
[6] ut : *added in later hand* O.
[7] erased in O.
[8] hii : *written above line in* O.
[9] famuli : *written above line.*
[10] tui : *written above line.*
[11] fuerint : *written above line.*
[12] mereantur : *written above line.*
[13] Amen : *add.* O.
[14] *accedat :* O.

ante eum et dum deponitur froccus dicat abbas.

Exuat te dominus ueterem hominem cum actibus suis.

Atque dum induitur cuculla subiungat.

Induat te dominus nouum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate ueritatis.

Ad utrumque respondeant audientes. Amen. *atque confestim abbas capud nouicii capicio*[1] *cooperiens. osculetur. et cum ad locum pristinum reuersus fuerit. prosternat se continuo tectum sic habendo capud. incipiatque abbas alciori uoce antiphonam.* *Beati eritis.* *que usque ad finem a choro prosequatur. atque expleta antiphona. subinferat abbas* Dominus uobiscum.

Oracio.[2]

DEus misericors. deus clemens. deus cui cuncta bona placent. sine quo nichil sanctum inchoatur. nichil que bonum perficitur. assint nostris humillimis precibus tue pietatis aures et hunc[3] famulum[4] tuum[5] cui[6] in tuo sancto nomine sacre religionis habitum imposuimus. a mundi impedimento uel seculari desiderio defende. et concede ei[7] ut in hoc sancto proposito

[1] *caputio :* O.
– Musical notes above these words in W.[1] and O.
[2] *om.* O.
[3] hos : *written above line.*
[4] famulos : *written above line.*
[5] tuos : *written above line.*
[6] quibus : *written above line.*
[7] eis : *written above line.*

deuotus[1] persistat.[2] et remissione peccatorum percepta. ad electorum tuorum peruenire ualeat[3] consorcium. Per dominum.

Finita hac oracione aspergatur aqua benedicta nouicius atque incensetur. Et postea surgens a singulis altaris ministris. et a capellano abbatis atque a suo deosculetur magistro.

Deinde per chorum ducatur ad osculandum omnes fratres per ordinem nisi forte aliqui manserint[4] *minime professi. quia hos proculdubio osculari non debet.*

Sed post abbatem ad altaris ministros et magistrum suum incipiatur. Abbas uero si diei conueniat. Credo in unum *protinus subiungat. et conuersus cum thuribulo in chorum atque subdyaconus cum texto nouicium antecedant. Et siue*/ [fo. 334. b. Credo *ad missam dicatur siue non. conuersus semper cum thuribulo. et dyaconus cum texto nouicium antecedent nisi fortasse in iii leccionibus hoc fieri contingat. et capa ad missam in choro non fuerit. Si autem dies talis est quod* Credo in[5] *dici non debeat. pronuncietur* Dominus uobiscum. *atque* Oremus. *et faciat tunc nouicius oblacionem. priusquam ducatur ad osculandum fratres in choro.*

Sicque suscepto pacis osculo prius ab abbate et altaris ministris deinde a ceteris fratribus exceptis minime professis si super-

[1] deuoti : *written above line.*
[2] persistant : *written above line.*
[3] ualeant : *written above line.*
[4] *supermanserint :* O.
[5] unum : *add.* O.

fuerint ut premissum est. et facta oblacione[1] *quam*[2] *abbas expectare debet si* Credo *ad missam dicatur. donec conuentum osculatus fuerit. ultimus in choro collocetur. et usque ad iii diem cum summo silencio in albis permaneat.*

Uerumptamen. si aliqui superfuerint ad professionem regulariter agendam nondum experti tunc iste iam professus non in ultimo loco. sed in ordine sue conuersionis in choro existat atque in refectorio recumbat nisi cum conuentus ad missam in capis fuerit aut in albis. tunc eo quod non induitur. ultimus omnium in choro collocetur.

Per duos dies ad magnam missam. et iii die ad missam priuatam dum dicitur offertorium oblacionem in corpus et sanguinem domini cum consecrandam faciat. generali confessioni sacerdotis intersit. pacem recipiat. atque communionem corporis et sanguinis christi sincera deuocione sumat. Sed et ante communionem sanctam cotidie generalem [3]*agat magistro suo*[3] *confessionem. nec non et priuatam. si eum consciencia in aliquo deprehenderit. et postquam communicauerit ad pristinum locum reducatur.*

Tercio namque die ad pacem misse auferet ei prior cucullam a capite summo mane ubicumque missam celebrauerit nisi magnam missam ipsa die celebraturus sit uel cantare non possit aut noluerit. tunc a subpriore fiat. uel ab alio ordinis custode.

Uerumptamen si de cella fuerit nouicius et non de ecclesie gremio si forte in dormitorio ordinate ut moris est aliquo obsistente impedimento iacere non possit. consueuit eum abbas ante communionem prima die dato pacis osculo ad missam dealbare.| [fo. 335.

Explicit de professione monachorum.

[1] *ad: add.* O.
[2] *faciendam: add.* O.
[3] –[3] *magistro suo agat:* O.

Incipit professio siue consecracio monialium. que in diebus sollempnibus taliter est facienda. Moniales deo dicande priusquam legatur epistola ante altare ueniant indute uestibus albis cantantes ℞. *Audiui uocem de celo uenientem uenite omnes uirgines sapientissime. oleum recondite in uasis uestris dum sponsus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit. Oleum.*

Hoc cantu finito habitum religionis cum uelis propriis manibus portabunt ad pedes abbatis ponent. que ipse absque Dominus uobiscum. *et* Oremus. *plane legendo sic benedicet.*

DEus eternorum bonorum fidelissime promissor. certissime persolutor qui uestimentum salutare et indumentum eterne iocunditatis tuis fidelibus promisisti. clemenciam tuam suppliciter exoramus: ut hec indumenta humilitatem cordis et contemptum mundi significancia. quibus famule tue sancto uisibiliter sunt informande proposito propicius benedicas. ut beate castitatis habitum quem te aspirante suscipiunt te protegente custodiunt. Per.

Oracio.

DOmine deus bonarum uirtutum dator. et omnium benediccionum largus infusor. te obnixis precibus deprecamur: ut has uestes bene✠dicere[1] et sancti✠care[1] digneris: quas famule tue pro indicio cognos-

- Musical notes above these words in O.

[1] O. omits these crosses.

cende religionis uolunt induere. ut inter reliquas feminas tibi cognoscantur dicate. Per.

Tunc aqua benedicta desuper aspersa de eis abbas castitatis et uirginitatis uestimentum. et tantum uelamen apud se faciat retineri dicens.

ACcipe mulier uestimentum quod perferas sine macula ante tribunal domini nostri ihesu christi cui flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus. per omnia secula seculorum. amen.

Tunc uadant in uestiarium ad sacrarium. et induant se uestimento benedicto atque post euuangelium et Credo. *ueniant| in chorum cum cereis arden-* [fo. 335. b. *tibus cantantes.*

℞. **AMo christum in cuius thalamum introiui cuius mater uirgo est cuius pater feminam nescit cuius michi organa modulatis uocibus cantant. Quem cum amauero casta sum. cum tetigero munda sum. cum accepero uirgo sum. ℣. Mel et lac ex eius ore suscepi. et sanguis eius ornauit genas meas. Quem.**[1]

Uidua uero non portet cereum accensum.

Tunc abbas manu eas aduocans tercio dicat antiphonam. *Uenite. uenite. uenite filie audite me timorem domini docebo

- Musical notes above these words in O.

[1] cum: *add.* O.

- Musical notes above these words.

uos.* *Et ipse tercio.* **Et nunc sequimur te in toto corde. et timemus te.**

Qualibet uice paululum progredientes usque ad gradus altaris. tunc prosternat se abbas cum ministris ante altare. et mulieres stent[1] *retro abbatem. et cantetur festiue hec letania a duobus monachis choro respondente. Abbas uero et ministri eius cantent interim septem*[2] *psalmos penitenciales.*

Kyrieleyson. Christeleyson Christe audi nos. Pater de celis deus: miserere nobis. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. Spiritus sancte deus miserere. Sancta Trinitas unus deus. miserere nobis.

Sancta Maria. ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix. ora[3]

Sancta Uirgo uirginum. ora[3]

Sancte Michael. ora[3]

Sancte Gabriel. ora[3]

Sancte Raphael. ora[3]

Omnes sancti Angeli et archangeli orate pro nobis.

Sancte Iohannes Baptista. ora[3]

Omnes sancti patriarche et prophete orate.[3]

Sancte Petre ii.[4] ora[3]

Sancte Paule. ora[3]/ [fo. 336.

Sancte Andrea. ora[3]

– Musical notes above these words in O.

[1] *genua flectant*: written between lines in O.

[2] *.vi.*: O.

– Musical notes above these words in W.[1] but in O. the notes continue through the whole of the litany to the end of the second *Kyrieleison.*

– Musical notes above these words in W.[1]

[3] pro nobis: *add.* O.

[4] *om.* O.

Sancte Iacobe. ora[1]

Sancte Iohannes euuangelista. ora[1]

Sancte Philippe. ora[1]

Sancte Bartholomee. ora[1]

Sancte Mathee. ora[1]

Sancte Thoma. ora[1]

Sancte Marce.[2] ora[1]

Sancte Luca. ora[1]

Omnes sancti apostoli et euuangeliste. orate[1]

Omnes sancti innocentes. orate[1]

Sancte Stephane. ora[1]

Sancte Edmunde. ora[1]

Sancte Laurenti. ora[1]

Sancte Uincenti. ora[1]

Sancte Thoma. ora[1]

Omnes sancti martires. orate[1]

Sancte Edwarde. ora[1]

Sancte Martine. ora[1]

Sancte Ambrosi. ora[1]

Sancte Nicholae. ora[1]

Sancte Augustine. ora[1]

Sancte Gregori. ora[1]

Sancte Benedicte. ora[1]

Omnes sancti confessores. orate[1]

Sancta Maria magdalena. ora[1]

Sancta Agatha. ora[1]

Sancta Agnes. ora[1]

Sancta Katerina. ora[1]

Sancta Cecilia. ora[1]

Sancta Margareta. ora[1]

Omnes sancte uirgines. orate[1]

Omnes sancti orate pro nobis.

*Propicius esto. parce nobis domine.

Ab omni malo. libera nos domine.*

Ab insidiis dyaboli. libera.[3]

Ut dompnum apostolicum et omnes [4]et omnes[4] gradus ecclesie

[1] pro nobis: *add.* O.

[2] marthe: O.

* Musical notes above these words in W.[1]

[3] nos domine: *add.* O.

[4]—[4] *om.* O.

custodire et conseruare digneris. Te rogamus. audi nos.

Et [1]inter cetera dicatur[1] ab abbate ter.

*Ut sorores nostras benedicere et in uera religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut sorores nostras benedicere et sanctificare et in uera religione conseruare digneris. Te* rogamus audi nos./ [fo. 336. b.

Ut sorores nostras benedicere et sanctificare et consecrare digneris. Te rogamus.[2]

Ut regi nostro et principibus nostris[3] pacem et uictoriam donare digneris. Te rogamus.[2]

Ut congregaciones omnium sanctorum in tuo sancto seruicio conseruare digneris. Te rogamus.[2]

Ut cunctum populum christianum precioso sanguine tuo redemptum conseruare digneris. Te rogamus.[2]

Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. Te rogamus.[2]

Ut cunctis fidelibus defunctis requiem eternam dones. Te rogamus.[2]

Ut nos exaudire digneris.[4] Te rogamus.

*Fili dei. Te rogamus audi nos.

Agnus dei qui tollis peccata mundi. parce nobis domine.*

Agnus dei qui tollis peccata mundi. exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrieleison. Christeleyson. Kyrieleyson.

Post letaniam surgens abbas incipiat festiue ympnum.[1] *Ueni creator spiritus.* *Quo finito: surgentes mulieres ueniant ad abbatem cantantes antiphonam.*

Ancilla christi sum ideo me ostendo seruilem personam.

Abbas dicat antiphonam istam.

Summa ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur.

Postea ponat abbas uelamina super capita mulierum. dicens.

Accipe mulier christi uelamen castitatis. et continencie indicium. per quod spiritus sanctus superueniat in te. et uirtus altissimi sit tibi umbraculum contra estum/ malarum tempta-[fo. 337. cionum. Prestante eodem domino nostro ihesu christo. qui uiuit et regnat cum patre in unitate eiusdem spiritus sancti deus. Per [2]omnia secula seculorum.[2]

Uidua uero sumat uelamen suum de altari. et propriis manibus imponat capiti suo. Tunc omnes mulieres simul una uoce dicant hanc antiphonam.

Induit me dominus ciclade auro texta. et inmensis monilibus ornauit me.

[1]—[1] *dicatur inter cetera:* O.
— Musical notes above these words in W.[1]
[2] audi nos: *add.* O.
[3] et: *add.* O.
[4] *om.* O.

— Musical notes above these words in W.[1] and O.
[1] *om.* O.
— Musical notes above these words in O.
[2]—[2] *omit.* O.

INSTITUTE OF MEDIAEVAL S... ST. MICHAEL'S

Postea faciant omnes mulieres professionem hanc in cedula scriptam.

EGo soror .N. promitto stabilitatem meam et conuersionem morum meorum et obedienciam coram deo et omnibus sanctis eius secundum regulam sancti Augustini in hoc loco qui est constructus in honorem sancti iohannis baptiste in presencia dompni .N. abbatis.

Quam cum perlegerint manu propria signum crucis apponant. et super altare offerant. Quam abbas recipiat. et seruandam tradat. Tunc professe stantes ante altare dicant tercio hunc ℣. Suscipe me[1] domine secundum eloquium tuum et uiuam et non confundas me ab expectacione mea.

Quod tercio repetatur ab omnibus et in fine dicatur. Gloria patri. *postea.* Kyrieleyson Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster.

Interim professe prosternant se coram altari abbas dicat. Et ne nos. *sequitur. ps.* Domine quis habitabit. *Abbas.* Saluas fac ancillas tuas. Mitte eis domine auxilium de sancto. Domine exaudi. Dominus uobiscum.

Oracio.

REspice domine propicius super has famulas tuas ut castitatis sancte propositum quod inspirante te susceperunt. te gubernante custodiant. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus.

[1] *om.* O.

PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gracias aga/mus do- [fo. 337. b. mino deo nostro. Dignum et iustum est.

UEre dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gracias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Castorum corporum benignus habitator. et incorruptarum amator animarum. Deus qui humanam substanciam in primis hominibus dyabolica fraude uiciatam ita in uerbo tuo per quod omnia facta sunt reparas. ut eam non solum ad prime originis innocenciam reuoces. sed eciam ad experienciam quorundam bonorum que in nouo seculo sunt habenda perducas. et obstrictos adhuc condicione mortalium. iam ad similitudinem prouehas angelorum. Respice/ propicius super has [fo. 338. famulas que in manu tua continencie sue propositum collocantes tibi deuocionem suam offerunt a quo et ipse uotum assumpserunt. Quando enim animus mortali carne circumdatus. legem nature. libertatem licencie. uim consuetudinis. et stimulos etatis euinceret. nisi tu per liberum arbitrium hunc amorem castitatis clementer accenderes : tu hanc cupiditatem in earum cordibus benignus aliceres.[1] tu fortitudinem ministrares. Effusa namque in omnes

— Musical notes above these words in W.[1] and O.

[1] alires : O. *altered to* aleres : du[bium] *added in margin.*

gentes gracia tua ex omni nacione que est sub celo in stellarum innumerabilem numerum noui testamenti heredibus adoptatis inter ceteras uirtutes quas filiis tuis non ex sanguinibus/ neque ex uoluntate [fo. 338. b. carnis sed de tuo spiritu genitis indidisti eciam hoc donum in quasdam mentes de largitatis tue fonte defluxit. Ut cum honorem nupciarum nulla interdicta iniuissent.[1] ac super sanctum coniugium tua benediccio permaneret : existerent tamen sublimiores anime que in uiri ac mulieris copula fastidirent connubium : concupiscerent sacramentum. Non hoc concupiscerent quod habet mortale connubium. si hoc eligerent quod promittit diuinum christi ecclesieque sacramentum. Nec imitarentur quod nupciis agitur : sed diligerent quod nupciis prenotatur. Agnouit auctorem suum beata uirginitas. et emula integritatis angelice illius/ thalamo. [fo. 339. illius cubiculo se deuouit qui sit[2] perpetue uirginitatis sponsus est. quemadmodum perpetue uirginitatis est filius. Implorantibus ergo auxilium tuum domine et confirmari se benediccionis tue consecracione capientibus[3] da proteccionis. tue munimen et regimen. ne hostis antiquus qui excellenciora studia subtilioribus infestat insidiis ad obscurandum perfecte continencie palmam per aliquam mentis serpat incuriam. et rapiat de proposito uirginum quod eciam moribus decet inesse

[1] *sic et* O.
[2] *sic* W.[1] *but in* O. sit *altered into* sic.
[3] cupientibus : O.

nuptarum. Sit in eis domine per donum spiritus sancti tui prudens modestia. sapiens benignitas. grauis lenitas. casta libertas. In caritate ferueant. et nichil extra/ te dili- [fo. 339. b. gant. laudabiliter uiuant. laudari que non appetant. Te in sanctitate corporis. te in anime sue puritate glorificent. amore te timeant. amore tibi seruiant. Tu eis honor sis. tu gaudium. tu uoluntas tu in merore solacium. tu in ambiguitate consilium. Tu iniuria defensio. in tribulacione paciencia. in paupertate habundancia in ieiunio cibus. in infirmitate medicina. In te habeant omnia quem diligere appetunt super omnia. et quod sunt professe custodiant scrutatori pectorum non corpore placiture sed mente. Transeant in numerum sapiencium puellarum. et celestem sponsum accensis lampadibus cum oleo preparacionis expectent. Nec turbate de inprouiso regis ad/uentu. [fo. 340. sed secure cum lumine et precedencium uirginum choro iocanter occurrant. Et ne excludantur cum stultis. regalem ianuam cum sapientibus uirginibus licenter introeant. et in agni tui perpetuo comitatu probabiles mansura castitate permaneant.* *Sine nota.* Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti. deus. Per.[1]

Benediccio anuli.

CReator et conseruator humani generis. dator gracie spiritualis. largitor eterne salutis.

[1] *om.* O.

tu domine mitte benediccionem tuam super hos anulos ut que illos gestauerint. sint armate uirtute celestis defensionis. et proficiant illis ad eternam salutem. Per christum dominum nostrum. amen.

Hic detur anulus.

ACcipe anulum istum in signum fidei ut deo sponso tuo fidem intemeratam in te custodias. In nomine patris. et filii. et spiritus sancti.

Tunc incipiant mulieres hanc antiphonam una uoce.

Anulo suo subarrauit me dominus meus ihesus christus et tanquam sponsam decorauit me corona.

Sequitur oracio.

FAmulas tuas quesumus domine gracia tua semper benedicat. et inculpabiles ad uitam [1]eternam perducat.[1] Per christum.

Tunc mulieres dicant antiphonam.

IPsi sum desponsata cui angeli seruiunt cuius pulcritudinem sol et luna mirantur.

Sequitur oracio.

TE inuocamus domine sancte pater omnipotens eterne deus super has famulas tuas que tibi uouerunt seruire pura mente. mundo que corde ut eas sociare digneris inter illa centum quadraginta quatuor milia/ qui uirgines permanserunt. [fo. 340. b. et se cum mulieribus non coinquinauerunt. in quorum ore dolus inuentus non est. ita et has famulas tuas facias permanere inmaculatas usque in finem per inmaculatum dominum nostrum ihesum christum. cum quo uiuis et regnas deus in unitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum amen.

Postea abbas missam peracturus conuertens se ad populum dicat Dominus uobiscum. *sequitur.* Oremus. *cantor incipiat* [1]*offertorium. Sed prius dicatur.* Credo. *si diei conueniat.*[1] *Tunc mulieres committentes alicui cereos offerant ad manus abbatis oblacionem panis et uini unde post missam communicentur. Et redientes accipiant cereos et stent*[2] *inclinate usque dum communicent et missa finiatur.*[3] *Post missam uero cereos ad altare offerant. accedant que ad abbatem*[4] *attrahat uelamina super oculos earum ipsas benedicens. Uidua uero attrahat suum uelamen propriis manibus et discedant cantando.* ℟.

REgnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi. propter amorem domini mei ihesu christi. Quem uidi quem amaui quem credidi quem dilexi. ℣. Eructauit cor meum uerbum bonum dico ego opera mea regi. Quem.[5]

[6]*atque in choro ultime collocentur. et usque ad diem tercium cum*

— Musical notes above these words in O.

[1]—[1] perducat eternam : O.

[1]—[1] *officium* : O.

[2] [in] stacionibus suis in choro parumper: *added in margin* O. *immediately after the* in *of* inclinate *which is divided.*

[3] *ordine suo* : add. O.

[4] *Should* qui *be added?*

— Musical notes above these words in O.

[5] uidi : *add.* O.

[6]—[6] *omit.* O.

summo silencio quasi seculo mortue in albis existant.

Die autem tercio sicut et in iª die oblacionem panis et uini ad missam faciant. atque prior. aut supprior. seu tercius prior si iusserit abbas missam eis celebret ipsa die. qui ad finem misse priusquam eas communicet tam uiduarum uelamina quam uirginum dextra manu eleuans earum facies discooperiat. nichil dicendo. sed signum crucis super eas faciat.

Ideo autem superius dicitur quod in albis existent. quia illa uelamina que eis inponuntur ultra suos oculos usque ad iii diem quasi seculo mortue humiliter ac deuote portabunt sicut quilibet catholice renatus uestem baptismatis que significat stolam primam per totam septimanam habet indutam. uel ideo dicitur in albis quia significat eternam uitam in qua/ utraque stola celitus [fo. 341. *uestientur. id est una cum anime siue mentis beatitudine. eciam carnis gloriam possidebunt.*

Explicit ordo professionis.[6]

Sequitur[1] *benediccio uestimentorum uidue que castitatem fuerit professa.*

Oremus.[1]

Oracio.

UIsibilium et inuisibilium creator deus adesto propicius. ut hec indumenta sanctitatis effigiem ostendencia desuper gracia tua irrigante bene✠dicere[2] et sanctifi✠care[2] digneris. Per.

Oracio.

APeri quesumus domine oculos tue maiestatis ad benedicendam hanc uiduitatis uestem. ut que inordinatis uestibus uiri sui usibus placuit. sacris induta. benediccionis tue graciam mereatur. Per.[1]

Tunc sumat ipsa uelamen et imponat capiti suo.

Benediccio post assumptum uelamen.

COnsolare domine hanc famulam tuam uiduitatis laboribus constrictam sicut consolari dignatus es sareptenam uiduam per helyam[3] prophetam. concede ei pudicicie fructum. ut antiquarum non meminerit uoluptatum. nesciat eciam incenteua uiciorum desideria. ut soli tibi subdat propria colla quo possit pro laboribus tantis sexagesimo gradu percipere munus delectabile sanctitatis. Per.

Oremus.

FAmulam tuam quesumus[1] domine tua custodia mu-

[1] *om.* O.
[2] *om. crosses* O.
[3] heliam : *added in m.* W.[1]

1211

niat pietatis. ut uiduitatis sancte propositum quod te inspirante suscepit te protegente semper

1212

illesum custodiat. Per dominum nostrum./[1] [fo. 341. b.

[1] ihesum christum filium tuum qui tecum : *add.* O. Here the collation of O. ends.

Qualiter mulieres seculo renunciantes a sacerdote uelari solent.

UIrgines siue uidue que moniales fieri debent. et canonice post complecionem anni probacionis sue professionem facere sollempnem. Die quo in capitulo suam fecerint peticionem et a loci abbatissa siue priorissa pro more illius cenobii sunt recepte: usque in ecclesiam processionaliter et directe ante magnum ducentur altare. et coram illo super tapetum illius rei causa ibidem prelocatum humiliter se prosternent atque tunc continuo sacerdos qui uelamina imponet eisdem psalmos inchoabit penitenciales. quos cum suis ministris ante gradus altaris stando prosequetur. Finitoque primo psalmo eisdem intimabit ut erigant se. Et tunc accedens priorissa ac due secum uel tres moniales ducent eas in uestiarium. ut ibi illas tondeant prout moris est. et exuere faciant uestem secularem. atque nouam induere regularem earum tantummodo uelaminibus super altare interim dimissis. Ad finem uero psalmorum subiungetur ℣. Ne reminiscaris. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. *atque tunc reducantur neophite honeste indute et ante predictum altare suppliciter genuflectant. Sacerdos que prelibatus qui erit in suo habitu qualicumque et alba non indutus. sed stola tantum collo eius prius imposita subinferat.* Et ne nos. Saluam fac ancillam tuam. Deus meus sperantem. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de syon. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie. Nichil proficiat inimicus in ea. Et filius. Domine exaudi. Dominus uobiscum.

Oracio.

SUscipe quesumus domine hanc ancillam tuam ad te de procella seculi huius. laqueisque dyaboli fugientem. ut a te suscepta. et instanti seculo saluatam. et in futuro secgaudeat[1] a te feliciter numeratam. Per dominum.

Alia oracio.

PResta quesumus domine huic ancille tue renuncianti secularibus pompis gracie tue ianuas aperiri. que despecto dyabolo confugit. sub tutela christi iube uenientem ad te sereno uultu suscipi. ut non de ea ualeat inimicus triumphare. Tribue ei quesumus/ [fo. 342. infatigabile brachium auxilii tui. mentem eius fidei lorica circumda ut felici muro uallata. mundi sese gaudeat euasisse naufragium. Per christum dominum nostrum.

Et quia mulieres habitum religionis admittentes benedici aut consecrari non debent. sed neque earum habitus. aut uelamina usque ad diem qua post annum probacionis sue completum sollempnem agant professionem. sicut nec uiri religionem intrantes consecrari aut eorum habitus benedici maxime ubi fuerit conuentus uel maior congregacio. sacerdos tunc diligenter inquirat utrum quoaduixerint in suo bono proposito abbatisse aut priorisse

[1] *sic.*

preostenso uelint perseuerare. que si responderint Ita domine cum auxilio diuino. *dicat eis ut super altare propriis manibus uelamina sumant. et continuo redeant atque genuflectant. Ipse uero singulis uelaminibus per ordinem manum apponens ea pariter cum eisdem earum imponat capitibus nichil dicendo nisi dicere uelit.* In nomine patris et filii et spiritus sancti. *Sed circumstantes moneat ut pro eis orent ut deus pro sua inmensa pietate bonam det eis perseueranciam atque extensa manu eas benedicens subinferat.*

DOminus ihesus christus sic perficiat in te quod pro eius amore tam deuote promittis. ut eius graciam et uitam eternam habere possis.

Et responso ab omnibus Amen. *subiungat.* Dominus uobiscum.

Oremus.

Oracio.

TU ancillam tuam quesumus domine bonis moribus placatus institue. tu in ea quod placitum est tibi dignanter infunde. et presta ei semper ad te toto corde concurrere. et tibi mente seruire. tuamque misericordiam suppliciter exorare ut digna sit. et tua ualeat beneficia promereri. Per dominum.

Hiis ita peractis non cantetur in earum recessu ab altari ℟. Regnum mundi *usque ad diem qua soliempnis earum fiet professio. sed sub silencio in chorum directe ducantur. et cuiuscumque fuerint etatis siue condicionis. ultime omnium in ordine collocentur. ac postea de regulari disciplina. et qualiter eas in collegio oporteat conuersari diligentissime informentur.*

[FINIS MISSALIS WESTMONASTERIENSIS.]

HARRISON AND SONS, PRINTERS IN ORDINARY TO HER MAJESTY, ST. MARTIN'S LANE.

HENRY BRADSHAW SOCIETY.

List of Works already issued or preparing.

1891. I. MISSALE AD USUM ECCLESIÆ WESTMONASTERIENSIS, fasc. i. Edited by Dr. J. WICKHAM LEGG, F.S.A. 8vo. [Dec. 1891.

III. THE MARTILOGE, 1526. Edited by the Rev. F. PROCTER M.A., and the Rev. E. S. DEWICK, M.A., F.S.A. 8vo. [May, 1893.]

1892. II. THE MANNER OF THE CORONATION OF KING CHARLES I., 1626. Edited by the Rev. CHR. WORDSWORTH, M.A. 8vo. [Dec. 1892.]

IV. THE BANGOR ANTIPHONARIUM. Edited by the Rev. F. E. WARREN, B.D., F.S.A. Part I. containing complete facsimile in collotype, with historical and palæographical introduction. 4to. [Aug. 1893.]

1893. V. MISSALE AD USUM ECCLESIÆ WESTMONASTERIENSIS, fasc. ii. Edited by Dr. J. WICKHAM LEGG, F.S.A. 8vo. [Aug. 1893.]

VI. OFFICIUM ECCLESIASTICUM ABBATUM SECUNDUM USUM EVESHAMENSIS MONASTERII. Edited by the Rev. H. A. WILSON, M.A. 8vo. [Aug. 1893.]

For future years the following Works are in active preparation:

THE BANGOR ANTIPHONARIUM, Part II. containing an amended text with liturgical introduction, and an appendix containing an edition of Harleian MS. 7653. Edited by the Rev. F. E. WARREN, B.D. 4to.

THE WINCHESTER TROPER. Edited by the Rev. W. HOWARD FRERE, M.A. 8vo.

TRACTS OF CLEMENT MAYDESTONE, viz.—
DEFENSORIUM DIRECTORII and CREDE MICHI. Edited by the Rev. CHR. WORDSWORTH, M.A. 8vo.

THE HEREFORD BREVIARY, by the Rev. W. HOWARD FRERE, M.A.

CLEMENT MAYDESTONE'S DIRECTORIUM SACERDOTUM, by the Rev. Canon W. COOKE, M.A., F.S.A., and the Rev. J. R. LUNN, B.D.

THE LITURGY OF ST. JAMES, by the Rev. F. E. BRIGHTMAN, M.A.

MISSALE ROMANUM, Milan, 1474. (The first printed edition of the Roman Missal.) Edited by Dr. J. WICKHAM LEGG, F.S.A.

THE BENEDICTIONAL OF ROBERT OF JUMIÈGES, by Mr. EDMUND BISHOP.

ABBOT WARE'S CONSUETUDINARY OF WESTMINSTER.

THE MISSAL OF ROBERT OF JUMIÈGES.

August, 1893.

*** Those wishing to join the Society are requested to communicate with the Hon. Secretary, Dr. J. WICKHAM LEGG, 47, Green Street, Park Lane, London, W.; or with the Hon. Treasurer, the Rev. E. S. DEWICK, 26, Oxford Square, Hyde Park, London, W.

688031

onasteriensis.
vol. 1. pt.2
7362

Missale ad usum Ecclesie Westmonast-
eriensis, (Legg ed.)

vol. 1. pt. 2

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

7362